10 ¶ † Accedat quia etiam si ageret᷑ inter subditos nõ esset expeditum, ꝙ talia registrata, seu exemplata testamenta facerent fidem q꞉ multa debẽt interuenire, vt talia exempla fieri possint, ⁊ inter cetera citatio eorum, quorũ interest, vt per Bar. ⁊ alios in.d.auc.si qs in aliquo vbi Pa. de castr. dicit ꝙ ita communiter tenetur qd etiã dicit Cor. in consi.cxliiij.superioribus diebus post princ.iiij.col. ⁊ ꝙ citatio requiratur tenuit idem Corne.consil.xxiiij.licet in themate.iij.colum.eo.volumi. ⁊ Alexan.in consi.ci.super primo dubio quita columna in principio septimo volumi. sed in proposito non fuit facta aliqua citatio pretendentium interesse ergo ⁊c. Super hoc tamen non insisto vlterius, quia non est necessariũ, cum (vt dixi) questio presens non agatur inter subditos, neqꝫ in iurisdictione ciuitatis Mantuę. ¶ Demũ licet predicta fundamenta satis manifeste concludant, ꝙ in casu isto predictis registratis testamentis fides non sit adhibenda, maxime secundum, tñ ex alio etiã annichilari videtur eorum fides, quia scilicet reperiuntur tria registra, seu reperitur testamentum tripliciter registratum ⁊ diuersi tenoris, nedũ circa legata, sed etiam circa substitutionem, ⁊ sic circa substantialia testamenti, seu substitutionis in testamento facte. Et semper habetur respectus seu relatio ad vnum, ⁊ idem testamentum ab eodem, eodem tempore, ⁊ corã eisdẽ testibus cõfectũ, ⁊ per eundẽ notarium scriptum ⁊ (vt ita dixerim) rogatum. Est autem impossibile, ꝙ idem testamentum vt .s. sit diuersi tenoris, quia vna fuit voluntas testatoris, ⁊

11 nõ multiplex, varia, ⁊ separata. † Unde cũ ista registrata testamenta varietatẽ, ⁊ expressam contrarietatẽ cõtineãt fidem sibi inuicem derogant, ⁊ se ipsa confundunt, vt sic nulli sit fides adhibenda, iuxta.l.scripture cum ibi nota. C.de fide instru. ⁊ ea, que tradunt Doc. maxime Alexã. in.l.j.in prin.ff.de no.ope.nunc.cum alijs adductis.s.per do.consultorem. ¶ Et vltra eum probatur istud ex his, que dicunt doc.post glo. in versi. missus, maxime Saly. ⁊

12 Moder.in.l.fi.C.de edi.diui.adri.tol. † nam concludũt ibi doc. ꝙ si ostendantur duo testamenta repugnantia eodem tempore confecta ab eodem, vel potior est conditio possidentis, vel nulli ex dictis testamentis debet fides adhiberi. ⁊ sic perinde esse debet, ac si facta non fuissent. Et quamuis veritas forte sit, ꝙ vnum sit verum testamentũ, ⁊ ꝫm vnam scripturã sit testatoris voluntas, tamen nullũ testamentum, seu nulla scriptura attendit᷑, quasi deficiat non vis, ⁊ veritas, sed probatio. argu.l.duo sunt titij.ff.de test.tute. ⁊ hoc idem voluit Ange.are.insti.de adempt.lega.col.fi. ⁊ recte intuenti ita sentit Cor.in cõsi.cxxxi.egregie.j.volu.dum vult duo testamenta contraria, ⁊ repugnãtia exhibita fidem non habere, subdens, ꝙ pars illa, que in casu suo nitebatur ex fideicommisso, ⁊ illud idonee ꝓbare debebat attenta contrarietate testamentorũ nihil agere dicitur, q꞉ illis tanquã contrarijs fides non adhibebit᷑, nec cuilibet eorũ, ⁊ ita proprie vr̃ dicendũ in casu isto. vt. s. aduersarius.d.biuilaque possessoris nitens ex fideicõmisso, ⁊ illud ꝓbare obstatus, illud nõ ꝓbet, nec aliqd agere dicatur attenta diuersitate, ⁊ repugnantia.d.registratorum testamentorum. Nec dicas, ꝙ in casu nostro in copia illa in qua nõ fit mentio masculorum dicat᷑ illud omissum per errorem registrantis potius q̃ꝫ sit erratũ in alia in addendo de masculis prout in simili considerat Corn.in.d. consi.cxxxj.illud alternando ad nullitatem testamentorũ vt per eũ. Quoniã respondetur, ꝙ verba in proposito nõ ita patiũtur sicut in casu Cor. nam in oĩbus verbis in casu suo illa testamẽta formaliter cõcordabãt, excepto ꝙ in altero erant ista verba, ⁊ sine testamẽto, que in alio deerãt, ⁊ ideo bene cadit illa consideratio erroris magis presumẽdi in omittendo, q̃ꝫ in supplendo vt per eum. At in casu nostro in vno testamento dicitur inter masculos familie de biuilaquis ⁊c. in alio vero dicitur in familia de biuilaquis ⁊c. ⁊ sic mutatus est modus loquendi, ita ꝙ si in secundo diceremus per errorem omissum de masculis, ⁊ ita suppleremus verba illa inter masculos, verba tamen istorum testamentorum non fierent similia, ⁊ sic nõ videt᷑ posse dici verba illa inter masculos per errorem fuisse omissa, sed potius ꝙ ista testamenta, seu testamẽti exempla velut repugnantia nullam fidem habeant per predicta. ¶ Sed dicet aliquis ꝙ immo predicta exempla licet in verbis repugnantia videantur, ⁊ diuersa, non tamen sunt virtualiter re ipsa, ⁊ in vero sensu contraria vel diuersa, quoniam licet verba illa inter masculos ⁊c. in vno ex.d.exẽplis non exprimantur, tamen virtualiter videntur pro expressis ha

13 benda. † Nam cũ dicatur, ꝙ testator voluit, vt eius bona semper, ⁊ in infinitũ sint, ⁊ remaneant in familia de biuilaquis ⁊c. videtur intellexisse tantum de masculis.d.familie per quos honor agnationis, ⁊ ipsa agnatio conseruatur, cuius conseruande gratia creditur testator sic disposuisse non autem de feminis per quas agnatio non conseruatur iuxta.l.pronunciatio in fi.ff.de ver.signi.cum simili. ⁊ ita videtur arguere in simili patruus, ⁊ dominus meus Socinus.in consil.ccxxvij. presens consultatio.colũ.viij.versi. sed contra premissa, quãdo dictũ erat in testamento ꝙ bona perpetuo in familia remanerent vt per eum. ¶ Uerum ad hoc responderi potest, ꝙ immo in dictis verbis remaneant in familia ⁊c. etiam femine comprehenduntur quãdo de masculis non exprimitur. ⁊ sic datur diuersitas, ⁊ repugnantia inter predicta exempla. nam in aliquo, quia ita exprimit᷑, soli masculi vocant᷑ in alio vero ẽt femine dicun

14 tur vocate, in quo de masculis nihil exprimitur † Et ꝙ ita sit probatur quia non est dubium feminas, que per masculos descendunt esse agnatas.l.ij.§.j.ff.de suis ⁊ legi.in sui generalitate. ⁊ clare hoc probatur insti.de legi.agna.suc. §.j.iuncto.§. ⁊ hec quidem ibi omnes agnatos siue masculos, siue feminas ⁊c. si sunt agnate non est dubium, ꝙ veniunt appellatione agnationis, seu familie, cum pro agnatione capitur (vt est in casu nostro) iuxta.l.pronunciatio. §.communi iure.ff.de ver.signi. ⁊ est text. ⁊ ibi tradunt om

15 nes doc.in.l.voluntas.C.de fideicom. † vbi erat prohibita alienatio extra familiam, ⁊ frater non facit contra prohibitionem alienando sorori. nam ⁊ femina dicitur esse de familia, ⁊ agnatione, vt ibi habetur ⁊ tradit Alexan.consi.lv.ponderatis his.ij.col.iij.volu. ⁊ Cor.in consi.ccxxix. in hac consultatione.col.fi. ⁊ consi.ccxxx.quamq̃ꝫ in hoc

16 ij.col.in fi.cũ sequẽti.iij.vol. † Nec refert an mulier agnata sit nupta vel non quia etiã nupta remanere dicitur in familia, ⁊ agnatione patris, vt declarant Bal. Pau.de ca. ⁊ Mode.in.d.l.voluntas. ⁊ ita plura congerendo concludit do.meus Socin.in.d.consi.ccxxvij. colũ.viij.ver. prima.est, ꝙ immo alienando ⁊c. vsqꝫ ad preallegatũ versicu.sed ꝯ premissam, ⁊ hanc opinionẽ tenet do. Alexan. in consi.lvj.consideratis verbis.ij.col.in fi.j.vol.quã etiã firmat ⁊ defendit in consi.cxxv.viso ꝓcessu.ij.col.vij.vol. quod etiam voluit Jaco.de sancto Georgio.in.l.cum quedam puella prope finẽ in.ij.lectura.ff.de iurisd.omni.iudi. ⁊ curt.in cõsi.lxiij.antiquissima, ⁊ nobilissima.col.xvij.ver.

17 quod plura referre oportet ⁊c. ¶ † Nec predictis obstat ꝙ testator dixerit velle vt bona semper, ⁊ in infinitum remaneant in familia, vel etiã si dixisset perpetuo remaneãt ⁊c. Quoniam respondetur, ꝙ ex his solis verbis non dicũtur excluse femine, ⁊ argumentum quod facit do.meus Soci.in.d.consi.ccxxvij. vt in contrarium allegabatur nõ fundatur simpliciter in dictis verbis, sed in pluribus coniecturis, que in casu illo concurrebant vsqꝫ ad sex, prout ibi Soc.ponderat, que cõiecture in casu isto non reperiuntur. Unde satis ex mente Soc.colligitur ꝙ vbi dicte cõiecture non adessent argumentũ suũ non procederet, ⁊ cõsequenter illa argumentatio quam ipse ibi facit potest in fauorem nostre conclusionis capi. ¶ Preterea Soci.ibi non obstãte illa argumentatione in casu illo contrarium determinat ex pluribus vt per eum videri potest, ⁊ maxime hoc procedit in casu nostro in quo nulla sunt verba dispositiua, ꝙ femine excludantur, ⁊ soli masculi admittantur, ⁊ argumentum quod.s.fiebat, erat ex tacita mente te

18 statoris, quod non solet concludere † quia non sufficit testatorem aliquid verosimiliter voluisse, nisi disponat, vt tradunt Bal. Jmo. ⁊ alij in.l.quidam cum filium per illũ tex.ff.de here.insti. ⁊ pro valde notabili hoc firmat Alex.

in.l.iij.in fin.C.de libe.prete.cum concordantibus vt scri bit curt.in consi.xlij.testator augustinus.colū.xij.et consil. xliiij.statuto, seu consuetudine col.x.Deci.in consi.lxxxix. viso puncto.v.col.in cōsi.cclxxxvij. in ciuitate Placentie iiij.colū.et in consi.ccclxxvij.visis et diligenter.iij.col.cum multis alijs,qui allegari possent. ¶ Et si dicatur,quod si femine agnate admitterētur sequeretur,quod post eas ad earū filios bona peruenientia exirent de familia illorum de bi-
19 uilaquis contra mentē testatoris.† Potest primo dici,quod forte illud non esset contra iura iuxta tradita per Corne. in.d.consi.ccxxx.col.x.nam in casu Cor.dixerat testator, quod volebat bona intra familiam permanere etc.et tñ Corn. ibi concludit,quod etiā ad filios feminarum de familia velut earum heredes poterunt bona peruenire que primo ad.d.feminas peruenerant vt per eū. Verū quia ille casus Cor. videtur aliqualiter diuersus ab isto,et alique ex rationibus per eū allegate forte in casu nostro nō reperirentur. Ideo secundo loco dici,et responderi potest negando,quod post feminas agnatas.et in familia existētes bona essent in earum filios transitura,cum illi non essent de familia testatoris.ex hoc tamen non videtur posse argui,quod femine agnate non vocentur tanquam in familia existentes,et sic ex predictis videtur sequi,quod vigore vnius exempli testamenti(in quo simpliciter illi de familia vocantur) etiam femine de biuilaquis admitti possent.vigore vero aliorum exemplorum soli masculi essent admittendi,et per consequens sequi videt, quod predicta exempla circa substitutiones(de quibus agit) videntur sibi ipsis cōtradicere,et ideo videtur,quod nulli eorū sit prestanda fieds per ea,que.s. dicta sunt. ¶ Et maxime hoc dicendum est in casu nostro,attentis depositionibus plurium testium examinatorum tam Verone quam Mantue,qui omnes concordant,quod ex consuetudine vtriusque loci,et ex peritorū iudicio talibus registratis testamētis propter eorū repugnantiam fides non debet adhiberi. ¶ Et que dixi de varietate,et repugnantia exemplorum dicta sint ex abundanti, nam ex alijs,que.s.dicta sunt constat predictis exemplis aut alicui eorū in casu isto nō esse fidem prestandam ex eo presertim,quod questio agitur extra territorium Mantuane ciuitatis,et inter nō subditos eius iurisdictioni,sm quod.s.dictum fuit in secundo fundamento principali,quod solum,velut clarissimum,et indubitatum ad victoriā predicti do.Biuilaque sufficeret.Laus Deo.

Socinus nepos.Padue legens.

## CASVS

¶ Nobilis iuuenis do.Odoricus de pabo ciuis tridentinus cum re vera esset minor.xxv.an.et haberet matrē eius curatricem legitime ordinatam asserens,et credēs se factū maiorem petijt se maiorem pronunciari,et ita per pretorem tridentinum factum fuit.

¶ Quo facto ipse do.Odoricus eadē vel sequenti die permutauit quandam suam domum cum quadam alia domo asserēs in principio contractus permutationis se maiorē. xxv.an.et in fine eius contractus reperitur ista clausula,videlicet et vlterius ad maius robur premissorum predicti contrahētes manibus tactis scripturis iurauerūt ad sancta Dei euangelia predicta omnia per se dicta,et promissa.s.scripta fuisse,et esse vera,et illa firma et rata habere,tenere,attendere,et obseruare,et in nullo contrafacere sub pena periurij etc.prout latius in.d.instrumento continetur,cuius copia transmittitur.

¶ Modo.d.dñs Odoricus adhuc minor dicens in.d.cōtractu valde se lesum vna cū matre et curatrice eius,que illius permutationis,dum fieret,nullam habuit notitiam, pretendunt predictum contractū permutationis sibi non debere nocere,et de iure non tenere,maxime attento quodam statuto tridentino,in quo statuitur certa forma in alienatione bonorum immobilium minorum.xxv.ann.que in dicta permutatione seruata non fuit,et in fine dicti statuti sic dicitur,et si aliter alienatio facta fuerit(etiam si iuramētū interuenerit) non valeat,et sit nulla ipso iure et presumatur ipsa alienatio fraudulenta,et in damnum minoris facta,et ipsum minorem dolose et fraudulenter esse inductum, ad alienandum,et iurandum super ipsa alienatione,cuius statuti copia transmittitur.

¶ Et presuponitur extare librum rationum domi.Jacobi de pabo patris.d.dom.Odorici,in quo inter cetera manu eiusdem iam defuncti reperitur scriptum tempus natiuitatis omnium suorum filiorum,et tempus cōtracti matrimonij cum eius vxore matre.d.do.Odorici per quem librum euidenter apparet ipsum tempore dicte permutatiōis, et adhuc etiam fuisse,et esse minorem.xxv.annis.

¶ Quibus sic stātibus queritur quid iuris? videlicet an.d. Odoricus predictus,et mater eius, vt curatrix sint audiendi contra dictam permutationem.

¶ Super quo puncto bis consuluit clarissimus do.Franciscinus curtius in fauorē predicti Odorici. Petitur nunc ab excellētia vestra vt si iustitia patiatur velit etiā ipsa consulere consilia predicta subscribendo,et comprobādo,quorum copia transmittitur.

## SVMMARIVM

¶ Minor etas quomodo probetur.
¶ Et an asserens se maiorē,et iurans possit venire contra contractum,et dicere nullum.
¶ Et an iuramentū promissorium obliget contrahentē sine solēnitate statuti presumentis ea non seruata,dolum.

¶ Probatio certa et indubitata vere etatis difficilima est. Et satis est eam probare per idonea inditia.
2 In etate probanda propter longi temporis cursum,nedū euidentie sufficiunt,sed etiam coniecture.
3 Etas potest probari per libros rationum patris,in quibus natiuitas est descripta.
4 Etas per scripturas parentum probatur.
5 Scriptura patris continens diem natiuitatis filij,licet nō inducat verum statum hominis,et veram filiationem, tamen presumptionem etatis inducit.
6 Presumptio facit plenam probationē in his,que sunt veritati consona.
7 In probanda etate filij scripture patris magis credendū est,quam si viua voce ipse viuens testificaretur.
8 Litterarum comparatione probatur librum siue scripturā esse manu talis scriptam.
9 Matris testimonium,seu asseueratio matris multum valet in etate filij probanda.
10 Mater licet vt vnus testis etatē non probet,tamen eius assertio recipitur,vt iudex melius veritatem intelligat.
11 Matris testimonium in probanda etate filij,vna cum libro prīo,et alijs de quibus hic,dz per iudicē attendi.
12 Etas per testes probatur.
13 Pro sententia iudicis presumitur.
14 Pronunciatio minoris etatis trāsfert onus probandi in aduersarium.
15 Que non prosunt singula,multa iuuant.
16 Lex de facili admittit ignorantiam etatis sue.
17 Veritatem semper amare debemus.
18 Assertio maioris etatis erronea reuocari potest,docendo de errore.
Confessio facta positionibus reuocari potest.
19 Juramentum nō impedit assertionem erroneam reuocari. Et iuramentum erroneū dicitur presumptiue probari ex eo tantum quod probatur rem aliter se habere.
20 Permutatio per minorē sine curatore facta nil valet. Et minor curatorem habens pupillo comparatur.
21 Permutatio ex deffectu cāe vrgētis eris alieni nō valet. Item ex deffectu decreti iudicis,et cause cognitionis sine quibus res minorum permutari non possunt.
22 Statutum in loco vbi est conditū seruandum est.
23 Juramentum corporaliter prestitum super permutatione vel contractum,in quo iurauit se maiorem an tollat remedium veniendi contra permutationē,et contractum.
24 Juramentum debet omnino obseruari,dummodo eius obseruantia non vergat in damnum salutis eterne,et quomodo hoc intelligatur vide.j.numero.xl.
25 Statutum non pōt tollere vim iuramenti,quia non est de messe

messe sua etiam si statutum presumat dolum, vide .j. nu. sequen. maxime numero. 38.

26 L. si alterius. C. si mino. se maior. dixe. quomodo procedat et intelligatur, et .j. numero. 32.

27 Juramentum quod quis est maior verbotenus prestitum non in totum tollit probationem, sed eam restringit ut resti tutio non concedatur, nisi per instrumenta minor etas probetur.

Juramentum vero corporaliter prestitum in totum et pe nitus restitutionem in integrum tollit, et quo ad eam pe tendam probatio etatis per instrumeta non admittet.

28 Errans quicquam fatere non dicitur.

Et nil tam contrarium consensui, quam error.

29 Juramentum semper debet intelligi rebus existentibus in statu, quem iurans crediderit.

30 Actus agentiu ultra eoru intentionem operari non debet.

31 Juramentum assertorium si reperitur prestitum contra ve ritatem, seruandum non est,

Et periurium potius est, quam iuramentum.

33 Juramentum tres comites habet iustitiam, iudicium, et veritatem,

34 Juramentum non ligat, quando quis dolo ad iurandum et contrahendum fuit inductus, alias esset iniquitatis vinculum.

35 Presumptiones legum, et statutorum sunt liquidissime probationes.

Et tantum operantur, quantum veritas.

36 Statutum quando annullat contractum etiam iuratum presumendo dolum, iuramentum non ligat.

37 Juramentum, quando ex presumptione dicitur dolo pre stitum minori non preiudicat.

39 Regula non debet alia via concedi, quod una dicitur pro hibitum, quomodo procedat.

41 Contractus, quando sine iuramento esset nullus, si in eo dolus presumitur, dicitur nullus ipso iure, etiam quod fue rit iuramento roboratus.

42 Minor quando in contractu enormiter ledit, tunc re ipsa dicitur inesse dolus.

Juramentum non obest minori solum propter presum ptionem doli.

43 Juramentum non firmat contractum, et non obest quan do ex presumptione statuti contractus diceretur si mulatus.

44 Juramentum semper habet clausulam, ut rebus sic stan tibus, intelligatur.

45 Juramentum non impedit minorem dicere de nullitate contractus quando absolutio a iuramento concessa fuit.

46 Auc. sacramenta puberum C. si aduersus vendit. quomo do procedat.

47 Etatis minoris beneficio renunciare dicitur qui ut minor iurat.

Et iuri, quod ignorat habere, nemo renunciare dicitur.

48 Juramentum minori an obsit, nisi prius de beneficio suo fuerit certioratus, et quod id beneficium per iuramen tum amittebat.

49 Appellatio quando dubitatur an sit deserta, debet pro nunciari quod non, cum neutri sit preiudicialis.

## CONSILIVM III

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et Justitie. ¶ Uisa, et bene considerata facti contingen tia, placet mihi conclusio firmata per clarissi mum consultorem domi. Francisc. curtium mihi uti patrem honorandum, videlicet quod permutatio per dominum Odoricum minorem. xxv. annis facta non seruata solen nitate statuti Tridentini sit ipso iure nulla, et cum de sub scriptione sim requisitus satis fuisset eam simpliciter con firmare, cum per predictum clarissimum et hon. patrem omnia sint abunde et iuridice demonstrata ita ut frustra noua querat demonstratio, iuxta .l. j. in fi. ff. de dot. prelega. superuacuis enim laborat impendijs qui solem facibus adiuuare certat, ut in c. si omnia, vj. q. j. Tamen ne impremeditatus ad con firmationem videar accessisse pro temporis angustia pau ca subiciam ad maiorem declarationem veritatis. ¶ Dico itaque quod punctus presentis consultationis consistit in duobus. ¶ Primo utrum re vera dominus Odoricus sit minor. xxv. an. et hoc sufficienter ostendat. ¶ Secundo posito quod sit mi nor utrum possit venire contra permutationem per eum factam ut in themate narratur. ¶ Circa primum una cum clarissi mo Consultore concludo ipsum dominum Odoricum re

1 vera fuisse, et esse minorem, et illud iuridice demonstrari, † et quia probatio certa et indubitata vere etatis difficillima est ut inquit Bar. in .l. de etate. ff. de mino. satis est eam pro bare per idonea inditia, ut per Bar. ibi et per doct. in .l. cum te. C. de proba. et in .l. si minorem. C. de in integr. resti. mino. et tradit Bald. in consi. ccxiij. occurrit dubium in fi. ij. volu.

2 † Dicens quod in probanda etate propter longi temporis cur sum nedum euidentie sufficiant sed etiam coniecture, idem etiam dixit in consi. xix. factum tale est. v. volumine, et ubique allegat .l. cum de etate. ff. de probatio. et idem etiam et plenius

3 dixit in d. l. cum te in fi. ¶ † Dico igitur primo minorem etatem predicti do. Odorici probari, et satis aperte per li brum rationum quondam do. Jaco. patris eius, in quo est descriptus dies natiuitatis do. Odorici. et etiam aliorum filiorum, et ex tali scriptura constat, quod tempore predicte per mutatio. ipse nondum compleuerat annum vigesimumquar tum, et cum predictus liber careat omni suspitione, ut de se patet, sequitur, quod ei fides circa etatem do. Odorici adhiben da est, ut voluit eleganter Saly. in .l. si minorem. C. de in in teg. rest. mino. iij. col. ver. nunc quero quomodo litteris pro betur cum alijs allegatis. §. per consultorem, et ultra eum idem voluit idem Saly. in d. l. cum te. C. de proba. j. col. ver. Que

4 ro nunc quot modis etas probetur † concludens inter ce tera, quod probatur per scripturas parentum, idem voluit Bal. in .l. neque natales. j. col. C. de proba. in ver. extra queritur

5 † ubi inter cetera dicit quod sepe pater propria manu scribit diem natalis filij, et illud licet non inducat verum statum hominis et veram filiationem, tamen ex quo in eo est dies certa inducit presumptionem etatis, quia talis scriptura, quo ad tempus pre sumitur vera ut per eum, quem et alios quosdam refert, et se quitur Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. de etate. ff. de mino. in addi. incip. Adde Bal. in .l. solam etc. et pro hoc est text. in .l. excusantur in prin. ff. de excus. tut. dum ibi dicitur, quod etas probatur aut ex natiuitatis scriptura, aut ex alijs demon strationibus, et ita per illum tex. voluit ibi Nic. de nea. j. col. ubi etiam dixit quod per talem scripturam fit plena probatio, licet gl.

6 ibi videatur aliter locuta, et allegat rationem † quia semper presumptio facit plenam probationem in his, que sunt

7 consona veritati, ut per eum † et in probanda etate filij magis est credendum scripture paterne, et sic in casu nostro predicto libro domini Jacobi quam si viua voce ipse uiuens testifi caretur secundum Ant. de but. et And. barb. in c. ex litte ris de transac. quos refert, et sequitur insignis doctor do. Hypol. de marsil. in .l. de minore. §. si pluriu. ij. col. ff. de que

8 stio. † et illum librum fuisse scriptum manu propria predicti do. Jacobi patris domini Odorici, et aliorum filiorum proba tur per comparationes litterarum iuxta .l. comparationes cum ibi traditis per doc. maxime Ang. et Saly. C. de fide in

9 stru. ut per clarissimum Consultorem dictum fuit. ¶ † Se cundo ipsum dominum Odoricum fuisse minorem tem pore permutationis, et adhuc etiam probatur ex assertio ne domine Massentie matris eius, iuxta .l. etiam matris. ff. de prob. cum gl. sua communiter approbata prout etiam per consulentem dictum fuit. Et ultra eum ita voluit Sa ly. in d. l. si minorem. ij. col. in fi. ver. sed queritur. an coniun cte persone et Bal. in d. consi. xviiij. v. vol. ubi expresse di cit, quod in probanda etate multum valet asseueratio, seu te stimonium matris, et ita etiam voluit Bar. in consi. lxxxxij. in q. vertente inter dominum simonem. ij. col. ver. Nec ob. quod sit mater, et allegat d. l. etiam. et allegat etiam glo. in c. si testes iiij. q. iij. in ver. testis idoneus, que glo. hoc idem vult et idem dicit Are. in d. l. si minorem cum multis concordantibus quos allegat, et sequitur insignis docto. de Hypolitus de

10 marsil. in .l. j. §. ad questionem. j. col. ff. de quest. † Et licet ma ter non recipiatur, neque probet, ut unus testis, ut dixit gl. in d. l. etiam, tamen bene recipitur eius assertio per iudicem, ut per eam melius veritatem intelligat, ut ibidem glo. dicit et tradit Azo. in summa. C. de test. ij. col. ver. item inuenio

professionem matris, et do. Maria. Soci. auus meus in consi. xx. visis actis, et productis col. fi. in princ. Et faterer fortasse isto casu, si alia non concurrerent, sed solum adesset matris assertio, quod non induceretur plena probatio. Verum dico, quod vna cum libro paterno de quo. s. et cum alijs, de quibus. j. etiam matris testimonium debet per iudicem attendi per quod alie probationes quam maxime adiuuantur, et indubitate redduntur. ¶ Tertio probatur predictum Odoricum esse minorem per testes aliquos maxime per dominam Mariam relictam Iacobi caragaie, et per dominam Aphram relictam domini Benedicti artium, et medicine doctoris, que ambe in earum depositione optime concludunt demonstrando principium vite et natiuitatem. d. do. Odorici tali tempore fuisse quod facta recta computatione verissimum apparet ipsum esse minorem. xxv. an. prout dicte testes aperte deponunt † et non est dubium etatem per testes probari posse vt declarat Bar. in. l. de etate in. ij. q. et in. d. consil. xcij. ¶ Accedat quarto predictis pronunciatio Magnifici pretoris tridentini, qui habita bona cause cognitione, et bene de veritate informatus pronunciauit. d. do. Odoricum esse minorem. xxv. an. et reuocauit quandam eius pronuntiationem de maiori etate ipsius factam tanquam erroneam et male fundatam. † Et pro tali pronunciatione, et sententia presumitur iuxta. l. ingenuum. ff. de stat. bo. et. l. herennius. §. gaia. ff. de euict. ¶ Et maxime in casu isto hoc est dicendum, quia fuit aditus iudex, vt super etate pronunciaret, prout fieri debet iuxta doctrinam Bar. in l. eadem oratione. ff. de fer. et in. l. de etate. ff. de mino in. iij. q. † Et ex tali pronunciatione inducitur saltem hoc, vt onus probandi contrarium dicatur translatum in aduersarium, vt voluit Saly. in. d. l. si minorem. j. col. ¶ Concluditur igitur ex predictis omnibus saltem simul iunctis indubitanter probatam esse minorem etatem domi. Odorici, licet enim fortasse singula per se non prodessent, omnia tamen simul iuncta optime probant et concludunt, iuxta illud singula † que non prosunt multa collecta iuuant, de quo per glo. in. l. si stipulatus in prin. ff. de vsur. et in. l. instrumenta. C. de probat. et tradit in proposito circa probationem etatis Pau. de cast. in consi. cccj. ad bene examinandum dubia in princip. j. volumi. secundum nouam impressionem. ¶ Nec predictis ob. assertio predicti do. Odorici, et prima iudicis pronunciatio de maiore etate eius Et quod ipse do. Odoricus postea in contractu permutationis in prin. iterum asseruit se maiorem, et in fine iurauerit omnia predicta esse vera, ex quibus videtur ipsi illatum preiudicium, et induci presumptionem quod vere fuerit maior. Quoniam de facili respondetur, quod omnia hec processerunt ex errore in mente do. Odorici existente, ille enim sic asseruit, quia ita tunc credebat, et in hoc facile debet excusari, quia lex de facili admittit ignorantiam sue etatis, vt inquit Saly. in. l. si alterius in fi. C. si minor se maior. dixe. et eo presertim quia ex facilitate iuuenilis etatis decipiebatur, que omnia pure, et mere veritati obesse non possunt, que gestorum erroribus non mutatur, et que semper valet, et vincit omnia, et viuit in eternum vt. c. consuetudo. viij. distin. et quam semper amare, et colere debemus, iuxta. l. cum ita legatum in fi. ff. de condi. et demon. et. l. j. C. de dedit. liber. tol. et tradit Bal. in. l. si in ruptione. ff. de fini. regund. † Et non est dubium predictam assertionem maioris etatis erroneam posse reuocari, et falsam probari ostendendo rem aliter se habere et sic docendo de errore iuxta. c. fi. cum ibi traditis per docto. de confes. sicut dicimus de his qui respondent positionibus vt eorum responsiones tanquam erroneas reuocare possint iuxta. c. preterea cum ibi traditis per doc. de testi. cogen. et tradit patruus et do. meus Soci. in consi. xcvij. in pnti consultatione. ij. et. iij. col. iiij. vol. Cor. in consi. ccxxix. post redditum. ij. vol. et Alex. et Mod. in. l. naturaliter. §. nihil coe in. iij. lec. ff. de acqui. pos. vbi aliquando dixi in. iiij. conclusione, vnde cum in proposito iam sit ostensum et legitime dictum do. Odoricum fuisse, et esse minorem. xxv. an. et sic rem aliter se habere, quam ipse asseruerat, Et per consequens sit doctum de eius errore sequitur quod predicta eius assertio sibi nocere non debet. ¶ Nec ob. quod iurauerit in fine. d. permutationis omnia predicta esse vera, Quoniam respondetur (posito quod illud iuramentum possit referri ad illam assertionem, absque tamen preiudicio veritatis) et dico quod quo errore fuit ductus ad ita asserendum fuit etiam ductus ad iurandum. Iurauit enim quia credebat sic esse (licet erraret) vnde cum de errore sit probatum etiam iuramentum videtur reuocari. † Et quod iuramentum non impediat erroneam assertionem reuocari voluit Bal. in. l. error co. pe. C. de iur. et fa. igno. et Ant. de but. in. d. c. fi. de confes. quos refert et sequitur dominus meus Soci. in. d. consi. xcvij. iij. col. et quod fuerit erronea assertio et erroneum iuramentum videtur presumptiue probari ex eo tantum quod probatur rem aliter se habere, vt inquit Fulg. in consi. cclvij. finus guidonis. iij. col. ¶ Pronunciatio autem iudicis prima eisdem rationibus minus obstat, et maxime, quia per eundem et iudicem fuit reuocata, vt in processu constat. Remanet igitur ex predictis vera, et indubitata conclusio predictum do. Odoricum pro ipsa veritate, tempore predicte permutationis fuisse minorem. xxv. an. et adhuc esse et illud legitime probatum esse. ¶ Circa secundum res videtur satis clara, et consilio per clarissimum consultorem firmata videtur verissima videlicet quod assertus contractus permutationis fuerit, et sit ipso iure nullus. Nam cum iste do. Odoricus sit minor vt est dictum. † Et vltra etiam habeat curatorem quia mater eius iuridice videtur eius curatrix ipse sine ea, vel eius consensu talem permutationem fecit ex hoc enim solo (vbi aliud non adesset) permutatio non valet vt. l. iij. C. de in integ. resti. mino. quia vt ibi dicitur minor curatorem habens pupilllo comparatur. ¶ † Sed vltra hoc nullitatem dicte permutationis inducit defectus cause vrgentis eris alieni, qua sola predia minorum distrahuntur. l. ob es. C. de predi. et ali. reb. mino. ¶ Item et defectus decreti iudicis et cognitionis cause, sine quibus etiam permutationes prediorum minorum non valent vt. d. tit. de pred. et ali. reb. mino. in rubrica, et per totum. Et in specie probatur in. l. non solum illo tit. vbi expresse dicitur nec permutationem valere. Sic ergo concluditur inspecto iure communi et eius regulis, quod. d. permutatio. dicitur nulla ipso iure. ¶ Sed vltra etiam (postbabita iuris communis censura) eius nullitas clarissime apparet ex forma iuris municipalis tridentine ciuitatis. † Quod sine dubio in illo loco seruandum est vt. l. omnes populi cum materia. ff. de ius. et iur.) nam extat statutum sub rubrica de alienat. factis per minores. xxv. an. in quo datur certa forma, et inducitur certa solennitas in alienandis predijs minorum, qua non seruata statutum omnino vult contractum esse nullum, vt in eo latius apparet, sed non fuit in casu nostro in. d. permutatione talis forma seruata, nec solennitas illa adhibita, merito clare sequitur illam permutationem fuisse et esse nullius momenti. Et hec de plano procederent, nisi do. Odoricus iurasset, vt nunc dicam. ¶ Solum igitur videtur aliqualis difficultas propter eius iuramentum et hoc ex duplici via, put in contractu videtur duplex iuramentum. † Nam primo cum asseruerit se maiorem. et iurauerit postea omnia. s. dicta esse vera et quidem corporaliter, videtur corporaliter iurasse se maiorem, quo casu videtur perdidisse omne remedium veniendi contra. d. permutationem vt videtur text. i. l. si alterius in fi. C. si minor. se maio. dixe. et tradit Cor. in consi. cxxj. videtur in hac consultatione in fi. iij. volumi. ¶ Secundo quia cum iurauerit ipsam permutationem, et omnia in ea premissa attendere, et obseruare, et in nullo contrafacere, videtur quod non obstante minori etate debeat omnino illam obseruare iuxta auc. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. † Iure enim statutum est, quod iuramentum debeat omnino obseruari, quando eius obseruantia non vergat in dispendium salutis eterne. in c. si vero. et. c. cum contingat de iureiur. et in. c. quamuis de pact. lib. vj. cum similibus. vnde cum. d. permutatio, et eius obseruantia non tendat ad damnationem anime. d. do. Odorici videtur quod debeat illam obseruare. ¶ Nec videtur obstare predictum statutum tridentinum, quatenus annullat contractum etiam iuramento firmatum. † Quoniam videtur posse responderi tale statutum non posse tollere virtutem iuramenti, eo quod non sit de messe sua, prout voluit in effectu Bar. in. l. omnes populi in. ij. q. iij. q. princ. ver. aut causa legis, vel statuti non excludit peccatum. ff. de iusti. et iur. cum concordantibus de quibus. s. per consulentem, et per Alexan. in consi. xviij. viso statuto et tit. quonis col. ij. vj. vol. Et vltra consulentem videtur, quod hoc habeat locum etiam quod statutum presumat dolum prout in casu nostro facit statutum predictum. Nam eo non obstante videtur quod debeat contractus per virtutem iuramenti seruari prout concludere videtur

dere videtur Corn.in consilio.vij.questio pulchra est,sexta colum.secundo volu. ¶ His tamen non obstantibus(que vere casum nostrũ non attingunt,verissimaz arbitror, ⁊ de plano procedere ꝯclusionez p clariss. Cõsultorez, ⁊ per me supra positaz)vz ꝙ ꝑmutatio predicta fuerit,⁊ sit ipso iure nulla, per preallegata non obstante iuramento, de quo supra,etiam si fuerit duplex. ¶ †Nec primo ob.d.l.si alterius.in fi.qꝛ respondetur(prout per clarissimum Consulentem dictum est)ꝙ ille tex.non tollit nullitatem contractus, sed tantum beneficium restitutionis in integrum,⁊ ita debent intelligi illa generalia verba nullum tibi superesse auxilium,qꝛ non solum erit priuatus restitutione in integruz, volendo simpliciter probare minorem etatem,sed etiam si velit eam per instrumenta probare non erit audiẽdus, vbi si non corporaliter iurasset,sed verbotenus esset audiẽdus in restitutione in integrum probando minorem etatem per instrumenta,vt ibi dicitur,†⁊ in hoc differunt iuramentuz verbotenus prestitum,⁊ prestitum corporaliter, hoc enim in totum,⁊ penitus tollit restitutionem in integrum,⁊ quo ad eam petendam probatio etatis non admittitur etiã per instrumenta. Illud autem non in totum tollit, sed restringit,vt scilicet non concedatur,nisi per instrumenta minor etas probetur,⁊ ita volunt omnes doctores, ⁊ in summario ⁊ postea in declaratiõe materie,q̃ ibi faciũt, ⁊ vltra allegatos per Consulentem,ita intendit ibi Alberic.de rosa.dicens,ꝙ si quis iurat verbotenus habet restitutionem in integrum,si per instrumenta probat se minorem, si vero corporaliter iuret nõ datur ei in integruz restitutio. ¶ Nõ autem ex eo firmetur contractus alias nullus ibi non dicitur,⁊ consequenter sequitur ꝙ ex intentione omnium, ibi per illum tex.non dicitur tolli remedium nullitatis,⁊ ita in indiuiduo declarat Joan.andre.in additio.Speculato. in titu.de senten.§.ait autem.in additio.incipien.ad hec,⁊ ea que premissa sunt,dicens ꝙ fuit opinio Nicolai de matta. q̃ ipse sequitur illa potissima ratione,†quia qui errat(prout in casu nostro contigit domino Odorico)non dicitꝛ quicquam fateri,vt.l.non fatetur.ff.de confess. Nihil enim est tam contrarium consensui,q̃ error,vt.l.si per errorez.ff.de iurisdi.om.iudi.idem voluit Roman.in consilio duodecimo,viso facto proposito.secunda colum.versic.ad duo autem.⁊ patruus,⁊ dominus meus Soci.in consil.lxvj.frustra plenitudini.colum.viij.versi.pro qua opinione ⁊c.cum alijs allegatis per clarissimum Consulentem,⁊ ista responsio est verissima,quicquid in contrarium dixerit Corne. in dicto consilio.cxxj.tertio volumi.naz eius opinio falsa est, ⁊ contra omnes,vt per Consulentem clarissime demõstratur,licet ipse per errorez alleget in secundo volu.⁊ ipsemet Corn.in fi.dicti consilij videtur de sua opinione dubitare, nec in ea facit precipuum fundamentum in decisione illius questionis,sed in eo fundatur,quia contractus de quo ipse tractat de per se valebat, vt per eum. ¶ Et pro ista responsione vltra Consulentem facit,†quia iuramentum semper debet intelligi rebus existentibus in statu quem iurans crediderit,iuxta.l.fina.ff.qui satisda.cogan. ⁊ iuxta not.in.c. quemadmodum,de iureiuran. tradit Jaso.in.l.quod seruus.tertia colum.ff.de conditio.ob causam.patruus ⁊ dominus meus Soci.in consi.lviij.super proposita. secunda columna,tertio volumi.⁊ Corne.in consi.cclxxxviij. viso ⁊ diligenter.ix.colũ. tertio volu.cum simi.vt per Andr. barba.in consilio.xxxvj.sapienter scripsit,colum.xvj. secundo volumi.†iuncta omnibus predictis regula qua dicitur actum agentium non operari vltra intentionem eorum, vt.l. non omnis.ff.si certum petatur.cum similibus, sed iurans credidit dictaz permutationem valere,eo ꝙ credidit se maiorem,⁊ ea intentione iurauit,⁊ nunc reperitur res in alio statu,qꝛ ille vere est minor, ⁊ ideo permutatio dicitur ipso iure nulla,merito sequitur,ꝙ per tale iuramentum non dicitur sublatum remedium nullitatis, facit quod dicit Fulgo.in consilio.xc.in questione.colum.fina.versic. non obst. †Dicit enim ipse ꝙ iuramentum assertoriũ(prout est istud de quo agitur)si reperitur prestitum contra veritatem, seruandum non est,est enim periurium potius q̃ iuramẽtum, ⁊ ideo potius esset iurans de periurio puniendus,q̃ compellendus ad obseruantiam propter falsitatem eius,argu. eius quod de iuramento temerario dicitur in.c.venientes. de iureiuran.licet in casu nostro dñs Odoricus a periurio propter errorem excusari debeat. ¶ †Non displicet preterea declaratio singularis,q̃ ad.d.l.si alterius.tradit Andre.barb.in consi.liij.preclare scripsit psalmista.i.⁊.ij.col. ij.volumi.vz ꝙ non procedat nisi quando specifice,⁊ nominatim quis iurat corporaliter se maiorez, non autem qñ iurat generaliter omnia contenta esse vera,nam tunc lꝫ superius asseruerit se maiorẽ,si vere erat minor iuramentuz ad illud non refertur,ne alias dicatur continere falsitatem, ⁊ ne iurãs periurus fiat,sic enim in dubio generalis illa clausula debet interpretari,vt per eũ, qui ex pluribus hoc comprobat. ¶ †Et maxime facit,qꝛ cum iuramentum tres comites habere debeat.s.iustitiam, iudicium, ⁊ veritatem.c. quanto.⁊.c.tua nos.de iureiuran.⁊ tradit Socin.meus in consilio.xx.in facto presupponitur.colum.penult.iij. volu. si ad illam assertionem referret̃ careret veritate,merito ⁊c. Sed aliter istud non prosequor,tum qꝛ non est in proposito necessarium,cuz etiam qꝛ satis clarissime Consulẽs prosecutus fuit in secundo eius consilio. ¶ Secũdo non obst. predictis aliud iuramentum de obseruando ⁊c.qm̃(dimissis pluribus que dici possent tanquam nõ necessarijs)† respondetur ꝙ non procedunt allegata in contrarium, quando in ꝯctu,vel in ipso iuramento interuenerit dolus, idest quando minor dolose fuerit inductus ad contrahendum, vel iurandũ,tunc enim iuramentũ non ligat.qꝛ alias esset iniquitatis vinculum,contra.c.inter cetera.xxij.q.iiij. cum similibus,⁊ hoc satis probatur in.d.auc.sacramenta puberum,in eo quod de metu dicitur,nam in hoc idem de dolo dicendum est,vt ibi tradunt docto.⁊ est text.⁊ ibi etiaz tradunt doctores in.c.secundo.de pactis,libro sexto ibi, nec dolo ⁊c.⁊ declarat Corn.in consilio.cclviij.q̃q̃ in hac.circa finem,quarto volumi.Sed in proposito dicitur dolose inductus domi.Odoricus saltez presumptiue ad contrahendum,⁊ iurandum,ergo sequitur ꝙ ex virtute iuramenti non ligatur. ¶ Illud autem probatur,quia sic presumit statutum,in eo enim cauetur ꝙ si minor alienet aliquaz rez immobilem non seruata solennitate, de qua in eo(prout in casu nostro seruata non fuit)contractus sit nullus etiam si iuramentum fuerit interpositum,⁊ hoc ex eo,quia statutuz in tali casu presumit minorem dolose inductum ad contrahendum,⁊ iurandum,vt in eo expresse dicitur. ¶ † Et non est dubiũ ꝙ presumptiones leguz, ⁊ statutoꝝ sunt liquidissime probationes.l.licet imperator.vbi per doctores.ff.de legatis primo.⁊.l.si quis locuplex.ff.de manumis. testamẽ. ⁊ tantuz operãtur,quantum veritas,vt tradit Abb. in primo nota.⁊ alij sequũtur in.c.is qui fidem.de sponsalibus. ¶ †Et ꝙ in his terminis quando statutuz annullat ꝯtractum etiam iuratum presumendo dolum iuramentum non liget,voluit singulariter Barto.in.l.omnes populi. in secunda questio.ij.quest.princi.in versi.item si statutum diceret ⁊c.cum multis similibus allegatis.s.per Consulentez, ⁊ vltra eum ita voluit Pe.de ancha.in consil.ccc xxx. visis facti narratione.quarta colum.†dicẽs ꝙ quãdo iuramentum ex presumptione dicitur dolo prestituz non preiudicat minori,vt per eum,qui etiam ad hoc aliqua allegat, quod etiam voluit Alex.in consi.clj.viso themate.colum penul. vij.volu.dicens ꝙ ista presumptio statuti pro veritate habetur,idem dicit hanc doctrinam cõmendãdo Cor. in consil.cxxxv.visis articulis.scda ⁊ tertia colum.primo volu.in consi.cxxj.videtur prima facie.scda colum.⁊ in consi.xcix. magnum dubium. prima ⁊ scda colum.iiij.volu.ita etiam voluit Andr.barba.in consi.xxj.⁊ quidez viso puncto ⁊c. prima colum. primo volu. vbi pro hoc plura alleg. ⁊ inter cetera dicit ꝙ ista fuit opinio Jaco.de bel. in quadaz eius disputatione incipien. lex Perusina ⁊c. quem etiam allegauit Barto.in dicta.l.omnes populi.⁊ sic patet hac esse communem opinionem, prout etiam est verissima, ⁊ eam tanquam communem(prout etiam clarissimus Consulens dixit)sequitur Jas.in dicta auctent.sacramenta puberum. colum.fina.dicens ꝙ ab ea non est aliquo modo recedendum in iudicando,licet aliqui tenuerint cõtrariuz, ⁊ male. ¶ Et ex hoc patet non obst. ꝙ videtur velle Corne. in dicto consil.vij.secundo volu. quoniam si ita voluit(vt supra

arguendo dicebatur) loquitur contra communem, ꝛ veram opi. ꝛ ideo eius auctoritas non est attendenda maxime cuz illemet Cor. contrariuz voluerit in tribus consil. s. allegatis sequendo, ꝛ multum commendando istam communez opi. ¶ Ultra etiam dici posset, qd non ita voluerit extra casuz suum in quo concurrebant plurima ad tollendam omnem presumptionem doli, vt per eum, que omnia in casu nostro cessant. Attento etiam qd in casu suo statutum nitebatur fictione, que est contra veritatem, vt ipse alleg. nostrum vero nititur presumptione, ex quo sequitur qd dicitur factum ad tollendam materiam peccati. Sic ergo videtur qd non sit de intentione Corn. loqui in terminis, de quibus ad presens agimus, ꝛ hoc satis videtur verosimile, ne ipse sit sibi contrarius in prealleg. consil. ¶ Sed quicquid ipse voluerit vltra non prosequor, ꝛ satis est ostendisse istam esse communem opi. ꝛ etiam (vt dixi) est verissima ex iuribus, ꝛ rationibus allega. per docto. eam tenentes in locis, de qbus

38 supra. ¶ † Et ex his tollūtur omnia contraria, nam non est verum ꝙ statutum mittat falcem in messem alienam, qꝛ immo per ipsaz. l. canonicam iuramentum infringitur., qñ dolo prestatur, vt. d. c. ij. de pac. lib. vj. statutum autem solum presumit dolum, qd absqꝫ dubio facere potest pro vtilitate minoꝝ conseruanda simul cum publica vtilitate, ne. s. dolosi ꝯtractus, ꝛ peccatuz continentes seruentur. ¶ Et preterea statutum solum tendit ad annullandum contractum, qd potest, qꝛ non dicitur res spiritualis, vt per Cor. in consi. cclij. ꝙ ꝯtractus, col. fi. in. iiij. volu. ꝛ hoc statutuz dicitur solum inducere presumptionez doli, qd est licitum, vt. l. omnes. §. lucius. ff. que in frau. cred. ꝛ ita postea in ꝯsequētiaz

39 sequitur annullatio iuramenti. † Et per hoc patet non obstare si dicatur, ꝙ non debet alia via ꝯcedi, ꝙ vna dicitur prohibituz, vt in. c. cum quid vna via, de reg. iur. lib. vj. qꝛ illa regula procedit, nisi prohibituz veniat in cōsequentiam actus permissi, ita in terminis nostris in indiuiduo decla-

40 rat Alex. in. s. alleg. consi. cli. vij. volu. ¶ † Et ꝙ dicitur iuramentum seruandum esse semper si sine dispendio anime seruari potest, procedit si secum habeat tres comites, de quibus supra, ꝛ si non sit iniquitatis vinculum, nec etiam dolo prestitum, vt ex predictis ꝯstat, ꝛ tradit late Barba. in. d. consi. liij. vj. col. ꝛ etiam alij doc. in locis prealleg. que omnia cessant in casu nostro, nam cum dicatur dolose prestituz ex presumptione statuti cessant illi tres comites, ꝛ di-

41 citur ꝯtinere iniquitatis vinculum merito ꝛc. ¶ † Confirmantur predicta, qꝛ qñ contractus sine iuramento esset nullus, si in eo dolus presumatur, dicitur nullus ipso iure etiaz ꝙ fuerit iuramento roboratus, prout voluit Cor. in ꝯsi. xj. in presenti. vj. col. iij. volu. ꝛ in. d. consil. cclviij. iiij. vol. circa fi. ꝛ Barba. in. d. consi. xxj. ij. col. i. volu. sed nulli dubiū est, ꝙ in casu nostro absqꝫ iuramēto hanc permutationem non habuisse aliqꝫ firmitatem, ꝛ etiam dolum affuisse ex presumptione statuti, ergo per iuramētuz non dꝫ validari.

42 ¶ † Facit ēt, ꝙ in simili dicitur, qñ minor in cōtractu enormissime lederetur, qꝛ tunc re ipsa dicitur mere dolus (sic. n. lex presumit, arg. l. creditor. §. lucius. ff. mād.) iurm̄ non obest minori solū propter presumptionez doli, vt tradit Pe. de ancha. in. c. i. de ꝯsti. q. xj. Cu. in. d. cōsi. clxxx. Corn. in. d. consi. xj. v. col. in ꝯsi. lxxij. pro decisione. iij. col. ꝛ in cōsi. cxxiiij. multū diffuse. i. ꝛ. ij. col. iij. vol. ꝛ Dec. in ꝯsil. lxxxvj. viso puncto ꝛc. v. col. ꝛ in consil. clxxx. visa renunciatione. iiij. col. cum multis ꝯcordantibus, quos gratia breuitatis obmitto, vnde sicut illo casu dolus presumptus ex enormi lesione tollit vires iuramenti, ita in casu nostro dolus presumptus ex defectu solēnitatis statuti dꝫ tollere vires pre-

43 dicti iuramēti. ¶ † Ad qd ēt facit in simili, ꝙ dicitur iuramentum non firmare contractum, ꝛ non obesse, qñ ex presumptione statuti ꝯtractus diceret simulatus, vt plene per

44 Cor. in. d. cōsi. cxxxv. ij. ꝛ. iiij. col. i. vol. ¶ † Confirmabantur predicta, ꝛ conclusio. s. firmata, qꝛ (vt. s. est dictuz) iuramentum semper habet clam, vt. s. intelligatur rebus sic stātibus, prout etiam voluit Alber. brun. in ꝯsi. xcix. in causa spectabilium, circa fi. etiam est notissimū dictum, sed in proposito res aliter se hꝫ, qꝛ cum. d. do. Odoricus fuerit absolutus a predicto iuro, seu habilitatus, merito non dicitur amplius vinculo iuramenti astrictus, vt proprie in his ter-

45 minis declarat Cor. in. d. ꝯsi. cclxxxviij. x. col. ¶ † Et hinc est ꝙ qñ absolutio, vel habilitatio predicta ꝯcessa fuit iuramentum non impedit minorem dicere de nullitate contractus, vt voluit Alex. in ꝯsi. xxix. clarissime doctor. colū. v. vij. volu. ¶ Fateor tñ ꝙ in casu nostro absolutio, seu habilitatio non fuerat necessaria, vt magis cōiter concludūt doc. in locis. s. alleg. dum ꝯcludunt ꝙ propter dolum pre-

46 sumptuz, ꝛ ꝯtractus, ꝛ iurm̄ nullas habere vires. ¶ † Preterea ꝙ iuramentum predictum non noceat dño Odorico ostenditur euidenter, qꝛ dispositio. d. auc. sacramenta puberum, cum simi. procedunt qñ iuramentum prestatur a minore, tanqꝫ a minore, sed si quis ꝯtrahat vt maior, lꝫ sit minor, qꝛ. s. errando credit se maiorem, prout fuit in casu isto

47 certe illa iura non procedunt. † Ille. n. qui vt minor iurat, dicitur renunciare minoris etatis beneficio, vt tradunt omnes in. d. auc. sacramenta pubeꝝ, qd in eo qui nescit se minorem non potest habere locum, qꝛ nemo dicitur renunciare iuri ꝙ habere ignorat. l. mater decedēs. ff. de inoffi. test.

48 ¶ † Et hinc est ꝙ multi doc. ꝛ non leuis auctoritatis voluerunt iuramētum minori non obesse, nisi fuerit per prius certioratus de beneficio suo, ꝛ ꝙ ipsuz per iuramentū amittebat, vt Dy. in. l. iij. §. i. ff. de contrar. ꝛ vtil. ac. tu. Jo. and. in. c. fi. de emp. ꝛ vend. ꝛ Cu. in ꝯsi. clxxx. prealleg. qd etiaz videtur velle Bal. in ꝯsi. ccxij. punctus talis est. ij. volu. ꝛ Fulg. in ꝯsi. ccxxxvij. finus guidonis. ij. col. ꝛ tanqꝫ magis securum dicit esse obseruandū, Alb. de rosa. in. d. auct. sacramēta puberum, ꝛ hoc sequitur Imo. in. c. cum causam. de emp. ꝛ vendi. ¶ Et lꝫ in hoc multi teneant contrarium, vt Bar. ꝛ alij plures in. d. auc. sacramenta pubeꝝ, vt plene tradit And. barba. in ꝯsi. xcj. illud referā. pe. ꝛ antepe. col. iij. vol. ꝛ Jas. in. d. auc. sacramenta pubeꝝ, in tertia limitatione, Cur. in ꝯsi. xliij. super contingentia. v. col. ꝛ Fely. in. c. ex rescripto. v. col. de iu. iur. tñ omnes presupponunt eū, qui iurat scire se esse minorem, vnde cum in proposito dñs Odoricus crederet se maiorem, ꝛ tanqꝫ maior ꝯtraxit, ꝛ iurauit in eo non procedit dispositio. d. auc. sacra puberuz, ꝛ similium iurium, ꝛ hoc fundamentum (ni fallor) est plusqꝫ clarissimum. ¶ Et ex his ꝯcludo vna cum clarissimo Consultore permutationem, de qua agimus nullius fuisse momenti, ꝛ seruandam non esse non obstāte aliquo iuramento in ea prestito. ¶ Ex qua conclusione sequitur ꝙ ipse do. Odoricus petēs ipsum contractum permutationis declarari nullum dꝫ omnino audiri, ꝛ iustitia mediāte obtinere. ¶ Et non est dubium capitula posita per eum ad suoꝝ iurium probationem esse recipienda, ꝛ miror ꝙ hoc in dubiū reuocetur, qm̄ si aliqua sup hec dubitatio posset dari (quod profecto est alienum a veritate) tñ iudex in dubio debet ea admittere, vt sic eligat illam partem, que neutri parti dici-

49 tur preiudicialis. † Sicut dicimus qñ est dubium, an sit deserta appellatio dꝫ pronunciari, ꝙ non, cum neutri sit preiudiciale, vbi ꝯtrarium preiudicaret appellāti, prout sing. per illum tex. tradit Pau. de cast. in. l. i. ff. si quis caut. In proposito autem admittere capitula nulli preiudicat, qꝛ ex eis veritas non alteratur, vbi eis non admissis infertur plenum preiudicium dño Odorico, ꝛ ita per hanc rationem, ꝛ alias plures hoc anno in eadem ciuitate Tridenti decisiue consuluit sacratissimum collegium Paduanū, ꝛ ego vnus ex dicto collegio, licet minimus fui ex relatoribus in dicta causa. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens.

## CASUS

¶ Cum predium qđdam situm in villa Brente calcinarie iam fuisset obligatuz pro ducatis quingentis pro dote dñe Angele forzate. de anno. M. cccclxix. ꝛ mense Augusti, attento ꝙ de dicto predio plures campi fuerant alienati. Fuit per quondam nobilem do. Jo. forzate loco illoꝝ camporum alienatorum, obligatum qđdam aliud prediuz hoc pacto, ꝙ casu quo predium illud nouiter obligatum reperiretur modo aliquo obligatum, vel alienatum prediuz primo obligatum, quatenus remanserat apud predictum do. Joan. forzate intelligatur datum in solutum predicte dñe Angele, seu ser Bonaccursio corradino eius marito pro illo precio

illo precio, quo publice venderetur, prout hec publico constant instrumento.

¶ Ex post de anno. M.D.vj. predium illud nouiter obligatum fuit per nobiles de Forzate alienatum accedente consensu illorum de Corradinis, quibus fuerat, vt. s. obligatum.

¶ Fuerunt inter predictas partes alique lites, et controuersie, et inter alias fuit vna, in qua ex parte istorum de Corradinis petebatur, quod fieret estimatio predij primo obligati pro eo, quod remansit iam dati in solutum, vt. s. In qua lite fuit tandem iudicatum estimationem predij predicti fieri debere, veluti dati in solutum. et licet dominus Sigismundus forzate appellauerit, tam a prima, quam a secunda sententia, que fuerunt late de anno. M.D.xxj. tamen postea de an. M.D.xxiij. predictas sententias approbando reuocauit suas appellationes, fatendo ipsum Bonaccursum, seu do. Nicolaum eius filium dominum, et patronum, ac verum possessorem predij predicti, vti sibi assignati de anno. M.cccclxxix. et ita confessus fuit tale predium, vt supra assignatum fore, et esse de iure prefati domini Bonaccursij, seu domini Nicolai eius filij, et voluit quod predicto do. Nicolao liceat predictum predium tenere, et possidere, prout de iure licet cuilibet domino, patrono, et possessori, renunciando omnibus suis iuribus etc. et sic in effectu licet non exprimatur voluit dare in solutum illud predium, seu iam fuisse datum declarare pro predictis ducatis quingentis, prout hec in publico instrumento videri possunt.

¶ Et presupponitur in facto quod (quicquid in predicto instrumento dicatur) veritas fuit, et est quod predium predictum vsque ad annum predictum. M.D.xxiij. semper fuit tentum, et possessum per nobiles de Forzate pro suo, et tanquam suum, locando, et dislocando, et pensionem recipiendo, prout faciunt veri domini, et possessores prediorum suorum.

¶ Ex post per annos fere duos dominus Franciscus filius dicti domini Sigismundi forzate fuit emancipatus. qui dominus Franciscus post eius emancipationem de anno. M.D.xxvj. habens tunc notitiam predictorum volens vti agnatus, et filius dicti do. Sigismundi auctoritate statuti Paduani, sub rub. quibus liceat acquirere etc. in cap. si quis de cetero vendet etc. predium predictum per dictum Sigismundum patrem eius sic, vt. s. datum in solutum recuperare, fecit depositum dictorum ducatorum quingentorum, et vigore predicti statuti petijt do. Nicolaum predictum cogi, et compelli ad ipsum depositum eleuandum, et ad predicti predij traditionem. super qua petitione lata fuit quedam sententia absolutoria, et declaratoria, quod do. Nicolaus predictus depositum predictum eleuare non teneatur, vt in ea latius constat.

¶ A qua sententia tanquam ab iniqua, et iniusta dominus Franciscus appellauit.

¶ Quibus sic stantibus, queritur que debeant esse partes iudicis ad quem.

## SVMMARIVM

¶ De quadam datione in solutum quando dicatur facta.
¶ Et an filio dantis in solutum competat ius retractandi, quod conceditur agnatis ex forma statuti.
¶ Identitas personarum patris, et filij, quomodo intelligatur.
¶ Et quando certus debeat certiorari.

1 Ferro viam aperit qui per contraria transit.
2 Ius presentandi competens alicui agnato super venditione facta vigore statuti, an competat illi qui tempore venditionis natus non erat, et cui venditio denunciari non potuit.
3 Presumptio est pro sententia que in rem iudicatam transiuit.
4 Actio omnis. xxx. annorum cursu tollitur.
5 Facto proprio quis contrauenire non potest.
6 Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis.
7 Pater, et filius censentur vna, et eadem persona, vide infra numero. 26.
Et quod a filio fit a patre videtur factum, vide infra numero. 27.
Et vnius vox dicitur vox alterius, vide. J. nu. 28.
8 Filius legitime factum per patrem retractare non potest.
9 Certus certiorari non debet, quomodo hoc procedat, vide infra numero. 33.
10 Filius patri agnatus dicitur.
11 Filius si excluditur ex capite vnde liberi, quasi legitimus, et agnatus admitti potest.
12 Statutum si concedat agnatis ius presentandi, censetur etiam concedere filijs, si pater eorum vendat, aut in solutum det, et sunt alijs preferendi.
13 Filij non debent esse conditionis deterioris, quam alij remotiores.
14 Ratio eadem vbi est, ibi idem ius esse debet.
15 Prior in tempore potior in iure.
16 Conditione deficiente dispositio deficit, et pro non facta habetur.
17 Conditio de presenti, vel de preterito dispositionem non suspendit.
18 Res in alium cum sua causa, et onere transfertur.
19 Error non attenditur, sed reici, veritas attendi debet.
20 Consensui nil magis est contrarium, quam error.
21 Inducta ad augmentum diminutionem operare non debet.
22 Possessionem retinere intendens dicitur eam acquirere velle.
23 Iudex de ea re iudicare non debet, de qua non cognouit.
24 Actus agentium vltra eorum intentionem non operantur.
25 Preiudicare quis sibi, et non alijs potest.
27 Mutanda non sunt que longam habuere interpretationem. Et consuetudo est optima legum interpres.
29 In re sua quilibet est moderator, et arbiter.
30 Fundans se in statuto qualitates a statuto requisitas probare debet.
31 Ex diuersis non infertur, nec arguitur.
32 Ignorantia in facto proprio non cadit.
34 Denunciatio expressa requiritur, quando fieri debet vt quis ad faciendum incitetur, nec sine ea sufficit sententia.

## CONSILIVM IIII

Dirigat Dominus verba mea in vias veritatis, et iustitie. ¶ Themate preposite consultationis diligenter inspecto cum omnibus instrumentis, de quibus in eo fit mentio, considerata etiam interne sententia demum lata per excellentissimum dominum Antonium bassianum mihi vti patrem honorandum non parum dubitaui, an super proposita difficultate scribere deberem. Ex vna enim parte predicti domini Antonij auctoritas, cui semper plurimum detuli, suadebat vt taciturnitate eius sententiam comprobarem. ¶ Ex alia parte veritas, et iustitia requirebant, vt pro eis iuxta tenues vires meas loqui vellem, que pars tandem apud me preualuit, ne alias peccare viderer veritatem tacendo, iuxta. c. quisquis. vndecima questio. iij. et. c. error. lxxxiij. distinctio. ¶ Igitur cum bona venia sue eccellentie pro veritate solum (prout cum summa modestia requiror) eloquar secundum tamen debile iudicium meum. ¶ 1 † Et quia ferro viam aperit, qui per contraria transit, vt inquit Baldus in. l. precibus. octaua colum. C. de impuberum, et alijs substituti. Videtur prima fronte dicendum per iudicem appellationis iudicandum esse bene iudicatum, et male appellatum, eo quod sententia iam lata videtur iuridice, et conuenienter lata, et hoc ex duobus eque principalibus. ¶ 2 † Primo quia datio in solutum predij, de quo agitur, videtur facta vsque de ann. M.cccclxxix. quo posito impossibile est quod domino Francisco forzate, qui tunc in rerum natura non erat competere possit ius presentandi precium pro. d. predij recuperatione ex forma statuti de quo in themate, nam statutum in effectu eos agnatos admittit, quibus venditio, vel datio in solutum denunciata non fuit, vt sic presupponat omnino eos esse tales, quibus denunciatio fieri possit, et consequenter quod sit in facultate contrahentium mediante tali denunciatione agnatos a tali iure excludere, saltem post lapsum triginta dierum, sed predicto domino Francisco (cum tunc nondum natus esset) talis denunciatio fieri non poterat, ergo etc. et hoc puto satis clarum, sic enim in simili statuto arguit, et concludit Decius in

consilio.ccxxij.viso puncto.secunda colum.versic. similiter dum statutum. ¶ Quod autez de predicto anno. M.cccc. lxxix. videatur fuisse facta datio in solutuz, videtur posse ex pluribus probari. ¶ Primo ex ipso instrumento tunc celebrato, in quo clare dicitur ꝙ tale predium intelligatur datum in solutum pro eo precio, quo cõmuniter venderetur. ¶ Secundo ex processu postea agitato de anno. M.D.xxi. in quo apparet dñm Sigismundum patrem predicti Francisci predictam dati onem in solutum fateri respectu ipsius facti, lz validitatem negaret, qꝛ scilicet talis datio, aut alienatio fieri non potuit in preiudicium fideicõmissi antiqui in fauorem nobilium de Forzate. ¶ Tertio ex sententia do. Francisci de tulmetio postea in causa appellationis confirmata, in qua iudicatur predium predictuz debere omnino estimari, vti iam datum in solutum, ne alias ipsa datio in solutũ reddatur mancha, ꝛ mutilata, vt vtar verbis predicte sententie. † Pro qua sententia (cum postea transierit in rez iudicatam) adest presumptio iuris, iuxta.l. berẽnius.§.gala.ff.de vsur.ꝛ.c.in presentia.cũ ibi not.extra de renunciat. ¶ Quarto, ꝛ vltimo idez probari videtur ex illo instrumento inter predictum do.Sigismundum, ꝛ.d.do. Nicolaũ celebrato de ann. M.D.xxiij. quatenus in eo apparet dñm Sigismundum predictum appellationibus renunciasse sententias iam latas ꝯfirmasse, ꝛ omnia instrumenta inter ipsas partes per prius gesta approbasse, ꝛ demuz confessum fuisse ipsum do. Nicolaum fuisse, ꝛ esse dñm, patronum, et verum possessorẽ dicti predij, qḋ non videtur ex alio factuz ꝙ̃ habito respectu ad predictã dationem in solutuz factaz, vt dicitur de anno. M.ccccLxxix. ¶ Et stante hoc ꝙ fuerit tali tempore facta datio in solutum plus dici potest, vt lcz do. Franciscus non videatur admittẽdus etiaz ꝙ tunc fuisset in rerum natura, ꝛ sic esset de agnatis inclusis per statutum, † qm̃ videtur ꝙ debeat nunc posse repelli exceptione prescriptionis nedum.xx.anno.sed.xxx. ꝛ.xl. ꝛ vltra, tanti eniz temporis cursu tollitur omne ius, omnisqꝫ actio, ꝛ plena securitas possidenti paratur.l.omnes.in fi.C.de prescri. xxx.vel.xl.ann.atqꝫ etiam ab eo omnis molestia, ꝛ inquietudo tolli debet, vt.l.fi.C.de fundo patrim.lib.xj. ꝛ tradũt Cano.in.c.vigilanti.ꝛ in.c.ad aures.de prescrip.cum infinitis simi. ¶ Scḋo principaliter idez vr̃ dicendum ẽt posito, ꝙ datio in solutũ non fuisset facta de an. M.ccccLxxix. sed solum de ann. M.D.xxiij.per do.Sigismundũ patrez predicti do. Francisci actoris, ꝛ appellantis. nam non est dubium ipsum do.Sigismundum non potuisse facere tale depositum, vt.s. venditio, seu datio in solutum retractaretur, † qꝛ tunc ipse venisset contra proprium factum, qḋ iure prohibitum est.l.post mortem.ꝛ ibi glo.not. ꝛ concordantes alleg.ff.de adop. † contractus enim ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis.l.sicut.C.de ac. ꝛ oblig. ꝛ qḋ semel placuit amplius displicere non potest regula qḋ semel.de regu.iur.lib.vj. ¶ Quo stante videtur ꝙ nec filius eius do.Franciscus debeat admitti ad tale depositũ contra predictam dationem in solutuz, † cũ pater, ꝛ filius vna, ꝛ eadem persona censeantur.l.fin.C.de impub.ꝛ alijs substitu. qḋ enim a filio fit videtur fieri a patre, ꝛ ita per cõtrarium vox siquidem vnius dicitur vox alterius.§.ei vero.in stitu.de inuti.stipul. ¶ † Preterea dicimus ꝙ filius factuz patris legitime non potest retractare, vt.l.fi.§.ipsuz autez. ꝛ ibi ita not.Bal.C.de bo.que liber.sed do. Sigismũdus pater eius, quod fecit legitime fecit, qꝛ sic facere potuit, ergo ꝛc. ¶ Et preterea posito ꝙ filio predictum ius presentãdi competeret, prout vere competit, vt.ĩ. dicamus, adbuc videtur do.Franciscus non audiẽdus, sed illum esse exclusum spacio.xxx.dieruz, vt sic eo temporis cursu dicatur prescriptum tali iuri presentandi, iuxta formam predicti statuti in ver.non vendicent tñ predicta sibi locũ, ibi debeat vsqꝫ ad.xxx.dies proxime futuros ꝛc. vult enim statutum illud ꝙ si alicui agnato, cui competat ius presentandi fuerit notificata venditio, aut datio in solutuz, si vult presentare precium, ꝛ rem ipsam redimere debeat.ĩ.xxx.dies comparere, lapso tali termino non erit audiendus, vt infra in codez statuto subditur in versi.ꝛ quicunqꝫ.quamuis propinquus, ꝛ vicinus ꝛc. sed predicto domino Francisco videtur facta talis notificatio, seu saltem videtur ꝙ habeatur pro facta, quod sufficit, vt in eodem statuto clare dicitur, ergo ꝛc. ¶ Quod autem notificatio pro facta habeatur videtr̃ probari, quia si notificatio fit alicui agnato qui sit paterfamil. sufficit pro omnibus de familia sua, ꝛ sic pro omnibus eius filijs, ꝛ perinde habetur, ac si filijs eius singulatim facta fuisset, vt patet in predicto statuto in versi. ꝛ si plures agnati, vel vicini ꝛc. ꝛ certe ratio videtur esse, quia quod scit pater etiam filius scire presumitur, ꝛ talis notificatio soluz videtur fieri, vt agnati sciant venditionem, vel dationez in solutũ, ꝛ statim eis incipiat currere terminus triginta dierũ, quo posito cum in proposito dominus Sigismundus pater dationem in solutum fecisset, dicitur absqꝫ dubio eã nouisse, ꝛ sciuisse, ꝛ per consequens videtur posse dici ꝙ eam sciuerit, ꝛ intellexerit etiaz filius eius dominus Franciscus, vt sic dicamus perinde fuisse, ac si ei notificatio facta fuisset. ¶ † Facit quod dici solet ꝙ qui scit, ꝛ est certus certiorari non debet regula eum qui certus.de regu.iur.libro.vj. ꝛ.l.prima.in fi.ꝛ ibi per docto.cum similibus.ff.de acti. emptio.ꝛ dixit Barto.in.l.nomen.secunda colum.C.que res pign.oblig.pos. Sic ergo videtur dominum Franciscũ predictum vti habentem notatam predicte dationis in solutuz vsqꝫ ab initio fuisse exclusum a iure isto presentãdi per cursum triginta dierum, secundum predicta. ¶ Uerum istis non obstantibus que vere casum nostrũ non attingunt contrariam opinionem probabiliorem de iure, ꝛ equiorem arbitror, vz ꝙ immo dominus Franciscus iure fecerit depositum, ꝛ partem aduersam teneri ad ipsum eleuandum, ꝛ ad predij predicti restitutionem, prout petitur, ꝛ consequenter ꝙ partes iudicis in hac causa appellationis esse debent in iudicando bene appellatum, ꝛ male iudicatum, ꝛ sentẽtiaz reformando, vt supra. ¶ † Et pro solido fundamento huius conclusionis, premitto ꝙ filius patri dicitur agnatus, cum ei coniungatur per virilem sexum, iuxta.§.sunt autem agnati.institu.de legiti.agnat.tute.ꝛ de legitim.agnat.successi. ¶ † Et hinc est ꝙ si excluditur filius ex capite vnde liberi, puta quia repudiet quasi filius, adhuc potest admitti quasi legitimus, ꝛ agnatus, vt.l.secũda. in principio.ff.vnde legitimi. ꝛ non eundo per argumenta, ꝙ filius sit patri agnatus est textus apertus in.l.filius.ff.de suis, ꝛ legitim. ¶ † Hoc posito dico ꝙ cum statutum concedat ius presentandi agnatis sine dubio debet dici concedere etiam filijs, si pater eorum vendat, aut in solutum det, ꝛ filij omnibus alijs preferendi sunt, cum sint patri proximiores agnati, vt dicta.l.filius. Statutum enim predictum hoc ius concedit agnatis seruata semper gradus prerogatiua, vt patet in eo in versicu.ꝛ inter agnatos ipsos ꝛc. † Et nisi ita diceremus sequeretur ꝙ filij qui sunt agnati proximiores essent deterioris conditionis, ꝙ̃ remotiores, quod non est dicendum, argumento.l.si viua matre.C.de bonis maternis. ꝛ ita vt mihi narratur (prout etiam de iure est) seruatur de consuetudine in hac ciuitate Padue, pluries enim fuit iudicatuz, vt eiusmodi ius presentandi competat filijs, tam viuo patre, quam eo mortuo, ꝛ tam si sint in potestate, ꝙ̃ si emancipati. Quo stante sequitur vera conclusio ꝙ predicto domino Francisco de iure competit facultas presentandi, ꝛ faciendi depositum, prout fecit pro recuperatione predij, de quo agitur a patre suo dati in solutum, ꝛ in extraneam personam translati, tanquam agnato eius proximiori. ¶ Pro quo facit, quia cum statutũ sit factum, vt bona alicuius imobilia in eius agnatione conseruẽtur ipsius agnationis fauore, certe ista ratio magis reperitur in persona filiorum, ꝙ̃ remotiorꝫ, vt est notissimum, † vnde sumpto arg. ab existentia rationis dicendum omnino est, ꝙ in.d. domi. Francisco verificetur statutum, cum ꝛ ratio in eo repiatur .l.illud.ff.ad.l.aquil.l.a titio.ff.de verbo. oblig. cum simili. ꝛ quia super hoc rem arbitror clarissimam, non instabo vlterius, sed concludo vt.s. ¶ Nec predicte conclusioni obstant, que supra in contrarium allegata fuerunt, in quibus solis consistit difficultas presentis cõsultationis, eis eteniz resolutis conclusio nostra remanebit clarissima. ¶ Igitur rñdendo primo ad primum principale fundamentum absolute negatur dationem in solutum fuisse factam de anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, nã illud instrm̃ principaliter factum fuit, vt qḋdam nouuz predium obligaretur

obligaretur loco quorundam camporum tunc alienatorū ex his qui primo fuerant obligati, ⁊ ꝙ in eo dicitur de datione in solutum predij, de quo nūc agitur dicitur sub quadam expressa, ⁊ extrinseca conditione, vcꝫ si predium illud nouiter obligatum reperiretur alteri obligatum, vel alienatum, tunc enim qꝛ talis obligatio de eo predio tunc noui-
15 ter facta non seruisset illi ser Bonaccursio. († Quī si per prius alteri fuisset obligatū prior in tempore fuisset potior in iure. l. si fundum. C. qui po. in pig. hab. cum similibus, ⁊ per totum illum titul. ⁊ ff. eodem. si autem fuisset per prius alienatum pignus super eo non fuisset constitutum, qꝛ res aliena pignori dari non potest regulariter, vt. C. si res alie. pig. dat. sit. per totum) fuit conueniens eideꝫ alio modo satisfacere, ⁊ propterea in euentum talis conditionis dicitur in dicto instrumento, ꝙ predium de quo agitur dicatur datum in solutum pro eo precio quo publice venderetur. Sic igitur illa datio in solutum pendebat ab illa cōditione, sed certum est ꝙ illa conditio non fuit verificata, qm̄ illud predium nouiter obligatum iure potuit obligari, ⁊ talis obligatio seruiuit. d. ser Bonaccursio, qꝛ non fuit repertuꝫ alie-
16 natum, nec etiam alteri per prius obligatuꝫ. † Igitur sequitur ꝙ deficiente conditione dationis in solutum talis datio nihil potuit operari, sed dicitur habita pro nō facta. l. qui heredi. §. plautius. ⁊ ibi Barto. ⁊ dominus meus Soci. ff. de condi. ⁊ demonst. l. i. §. sin autem. ⁊ ibi doctor. C. de cadu. toll. cum similibus. ¶ Facit. l. cedere diem. ff. de ver.
17 signi. ¶ Et hec vsqꝫ ab initio, † qꝛ cum conditio predicta esset tūc de presenti, vel preterito non dr̄ suspendisse dispositionem, sed aut ab initio dispositio valuisset, si cōditio vera fuisset, aut nullius fuisset momenti si conditio fuisset falsa. l. cum ad presens. ⁊ ibi per docto. ff. si certum peta. Cuꝫ ergo conditio tunc esset falsa ratio in solutum pro non facta habebit̄. ¶ Nec obst. ꝙ illud prediuꝫ ex post de anno. M. D. vj. fuerit alienatum, qꝛ illud nihil facit ad propositum, qꝛ illa conditio, vt dixi, non loquitur de alienatione futura, sed de preterita, ⁊ de tali, per quam obligatio que tūc fiebat diceretur impediri, qḋ non contingit per alienationem postea factam, qm̄ per eam pignoris obligatio nō ex-
18 tinguitur, † sed res transfertur cum sua causa, idest cuꝫ onere pignoris. l. si debitor. C. de distrac. pig. ⁊ l. vnica. C. rem alienam gerent. cum simi. Sit igitur vera, ⁊ (ni fallor) indubitata cōclusio, ꝙ de anno predicto. M. cccclxxix. non potest dici predium, de quo agitur fuisse datum in solutum, licet aliter crediderit excellentissimus dn̄s Antonius bassianus in sua sententia. ¶ Nec huic conclusioni ob. quattuor supra in contrarium allega. que etiam ab ipso dn̄o Antonio pro sua opi. considerabātur, qm̄ vt infra, ⁊ de plano respondetur. ¶ Et ad primuꝫ iam ex predictis patet responsio, qꝛ licet in predicto instrumēto sint verba de datione in solutum, illa tamen proferuntur sub cōditione de presenti, vel de preterito que vsqꝫ tūc deficiebat, ⁊ ideo datio illa in solutum dicitur nullius momenti, ⁊ habetur pro nō facta, vt. s. demonstratum fuit. ¶ Ad secundum autem respondetur ꝙ quicquid in illo processu dicitur, ex quo inferatur dn̄m Sigismundum videri predictam dationem in solutuꝫ iam factam fateri, quo ad illud dicitur per errorem dictuꝫ, nam cum veritas esset illam dationem factaꝫ non fuisse, vt dictum est constat in errore fuisse quicunqꝫ contrariuꝫ asse-
19 ruerit, vel in suis verbis importauerit, † qui error non debet attendi, sed omnino reici, ⁊ attendi debet veritas que semper preualere debet, ⁊ gestorum errore vitiari, tolli, aut mutari non potest. l. illicitas. §. veritas. cum ibi notat. ff. de offi. presid. ⁊ l. assumptio. in prin. ⁊ ibi etiam notatur. ff. ad municip. cum multis similibus. ¶ Nec dn̄s Sigismūdus dicitur dationi in solutum (quam forte factam putabat) ali-
20 quo modo consensisse cum in eo errasset, † ⁊ nihil sit magis contrarium consensui, q̄ꝫ error. l. si per erroreꝫ. ⁊ ibi per docto. ff. de iurisdi. om. iudi. ¶ Et presertim cum ipse in verbis suis, ⁊ in toto illo processu niteretur ipsam dationeꝫ in solutum (quā factam putabat lꝫ per errorē) impugnare, ⁊ nullam reddere, non enim cōueniret, ꝙ verba illa prolata ad impugnandam dationem in solutum operarentur ipsaꝫ
21 dationem dici factam, † inducta enim ad impugnationeꝫ, ⁊ diminutionem non operantur essentiam, aut augmentuꝫ. l. legata inutiliter. in prin. ff. de adim. leg. ibi ademptio auteꝫ quominus non quo magis legatum debeatur interuenit, qui tex. optime facit ad propositum nostrum. ¶ Ad quod etiam facit. l. cum tale. §. fi. ⁊ ibi doc. tradunt. ff. de condi. ⁊
22 demon. ¶ † Facit etiam pulchra doctri. Bart. in. l. ꝙ vulgo. ff. pro here. nam sicut ille qui intendebat retinere possessionem dicitur eam velle acquirere, si nondum sibi esset acquisita, vt ibi per Bart. ita in casu isto dn̄s Sigismundus volens dationem in solutum, q̄ꝫ factam credebat alia via reddere inualidam dicitur eam multo magis non dici factaꝫ acceptare, si ita veritas se haberet, prout pro vero ita erat, lꝫ ipse ignoraret. ¶ Possent ad idem ⁊ alia plura cumulari, sed qꝛ arbitror hoc clarissimum vlterius non insisto. ¶ Non obst. etiam illa sententia tertio loco allega. qm̄ illa non tendit ad predictam dationem in solutum, neqꝫ de ea lata est, sed bene posito ꝙ talis datio facta fuisset (prout ipsi iudici proponebatur lꝫ per errorem) sententia continet ꝙ debeat fieri estimatio, prout in ea continetur ne. s. alias datio in solutuꝫ ipsi iudici presupposita remaneret manca, ⁊ mutilata, prout in sententia dicitur, quo stāte dico ꝙ predictus error, ⁊ partium, ⁊ iudicis veritatem mutare nō de-
23 bet per ea que dixi nunc respondendo ad scdm̄. ¶ † Nec potest dici ꝙ iudex voluerit iudicare, aut declarare predictam dationem in solutum factam fuisse, cum de eo coram ipso nō ageretur, nec cognouisset iuxta. l. de qua re. in prin. ff. de iudi. nec talis sententia ad illud trahi potest cum non
24 fuerit talis mens iudicis, † actus enim agentium non operantur vltra intentionem. l. non omnis. in prin. ff. si cer. pet. ⁊ ibi doc. not. cum simil. ⁊ etiam qꝛ sententia sine cause cognitione dicitur inualida, vt per glo. ⁊ doc. in. l. prolatā. C. de sent. ⁊ interlo. om. iudi. etenim, vt dixi de eo non fuit cognitum. ¶ Et ex his patet non obstare, qḋ dicebat̄ de presumptione sententie, qꝛ illud procedit respectu eius ad qḋ sententia illa tendit, de quo fuit cognituꝫ, ⁊ ꝙ iudex voluit iudicare, non ergo potest talis presumptio allegari in casu nostro cum de tali datione sententia non loquatur, sed tantum illam factam presupponit, ⁊ hoc per errorem qui veritatem non mutat per. s. alleg. ¶ Ad quartum ⁊ vltimum respondetur, nam dum primo dicitur ꝙ dn̄s Sigismūdus sententiam confirmauit appellationibus renunciādo nihil obstat, qꝛ talis confirmatio non potest plus, q̄ꝫ ipsa sententia possit, sed sententia non obstat vt modo dictum est, ergo ⁊c. ¶ Similiter dum dicitur ꝙ confirmauit omnia instrumenta per prius gesta nihil obstat. Quī nullum reperitur instrumentum antea gestum in quo datio in solutum possit dici facta, cum de ea non loquatur excepto illo, de anno. M. cccclxxix. in quo conditionaliter talis datio fit, ⁊ ex defectu conditionis vsqꝫ ab initio dicitur talis datio in solutum nulla, ⁊ habita fuit pro non facta, vt. s. ostensuꝫ fuit. ¶ Dum auteꝫ dicitur ꝙ dn̄s Sigismūdus fassus fuit dn̄m Nicolaum, dn̄m, ⁊ patronum, ⁊ verum possessorem. d. predij, dico similiter ꝙ non ob. naꝫ si credidit fuisse olim datum in solutum fuit in errore, per quem veritas non alteratur, vt est dictū. ¶ Si autem cognita veritate voluit omne ius suum transferre in. d. dn̄m Nicolaum, ⁊ perinde ha-
25 beri, ac si per multos annos prius fuisset translatuꝫ, † dico ꝙ lꝫ hoc facere potuerit, quo ad seipsum, ⁊ in propriuꝫ preiudicium, tn̄ non potuit in preiudicium aliorum puta agnatorum. ⁊ in specie non potuit illud facere in preiudiciuꝫ dn̄i Frācisci filij eius, ⁊ proximioris cognati per reg. l. si vnus. §. ante omnia. cum simi. ff. de pac. preiudicium autem esset notissimum, qꝛ si ipse dn̄s Sigismundus vendidisset, aut in solutum dedisset dn̄o Francisco qui tunc in rerum natura, ⁊ iam natus erat, dicitur acquisitum ius presentandi, ⁊ predium redimendi, sed si fuisset venditum, aut in solutum datum per prius, ⁊ ante q̄ꝫ ille natus esset tale ius ei non posset competere per ea que. s. in contrarium alleg. fuerūt, posito ꝙ vera sint. Quapropter concludendum est cōfessionem illam dn̄i Sigismundi non posse preiudicare dn̄o Francisco quin ei competat predictum ius redimendi iuxta formam predicti statuti, alioquin facile cuiqꝫ esset omnibus agnatis in eo preiudicare, ⁊ statuti dispositioneꝫ eludere, nam posset qui vendere, aut insolutum dare vellet declarare, ⁊ fateri rem venditam, ⁊ in alium translatam per

prius,et antequam natus fuisset aliquis ex agnatis tunc viuentibus(vt sic nulli ius redimendi competeret)qđ certe dicendum nullo modo est.et esset alienum a mēte iuris iuxta.c.si sententia.in fi.et c.si ciuitas.cum ibi traditis per glo. et doc.de sent.excō.lib.vj. ¶ Non potuit ergo illa assertio,et confessio dn̄i Sigismundi veritatem imutare,nec dn̄o Frācisco,aut cuiq̄ alteri preiudicare,et presertim cum euidenter appareat falsa si quidez,vsq̄ ad ann. illū.M.D.xxiij. veri dn̄i,et possessores istius predij semper fuerunt isti nobiles de forzate,prout in puncto dicitur,et probatur ex multis scripturis in quibus apparet,q ipsi soluebant certum quid pro alimentis dotium dn̄e Angele,et q ipsi locabāt, et dislocabant prediū istud,et pensiones recipiebāt. ¶ Bene fateor q per talem assertionem,et totum contractum illum initum de anno.M.D.xxiij.dicitur in effectu per ipsum dn̄m Sigismundum datum predium istud in solutuz, et propterea dicendū est dn̄o Francisco ius redimēdi competere,et ideo iuridice depositum fecisse fm formam statutorum. ¶ Et stantibus predictis(prout verissima sunt) cessat in totum fundamentum prescriptionis.s.alleg. in contrarium,si enim nō de anno.M.cccclxxix.fuit facta datio in solutum,sed tantum de anno.M.D.xxiij.nulla dicitur cucurrisse prescriptio,vsq̄ ad aunum.M.D.xxvi.quo tempore fuit factum depositum predictum,vt de se est notissimum,et ex his efficaciter sublatum est totum primum fun[26]damentū principale. ¶ † Non ob.modo scdm,q2 in quantum primo dicebatur q filius videtur eadem persona cum patre,et gesta per eū retractare non potest iam ex predictis colligitur responsio,q2 omnia in contrarium allegata procederent fm ius cōmune,sed in casu nostro dn̄o Francisco istud permittitur ex forma predicti statuti tanq̄ proximiori agnato,vt.s.est dictuz. ¶ Et sicut statutum in sui virtute et vero sensu ita permittit,ita et semper(vt mihi presupponi[27]tur)fuit in hac ciuitate obseruatum,† et minime mutanda sunt,que diutinam habuerūt interpretationem,vt.l.minime.ff.de leg.est enim vsus,et obseruātia,seu ɔsuetudo optima legum,seu statutorum interpres,vt.l.si de interpretatione.eo.ti. ¶ Et dum dicitur q si filius petit,videtur petere pater propter identitatem persone,dico esse falsum in proposito,patri enim non fuisset hoc concessum,q2 ipsemet in solutum dedit,filio autem dn̄o Francisco,hoc permittitur (vt dixi)tanq̄ proximiori agnato. ¶ Nec identitas persone est ita passim alleganda,q2 tunc omnia fere iura corrumperentur,in quibus sepissime aliter de patre, aliter de filio disponitur,et.d.l.fi.C.de impub.que ad talem identitatem persone probādam allegatur loquitur extra propositum nostrum,vult.n.ibi tex.q si Titius vna cum filijs,et Sempronius instituantur,Titius,et filij vnam dimidiam,aliā Sempronius ferent,q2.s.pro eadem persona fuerunt Titius pater cum filijs reputati,et illud optima ratione disponitur, vt ibi habetur,non tn̄ ex eo est arguendum, q quicquid agat pater dicatur per filium fieri,vel econtra. Esset enim illud [28]res risu digna,vt quisquis de se ɔsiderabit. ¶ † Et q dicitur in.§.ei vero.insti.de inut.stipu.vt.s.vox patris,vox filij dicatur,et econtra procedit respectu validande stipulationis facte per vnum eorum alteri,vt per eam patri acquiratur,sicut ibi dicitur,non tn̄ procedit illud generaliter, q2 vere alia est vox filij,alia patris,et aliud factum vnius, aliud alterius,vt de se notissimū est. Depositum ergo in casu nr̄o factū per do.Franciscū,et petitio per eū facta non pōt dici facta a patre eius,et hoc eo magis dōm est hodie(quo tpe habebūt predicta suum effectum)cum iam pater eius non sit amplius in rerum natura. ¶ Nec ob.etiam q alias filius factum patris legitime non debeat retractare,q2 respondetur primo q in casu isto nō dicitur propria retractatio, vt.s.dicamus dn̄m Sigismūdum non potuisse sic in solutum [29]dare.† Potuit.n.tanq̄ in re sua bonus moderator,et arbiter.l.in re mādata.C.mand.cum simi.nec do. Franciscus dicit talem dationē fuisse nullam,sed eā fieri potuisse, et ltime factā fatēdo asserit sibi tanq̄ proximiori agnato cōpetere ius presentādi et redimēdi ex forma pdicti statuti, qđ in loco suo oino seruādum est, vt.l.oēs populi. cum materia.ff. de iusti.et iu. ¶ Potest etiam scdo dici q immo talis datio in solutum,quo ad propositū nostrum non fuit legitime facta,vt.s.dn̄s Franciscus excludatur ab isto iure presentandi,nam debebat ei fieri notificatio.d.dationis cum suis qualitatibus,vt statim dicam q minime factum fuit,merito ergo potest dici q quo ad exclusionē dn̄i Francisci talis datio non fuerit legitime facta,et propterea sequitur conuenienter eum debere admitti ad presentandum, et redimendum,et preterea nō est super hoc habenda disputatio, cum extet statutū sic disponēs fm q pluries,et semp fuit interpretatum,et vsu obseruatū,vt presupponit,et.s.dixi. ¶ Demum non ob.alle.prescriptio.xxx.dierū, qm̄ respondendo negatur absolute talis prescriptio,et ɔcludo ipsum do.Frāciscum nequaq̄ exclusum esse ab isto iure presentandi per lapsum.xxx.dierum,q2 ad hoc vt quis tali tempore excludatur,requiritur ex forma dicti statuti,neduz q agnatus, vel vicinus sciat rem simpliciter venditam,aut in solutum datam,sed etiam q illi fiat particularis notificatio de cōtractu,et suis qualitatibus,puta q res talis vendita est,vel in solutuz data tali persone pro tali precio, vt clare dicitur in statuto preallega.in versic.declarando in notificatione etc. sed talis notificatio nunq̄ facta fuit ipsi dn̄o Francisco,ergo non potest dici exclusus cursu.xxx.dierum, etiaz posito q aliquo modo puta per auditum intellexisset predium predictum fuisse datum in solutum(qđ tn̄ negari potest) nam non diceretur intellexisse qualitates.d.dationis in solutuz, vz pro quo precio,et cum quibus pactis.Talia.n.vt statuto esset satisfactum debebāt notificari, seu in notificatione [30]declarari,vt in statuto dicitur,† et qui vellet se in tali statuto fundare allegando prescriptionem predictam.xxx.dierum deberet probare interuenisse qualitates ab ipso statuto requisitas,iuxta not.doctri.Jo.and.et aliorum in.c.i.de homi. lib.vj.dixit Bar.in.l.vnica.ff.de cond.ex lege. Bal.in.l.si quis non dicam rapere.C.de epis.et cler.et tradit patruus, et dn̄s meus Soci.in ɔsi.xxvij.visis instrumentis.iij. col. et in consi.ciiij.visis compromisso.v.col.iiij.volu.cum multis qui ad hoc allegari possent. ¶ Unde cum qualitas predicta nō sit per partem aduersam probata,nec pro vero probari potest,q2 nunq̄ fuit facta talis notificatio,sequitur q non potest se in dicto statuto fundare allegando.xxx. dierum prescriptionem. ¶ Nec ob.q saltem talis notificatio videtur haberi pro facta propter scientiam patris dantis in solutum,vt in ɔtrarium arguebatur. Qm̄ respondetur,et primo vt dixi negari potest, q dominus Franciscus aliquid sciuerit,nec scientia patris , aut q ipse in solutum dederit necessario probāt scientiam filij maxime si pbaretur q eo tempore dn̄s Franciscus filius habitaret seorsum a patre. ¶ Posito tn̄ q potuerit presumi aliqua sciētia in ipso do. Francisco,non tn̄ potest dici q sit talis, prout requiritur a statuto,hoc est per notificationem factā cum qualitatibus suis,vt ex predictis patet. ¶ Et lz alias notificatio facta patrifam.sufficiat etiam respectu filiorum,ex eo tn̄ non est arguendum in proposito,prout in ɔtrarium arguebatur, qm̄ casus sunt valde diuersi,diuersaq̄ ratione veniūt determi[31]nandi,† ex diuersis vero(vt vulgo dicitur)non infertur,seu non arguitur.l.fi.ff.de calum.l.papinianus exuli.in prin.ff. de mino.et.l.inter stipulātem.§.sacram.versi. sed hec dissimilia.ff.de ver.ob.cum simi. ¶ Diuersitas aūt ostenditur, nam qn̄ paterfam.est de agnatis,quibus ius presentandi, et redimēdi competit,post quem etiam sunt filij eius,tunc si per alium agnatum vendatur res,aut in solutum detur sufficit q notificatio fiat patrifam.prout loquitur statutuz, q2 denunciatio fit ab alijs,et paterfam.tunc scit ratione notificationis sibi facte.et statutum presumit isto casu omnia esse cōmunicata filijs,qui post patrem idem ius presentādi habebant,et ideo statutum tunc vult nedum patrem,sed etiaz filios excludi spacio.xxx.dierum. ¶ Sed in casu nostro, vbi pater ipse dedit in solutū,lz sciat quid fecerit,tn̄ non scit ratione notificationis sibi vt habenti ius presentandi facte, [32]† sed q2 quisq̄ propria facta noscit, nec in eis cadit ignorantia.l.plurimuz.et ibi no.ff.de iu.et fac.igno.et.l.fi.vbi gl. ff.pro suo.et probatur etiam in.c.ab excōmunicato. de rescrip.cū simi.et in isto casu non cadit presumptio illa cōmunicationis facte filio, q2 non idem ius vtriq̄ competebat, vt in casu statuti,sed filio tantum ius competebat,et contra factum patris,et verosimile, idest q pater voluerit q fecit stare,

stare, & non retractari, nec potest presumi communicatio sicut in casu precedenti, ne alioquin pater notificando videretur aperire viā ad impugnandū, ꝙ ipse fecerat. ¶ Preterea clarius loquendo dico ꝙ in casu statuti iam facta fuerat notificatio cū suis qualitatibus, sed in casu nostro nulla fuit facta notificatio, & per consequens non potest dici

33 satisfactum forme statuti. ¶ † Et ex his ꝯstat non obstare, qđ dicitur certum certiorari non debere, qꝛ illud procedit qñ quis esset certus de omnibus, de quorum scientia disputatur, qđ non est in casu nostro, in quo dñs Franciscus, vel omnia ignorauit, vel saltem non intellexit contractum cū suis qualitatibus, prout statutum requirit notificationem

34 fieri, vt .s. dictum fuit. ¶ † Preterea reg. d. c. cum qui certus. cum simi. non procedit simpliciter, sed solum qñ notificatio debet fieri duntaxat ad certificandum aliquem, non ad alium finem, verum qñ requiritur ad alium finem, puta ꝙ incitetur ad aliquid faciendum, non sufficit scientia, sed requiritur ꝙ denūciatio, seu notificatio fiat expressa, vt voluit Bar. & omnes sequuntur in. d. l. i. in fi. ff. de act. emp. & videtur tex. quem omnes alleg. in. l. denunciasse. post prin. ff. ad. l. iul. de adult. sed in proposito statutum requirit notificationem ad alium finē. s. vt agnatus cui facta fuerit incitetur cito ad presentandum si velit, & si non fecerit post. xxx. dies excludatur a iure presentandi, & amplius non audiatur, ergo &c. ¶ Demū si quis circa ista dubitaret sciat tolli omnem dubitationem ex consuetudine, & obseruantia istius ciuitatis, que est ꝙ filius nedū post. xxx. dies, sed etiam post menses & annos admittatur ad presentandum pro recuperatione, & redemptione predij a patre suo venditi, vel in solutum dati, & ita (vt mihi presupponitur) fuit pluries iudicatum absq; aliqua cōsideratione, an filius vere, vel presumpte sciuerit factum patris, a cuius obseruantia, & consuetudine non est recedendum, vt. l. minime. ff. de leg. & .s. dictum fuit. ¶ Et ex his omnibus remanet firma conclusio in fauorem dicti dñi Frācisci, & ꝯñr sequitur partes iudicare debentis in hac causa appellationis esse in iudicando male iudicatum, & bene appellatū, sententiā reformando iuxta petitionem. d. dñi Francisci. Laus Deo. Maria. Soc. iunior, patritius Senensis, Padue. 1535.

## SVMMARIVM

¶ De statuto vocante filios fratris, cum ꝫijs vtrum, scilicet comprehendat etiam filias.
¶ Et sic an masculinum concipiat femininum.
¶ Et qualitas excludens mulierē ab hereditate, puta ꝙ sit nupta, vel dotata quando requiratur.

1 Filij fratris premortui, siue masculi, siue femine sint simul cum eorum patruis vocantur ad illam partem ad quā vocaretur pater eorum, si viueret.
2 Filiorum appellatione etiam filie continentur.
3 Masculinum an contineat femininum etiam in statutis.
4 Statuta recipiunt interpretationem, & declarationem a iure communi.
5 Statutum si vocat coniunctos ex linea paterna, etiā femine dicuntur vocate de proprio significato verbi.
6 Ratio eadem vbi est, idem ius debet esse.
7 Argumentum a verosimili procedit.
8 Coniuncti per feminas non agnati, sed cognati vocantur.
9 Imaginem falsitatis habet quod est a verosimili remotū.
10 Lex quando certas personas ad successionem vocat, omnes alias excludere censetur, nisi de contraria statuētiū mente constaret, vt. i. nume. 12.
11 Casus omissus in dispositione iuris cōmunis remanet.
13 Exclusio facta a successione per statutum quedam exheredatio dicitur.
14 Qualitas exclusiua, an sufficiat ꝙ sit tēpore petitionis bonorum possessionis.
15 Statutum quando clare loquit̄, disputationi locus nō est.
16 Qualitas in successione hereditario iure excludens ab hereditate, puta ꝙ mulier sit nupta, vel dotata, requiritur tempore delate hereditatis, & sic mortis eius, de cuius hereditate agitur, etiā si in statuto hoc non exprimeret̄.
17 Statutum preferens fratrem sorori, que innupta remanserit, & grauans eos ad eam dotandam, procedit etiā in ea, que post mortem patris desinit esse innupta.
18 Qualitas inhabilitans a principio, quando non reperitur, sed postea superuenit, non impedit, neq; inhabilitat in iure iam delato.

## CONSILIVM V

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. ¶ Eleganter & multum subtiliter absoluta fuit presens consultatio per excellen. iurisconsl. & mihi vti fratrem honorandum dñm Bernardinum boninsignium olim acutissimum, & charissimum discipulum meum, qui sicut tunc maxime erat expectationis, ita expost tali de se concitate expectationi abundantissime respondit. Cuius elegantissimo consilio vna cū statutis in eo prepositis diligenter, & mature consideratis arbitror & ipse veram conclusionem per suam excellentiā firmatam, vt. s. dña Cassandra filia predefuncti fratris ad successionē Bartholomei de veturis patrui eius intestati decedentis admittatur vna cum Hieronymo altero eius

1 patruo, & fratre. d. Bartholomei nup defuncti. ¶ † Ipsa enim in primo habet fundatam intentionem in regula iuris cōmunis, per quam filij fratris premortui siue masculi, siue femine sint simul cum eorum patruis vocantur ad illam partem, ad quam vocaretur pater eorum, si viueret, vt in. §. reliquum. versi. si autem defuncto. in auc. de hered. ab intest. venien. colum. vij. que decisio ponitur per Irner. vt in auc. cessante. C. de legi. hered. ¶ Item & scđo fundatur intentio eius in statuto mihi transmisso, qđ incip. quicunq; ciuis Senēsis. in fi. dum in eo dicitur, ita ꝙ filij fratris carnalis, & in stirpem cum ꝫijs succedant. Sic ergo ista domina Cassandra filia fratris carnalis premortui debet cum patruo suo, siue ꝫio succedere. ¶ Nec obst. ꝙ illa sit femina, & statutum loquatur per verbum filij, quod est generis masculini, qꝛ dico ꝙ eiusmodi statutum debet intelligi de

2 quibuscunq; filijs tam feminis, q̄ masculis. † Legali. n. interpretatione filiorū appellatione etiā filie continentur. l. quisquis. & l. iusta. ff. de verbor. significati. & l. si quis ita. in

3 prin. ff. de testamen. tu. cum similibus, & istud ex eo est, † qm̄ masculinus sexus semper continet femininum, vt dicit tex. in. l. qui duos. in fi. ff. de lega. iij. & ibi iuriscon. vtitur verbo continet, quod solet denotare proprietatem, ſm Bart. in. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postul. vt sic dicamus in isto statuto etiam feminas comprehensas esse ex proprietate, & ita in simili arguit Deci. in consil. cccccl xx. casus de quo queritur. post princi. quod quidem verum puto attenta legali, & iusta interpretatione, vt dicit̄ in dicta. l. iusta. de verborum significa. ¶ Et ista regula vt masculinum comprehendat femininum, procedit etiam in statutis, quamuis in

4 eis soleat fieri stricta interpretatio, qđ non est ex alio, † nisi qꝛ statuta recipiunt interpretationem, & declarationē a iure cōmuni, iuxta nota. in. l. si serui vestri. C. de noxal. & in. c. cum dilectus. de consuetu. Unde cum ius cōmune sic interpretetur, vt sexus masculinus semper femininū contineat (vt dictum est) sequitur etiā in statutis, nisi aliud repugnet, idem dicendum esse, vt tradunt Cy. & alij in. l. quicunq;. C. de seru. fugit. cum multis concordantibus adductis. s. per dominum Consultorem, quibus adde Alexā. consil. cxxv. viso processu. colum. penult. lib. vij. Iaso. in. l. si quis id qđ. ij. colum. versicu. quarto predicta regula. ff. de iurisdictio.

5 om. iudi. vbi plures allegat, † & dicit ꝙ si statutū vocat coniunctos ex linea paterna etiam femine dicuntur vocate, & quidem de proprio significato verbi, vt per eum, & quando statutum loquitur in materia indifferenti, & in eius dispositione non est odiosum, sed potius fauorabile non exorbitans a iure cōmuni ista conclusio est indubitata, vt per Geminia. in. c. generali. secunda colum. de electio. libro sexto, refert, & sequitur Deci. in. l. femine. colum. ix. in versi. quarto queritur. ff. de regu. iur. & voluit hoc Hostiens. in. c. raynaldus. de testamen. & Archid. in. c. si quis suadente. decimaseptima questio. quarta, prout refert, & sequitur Alex.

in dicto consilio.cxxv.columna penultima,versicu. quinimo etiam.Sed in proposito nostro statutum istud loquitur in materia indifferenti cum loquatur de successione ab intestato,ad quam illud met statutum vocat pariter feminas sicut masculos,non est exorbitans,nec odiosuz,sed potius fauorabile cuz disponat id quod de iure cómuni statuitur, vz q filij fratrum premortuorum personam patris eorum representantes vocentur simul cuz patruis,& similibus personis,ergo sequitur pro indubitato q sub verbis illis filij fratris &c.licet masculini generis comprehenduntur etiaz filie fratris,& sic in proposito nostro ista domina Cassandra. ¶ Et q ista sit vera mens istius statuti ostenditur, q2 non est verosimile eiusmodi statutum voluisse aliud statuere de filiabus fratris respectu filiorum eiusdem,quod.s.statuerat de sororibus respectu fratrum cum inter eas non sit ratio diuersitatis,omnes enim sunt femine,& omnes agnate,† cum ergo in omnibus talibus feminis sit eadem ratio, idem ius presumi debet statutum,respectiue tamen loquendo,arg.l.illud.ff.ad.l.aquil.&.l.fin.cum similibus.C.ad legem falcid. ¶ † Et cum ita verosimile sit statuentes voluisse,ita credendum est q disposuerint per locuz a verosimili iuxta.l.cum res.in princi.ff.de legatis primo.l.non est verosimile.ff.quod metus cau. &.c.solicite. de restitutio. spoliato.cum similibus. ¶ Facit optime.l.tale pactum.§.fin. iuncta glos.ff.de pactis. Sed sic est q supra de sororibus dicitur sic statutum , vt simul cum fratribus admittantur, vt patet dum vocantur proximiores,siue sint masculi, siue femine,ergo similiter statuentes voluerūt idem de filiabus fratris statuere,vt.s.cum filijs fratris pari iure vocentur, sicut ergo si ista Cassandra esset masculus cum patruo vocaretur,ita etiaz debet vocari licet sit femina, indistincte eniz per predictum statutum vocantur parentes vulgari vocabulo tam masculi,q̄3 femine. ¶ † Immo etiam coniuncti per feminas(qui non agnati,sed cognati vocantur.§.cum autem.institu.de leg.agna.tute.)videntur per istud statutum vocari vna cum agnatis,iuxta prerogatiuaz gradus, sm quod egregie determinat Benedictus capra,in consilio.ciiij.punctus fuit quidam ciuis Senarum.iij.colū.versic.sed his non obstantibus. ¶ Quod alias ego confirmabam,q2 istud statutum post eos quos intendit vocare, & in suis verbis includi vocat ad successionem curiam communis Senarum,ex quo videtur sumi argumentum q etiam cognatos in suis verbis includat, cum nō sit verosimile q statuentes voluerint preferre curiam communis Senaruz cognatis defuncti,vsq3 ad quartum gradum, merito tanquam non verosimile dici non debet.l.cum pater.§.pater certam.ff.de legatis secundo.&.l.sed & si susceperit.§.secundo.ff.de iudicijs.cum superius allegatis, & alijs similibus. ¶ † Immo dici solet q imaginem falsitatis habet , quod est remotum a verosimili,vt inquit Bald. in.l.prima.C.de seru.fugiti.tertia colum.Alexan.consi.xxvij.in causa & lite.in fi.libro secundo,Jaso.in.l.si extraneus. secunda colum.ff.de conditione ob causam,& Dec.in consilio.dcxliij. viso & perlecto.secūda colum.Super quo tamen pro nūc, nec vltra instare,nec quicquam firmare intendo,q2 non est ad propositum,cum ista Cassandra ex masculo fratre coniungatur,& ita sit agnata,vt.d.§.sunt autem. ¶ Sed dicet aliquis, q ista domina Cassandra debet dici exclusa per aliud statutum ad me transmissum,quod incipit itez statuerunt,& ordinauerunt q ei qui,vel que &c.nam in eo statuto expresse vocantur ad successionem fratres carnales masculi ex vtroq3 parente,& consimilium fratrum filij masculi, & sic ex capite inclusiuo solum masculi vocantur,merito videtur q femine dicantur excluse tanquaz non vocate,† quando enim lex vocat certas personas ad successionez omnes alias censetur excludere,argumento.l.cum pretor.in princi.ff.de indi.&.l.sicut certi.C.de testamen.mil.& ita per ista iura declarat Barto.in.l.secunda.§.videndum.prope fin. ff.ad senatusconsul.tertull. ¶ Item etiam videtur clare excluse femine ex capite exclusiuo dum in statuto dicitur,& exclusis filiabus fratris carnalis &c. put est ista Cassandra,& sic videtur q in hoc statuto sit clara decisio contra eam in fauorem Hieronymi eius patrui. ¶ Sed tamen his non obstantibus arbitror eam omnino admittendam cum habeat fundatam intentionem suam tam de iure cōi, q̄3 etiaz ex forma statuti,sm quod.s.declaratum fuit. ¶ Non obmodo statutum in contrarium allegatū, quoniaz vere non solum ei non aduersatur,sed pro ea plurimum facit, vt sic etiam per illud,vbi alia non adessent in eius fauorem videretur ista Cassandra ad dimidiam partem admittēda, prout ex infra dicendis apparebit,& per dominum Consultorem dictum fuit. ¶ Dum ergo primo opponitur caput inclusiuuz,in quo Cassandra non videtur vocari, sed potius excludi respondetur q ipsa non intendit vocari per istud statutum in dicto capite inclusiuo,sed per regulam iuris cōmunis,& municipalis,sm quod supra dictum fuit,& asserit per tale statutuz non excludi quod sufficit,† q2 casus omissus remanet in dispositione iuris communis,iuxta communiter tradita in.l.cōmodissime.ff.de liberis & posthumis. & in.l.si extraneus.ff.de conditio.ob causam.& in.l.si cuz dotem.in princip.vbi summat Barto.ff.soluto matrimonio. ¶ † Non obst.regula.d.l.cum pretor.& doctrina Barto. in dicto.§.videnduz.q2 illa posset procedere, nisi de cōtraria mente statuentium constaret,prout isto casu constat, vt statim dicetur. ¶ Vel dicamus regulam illam forte procedere qñ simpliciter certas psonas vocaret statutum ad successionem vlterius non procedendo,in quibus terminis loquitur Bar.ibi,sed hic vlterius procedit,ex quo alia mēs statuti colligitur,ergo &c.& sic ista solutio in effectu cadit in precedentem. ¶ † Posset etiam tentari contra illam doctrinam Barto.in dicto.§.videndum.nam exclusio a successione facta per statutum dicitur quedaz exheredatio, argumento notatorum in.l.qui volebat.ff.de heredi.institué. prout firmat Bald.in.l.si defunctus.columna prima,versicu.& induco.C.de suis & legitim.& ideo videtur q debeat in statuto expresse,& nominatim fieri, iuxta.l.primam & secundam.ff.de liberis & posthumis.cum similibus,prout ita arguendo signanter concludit Andre.sicul.in consil.xvi. clementissimi Dei.per totum,primo volumi.Sed ista Cassandra non reperitur expresse exclusa,ergo &c.super hoc tamen non insisto,quia precedens solutio tollit omnem difficultatem,vt modo apparebit. ¶ Non obst. ergo secundo loco caput exclusiuum istius statuti in versicu.& exclusis filiabus fratris &c.quia filie fratris nō simpliciter, & omnes excluduntur,sed solū ille que fuissent nupte,vel dotate tempore obitus eius,de cuius hereditate ageretur,vt clare dicitur in statuto,&.s.per dominum Consulentem dictū fuit, qd non contigit in predicta Cassandra,nam tempore mortis Bartholomei,neq3 nupta,neq3 dotata erat. † Ex quo manifeste tollitur obiectio,que posset fieri de.l.fina.ff.vnde libe.dum ibi dicitur sufficere qualitatem exclusiuam reperiri tempore petitionis bonorum possessionis,vt sic videatur posse considerari in ista Cassandra cum tempore aditionis hereditatis asseratur eam fuisse nuptaz,& sic habuisse qualitatem exclusiuam.† nam cum in statuto clare exprimatur tēpus quo mulier debeat esse nupta,vel dotata non est locus disputationi.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.iij.&.l.ancille.cum sua gl.C.de fur.cuz simi. prout etiam supra dixit eximius Consultor in secunda responsione per eum data ad predictam obiectionem, q̄3 responsionem in proposito arbitror claram,& indubitatam,licet etiam alijs multis modis eadem obiectio tolli possit,vt per dominum Consultorez. ¶ † Et inter alias responsiones plurimū placet etiam illa,quam primo loco dedit,vt.s.verior sit opinio q in successione iure hereditario qualitas excludens ab hereditate,puta in casu nostro q mulier sit nupta,vel dotata requiratur tempore delate hereditatis , & sic mortis eius de cuius hereditate agitur(etiam q in statuto hoc non exprimeretur)per deducta per Alexan.in consil.lxxxiij. viso themate.iij.colum.versi.non obst.q valēti agere, libro tertio,cum alijs allegatis.s.per dominum Consultorem, & vltra eum ita in terminis firmat Bart.in consil.xxxj.quidaz decessit intestatus.in fi.idem voluit Pau.de cast.in consilio.vj.super eo de quo queritur.& consi.vij.super primo dubio.secunda colum.secundo volumi.sm nouam impressionem,& istud septimuz reperitur in antiqua impressione,numero.iij.idem concludit etiam Dec.in consil.cclxj.superioribus diebus.secunda colum. & in consilio.cccclxxxix. in

causa que.tertia colum.vbi plures allegat, ⁊ Curt. iunior in consilio decimo,visa ac diligenter considerata.tertia colum.illud idem si recte ponderetur,voluit patruus,⁊ dominus meus Socin.in consilio.xlij.subtiliter ⁊ abunde,secunda colum.quarto volumi.licet enim ibi vtranqꝫ opin. referat,tamen videtur magis inherere opinioni Bartol. in dicto consilio,⁊ sequacium. ¶ †Facit pro ista opinione in casu nostro pulchra decisio eiusdem Socin.in consilio.lvij.in causa restitutionis.secunda colum.in fi.cum seq. eo. quarto volumi.dum concludit ꝙ statutum preferens fratres sorori,que in capillo, seu innupta remanserit,⁊ grauans eos ad illam dotandam,procedit etiam in ea que post mortem patris desijt esse in capillo,siue innupta,qꝛ illa qualitas solum ↄsideratur ꝙ adsit tempore mortis patris, vt per euꝫ. Sic ergo ⁊ in proposito nostro satis est ꝙ Cassandra non fuerit nupta,vel dotata tempore mortis Bartholomei,vt ab eius successione non excludat̃,lꝫ postea nupserit anteꝗꝫ adijsset hereditatem. ¶ †Comprobatur ista opinio, quia quando qualitas inhabilitans a principio non reperitur, sed postea superuenit non impedit,neqꝫ inhabilitat in iure iam delato,vt videtur tex.prout eum nota. ibi Ange.in.l. sciendum.§.fin.ff.qui satisda.cogan.refert, ⁊ sequitur Soci.meus in consi.lxxxj.non est dubium.tertia colum. tertio volumi.vbi etiaꝫ per plura illud comprobat,que satis sunt ad propositum,vt per eum videri potest,ad queꝫ me remitto. ¶ Ex his ergo,⁊ alijs deductis.s.per dominum Consultorem de subscriptione requisitus vna cum eo concludo predictam Cassandram vna cum Hieronymo admittendam etiam ad hereditatem Bartholomei eius patrui intestati. Laus Deo.

Socinus nepos Padue.

## SVMMARIVM

¶ De interpretatione statutorum Fanensium.

¶ De successionibus ab intestato,quibus disponitur ꝙ mater excludatur per sororem.

¶ Item ꝙ patruus excludat matrem a tribus quartis,⁊ similiter etiaꝫ sororem,quid iuris,si mater, soror, ⁊ patruus concurrant.

¶ Et vtrum statutum ꝙ mulier teneatur recipere rem datam in dotem pro estimatione pro qua data fuit, operetur idem de viro,vel eius heredibus.

1 Dos arbitrio boni viri declarari debet iuxta dignitatem personarum,⁊ facultatum vires.
2 Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, quomodo locum habeat.
3 Dotis extimatio,an faciat emptionem.
4 Predium extimatum in dotem datum liberum est mariti.
5 Regula secundum naturam.ff.de regulis iuris. quomodo procedat.

## CONSILIVM VI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Nobilis miles,ac strenue capitanee consuluit me nobilitas tua,qd ego de iure sentiam,circa duas dubitationes per te mihi propositas,inspecto tantum rigore iuris quarum resolutio pendet ab interpretatione quorundam statutorum Fanensium mihi exhibitorum. Unde cupiens ego tue nobilitati morem gerere, predictis statutis mature consideratis vna cum facti contingentia,ac omnibus alijs,que consideranda sunt consultationi tue sic respondendum duxi. ¶ Circa primam questionem qua queritur quis,⁊ in quantū succedat Paulo panetio Fanensi mortuo in pupillari etate, superstitibus sibi matre,sorore vtrinqꝫ cōiuncta,⁊ patruo, stante statuto sub rubrica de successionibus ab intestato, diligenter predicto statuto in omnibus suis partibus considerato. Arbitror ſm iuris rigorem, ꝙ patruus succedere debet in tribus partibus,⁊ in alia quarta parte succedere debeat soror dicti Pauli,vt sic attēdi debeat statutū predictum in versicu. item si remanserit patruus persone defuncte,vbi hoc clare,⁊ aperte disponitur, detracta tamen prius ex hereditate predicta dote conuenienti pro ipsa sorore,cū illa non sit dotata,prout statiꝫ in dicto statuto subijcitur,† que dos arbitrio boni viri erit declaranda iuxta dignitatem personarum,⁊ facultatis vires, iuxta.l.quero. ⁊ que ibi tradunt docto.ff.de iure dot. ¶ Nec predicte conclusioni obst.mater,seu matris existentia,quia cum illa totaliter excludatur per sororis existentiaꝫ,vt clare legitur in dicto statuto in versic.item mater,⁊ coniuncti ex latere materno tantum ⁊c.perinde est,ac si non esset in rerum natura.non enim quicquam dicere poterit aduersus patruum, quoniam ei immediate respondetur ꝙ ipsa nullum ius habet,quia propter sororem a successione dicitur repulsa. ¶ Nec preterea videtur ꝙ ius matris,si quod haberet, si soror non esset,sit tale ꝙ patruū impediat habere tres partes,vt euidenter constat in dicto statuto in versicu. ⁊ in eo casu tamen quo ex persona defuncta ⁊c. ¶ Et notandum est,ꝙ vbi mater excluditur per sororem, precise dicitur qđ mater non possit venire ad successionem filij inter cetera, si remanserit soror,que verba solam existentiam sororis videtur considerare pro exclusione matris,non autem ꝙ omnino soror talis,⁊ in totum succedat,etenim ex alijs verbis statuti colligitur,ꝙ aliquando in totum non succedit, sed tantum pro quarta parte,vꝫ quando superfuerit etiam patruus,vt in casu nostro contingit,⁊.s.dictuꝫ fuit. ¶ † Nec etiam obst.ꝙ dici solet casum omissum remanere in dispositione iuris cōmunis,quia illud potest habere locuꝫ, quando dicitur omnino obmissus,quod non potest dici in statuto isto,cum etiam de matre cum patruo concurrente loquatur,quemadmodum etiam si cum sorore concurrat, ⁊ ista declaratio recte intuenti, probatur in.l.cōmodissime. iuncta.l.si ita scriptum.in principio.ff.de liberis ⁊ posthumis. ¶ Nec videtur posse dici ꝙ fiat aliqua diuisio ad similitudinem eius,que fit in dicta.l.si ita scriptum. ⁊ in.l.clemēs. in princip.iuncta glo.ff.de heredibus instituendis.quoniaꝫ in dictis iuribus ex personis,que simul reperte fuerūt, vna non excludebat aliam ex ordine testatoris, sed in casu isto ex forma statuti soror matrem excludit,vt supra dictū fuit, ergo ⁊c. ¶ Circa secundam dubitationem, qua queritur vtrum heredes mariti teneantur restituere predium illud, ꝙ maritus pro certa estimatione acceperat in doteꝫ, an vero liberentur soluendo predictam estimationem,sic respondendum puto distinguendo, scꝫ vt modo dicam. ¶ †Aut eniꝫ estimatio quando dos data fuit,circūscripta omni statutaria dispositione de se non fecit emptionem, prout sepe contingere potest,iuxta.l.si inter.⁊ que ibi glo. ⁊ doctores tradunt.C.de iure dotium.⁊ tunc res caret dubitatione,nā ex quo emptio non fuit inducta per estimationem dos dicitur fuisse in predio,merito ergo illud predium debet absolute restitui veluti dotale. ¶ Aut estimatio predicta de se fecit emptionem,⁊ tūc estimatio illa dicitur esse in dote, ⁊ illa solum per heredes viri debet restitui,† predium vero per talem estimationem fuit libere effectum mariti,vt est textus apertus,⁊ ibi doctores tradūt in.l.quotiens.C.de iure dotium.⁊ ita hodie per heredes mariti retineri potest. ¶ Nec tunc obstat statutuꝫ sub rubrica de lucro dotis ⁊c. in versicu.⁊ dicte mulieres, vel ius habentes ⁊c.quoniam tale statutum solum grauat mulieres,⁊ earum partem (vt vtar verbis eius)retollere res datas in dotem pro eadem estimatione ⁊c.⁊ sic videtur factum tale statutum in fauorem mariti,vel heredum eius,qui semper non habent paratas pecunias,⁊ quos statutum noluit inuitos pati damnum deteriorationis rei dotalis. Statuit ergo ꝙ si velint res ipsas restituere mulier,vel ius habentes teneantur eas recipere. ¶ Sed ex aduerso si heredes mariti nolint res ipsas restituere,ꝙ compellātur statutum non disponit, vnde remanet sub regula iuris communis, que est, ꝙ liberentur soluendo estimationem,quando estimatio fecerat emptionem,quia(vt dixi)in ea erat dos cōstituta. ¶ Et certe si statutum aliud voluisset vtiqꝫ dixisset, quemadmodum dixit mulieres cogi retollere ⁊c. Cum ergo non dixerit creditur noluisse,iuxta.l.primam.§.finautem ad deficiētis.C.de caducis tollen.⁊.c.ad audientiaꝫ.de decimis,facit optime.c.

inter corporalia. de translatio. episcopi. circa medium.

5 ¶ † Et ex his recte consideranti apparebit non obstare regulam. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris. cum similibus, nec etiam regulam correlatiuorum, de qua traditur in. l. prima. C. de cupres. libro vndecimo, ⁊ in. l. fina. C. de indi. vidui. tollen. quia neutra ex his regulis procedit, vbi apparet de contraria voluntate disponentis. ¶ Hec pauca dixisse volui strenue capitanee pro iustificatione responsionum mearum circa propositas dubitationes, vt tue nobilitati morem gererem, que ita a me postulauit plura dicturus, si quando occurrat pro iustitie maiori demóstratione. Laus Deo Clementissimo.

Marianus Socinus iunior, Padue. 1539.

## CASVS

¶ Illustrissimus ac excellen. tũc Marchio Mantue, de anno. M. cccclxxxix. concessit Marco, Francisco, ⁊ Antonio fratribus de territorio Cremonensi priuilegium ꝙ ipsi cuꝫ eorum familijs possint se transferre ad ciuitatem, territorium, ⁊ districtum Mantue, ⁊ in eo libere habitare, ⁊ colere, ac etiam acquisitiones quorumcunqꝫ bonorum immobilium impune facere in quocũqꝫ loco dominij ipsius Marchionis, prout ipsis videbitur, ⁊ placuerit.

¶ Et ꝙ predicti fratres cum eorum familia tractentur non secus, ac si essent originarij ciues Mantuani districtuales, ⁊ subditi antiqui ipsius Marchionis, ⁊ eos in eo numero, ⁊ conditione quantum ad hoc haberi, teneri, ⁊ tractari voluit ⁊c. non obstante aliqua lege ⁊c.

¶ Predicti fratres venerunt ad habitandum in territorio Mantuano, ⁊ plurima bona immobilia emerunt in cómunionem, verum est ꝙ Antonius vnus ex dictis fratribus non habitabat continuo in tali territorio, sed aliquádo ibi, ⁊ pro maiori parte in territorio Cremonensi.

¶ Venerunt dicti fratres ad diuisionem, ⁊ predicto Antonio inter cetera obuenerunt in partem aliqua ex dictis bonis immobilibus acquisitis in territorio Mantuano, que dum vixit semper libere tenuit, ⁊ hodie Franciscus, ⁊ Benedictus eius filij, ⁊ heredes tenent, ⁊ nónulla etiam bona alia acquisierunt, ⁊ pro eis omnibus subeunt onera, ⁊ factiones sicut ceteri ciues, siue districtuales Mantuani.

¶ Qui filij iam annis decem, ⁊ vltra post mortem eoruꝫ patris venerunt ad habitandum in dicto territorio Mátuano, vbi erant eorum patrui, vel patrueles, ⁊ postea iuerunt ad habitandum in ciuitate Mantue, vbi contraxerũt matrimonium.

¶ Eorum vxores morientes in testamento eos vti dilectissimos viros fecerunt heredes, in quarum mulierum hereditate sunt aliqua bona immobilia.

¶ Queritur modo vtrum predicti filij Antonij possint predicta bona immobilia, vt heredes suarum coniugum acquirere? An vero veluti foréses sint talibus bonis priuandi, stante statuto Mátuano sub rubrica de alienationibus prohibitis in personas nó subditas iurisdictioni cómunis Mantue, cuius copia, quia prolixum est, transmittitur.

## SVMMARIVM

¶ De statuto prohibente immobilia alienari in non subiectos, quomodo intelligatur.

¶ Et qui dicantur subiecti, vel munera subeuntes.

¶ Et domicilium, quomodo constituatur.

¶ Et priuilegium concessum alicui cum sua familia vtrum transeat ad filios.

1 In arbitrio cuiuscunqꝫ est heredem etiam extraneum sibi facere.
2 Testamenti libera factio nemini auferri debet, nec constringi.
3 Maritus ab vxore heres institui potest.
4 Domicilium quis habere dicitur in loco, in quo per decennium cum familia habitauit, ⁊ incola dicti loci effectus est.
5 Incola dicitur, qui in alienã regionem domicilium ꝯtulit. Domicilium ex libera voluntate sua, vbicunqꝫ vult habere potest.
6 Incola alicuius loci quis altero de tribus modis efficitur. Primo vbi se ⁊ familiam alendo, ⁊ negociádo animo larem constituendi.
Secundo maiorem partem fortunarum transferendo.
Tertio per temporis diuturnitatem permanendo.
7 L. secũda. C. de incol. licet in scholaribus loquatur, tamen in alio etiam procedit.
8 Domicilium quis in aliquo loco habere potest, etiaꝫ ꝙ domunculam tantum, vel armariuꝫ haberet, etiam si alibi bona, ⁊ habitationem haberet.
9 Domicilia duo quis habere potest.
10 Ciuis appellatione venit incola.
11 Incola ad onera tenetur, ⁊ grauari potest.
12 Onera non subditis non imponuntur.
13 Propinqui dicuntur coniuncti sanguine, vel agnati, vel cognati.
14 Propinquorum appellatione non veniunt maritus, ⁊ vxor, cum non sint sanguine coniuncti, qui dicuntur affines.
15 Onera non subiens in aliqua ciuitate potest succedere filio fratris etiam respectu immobilium, quia satis est ꝙ ille cui succedit subeat onera.
16 Priuilegium aliquibus fratribus concessum per hec verba, videlicet cum familijs vestris ⁊c. ad filios illoruꝫ priuilegiariorum vti de eorum familia extenditur.
17 Priuilegium continés liberationem ab onere aliquo perpetuum, ⁊ reale dici debet, ⁊ per consequens ad filios transitorium.
18 Interpretatio illa semper est accipienda, que nos ad antiquum statum magis reducit.
19 Interpretatio laudatur, per quam ad ius cómune reditur, ⁊ vult extensioneꝫ fieri, vt res de facili ad naturam suaꝫ redeat.
20 Pro possessore in dubio presumitur.
21 Consuetudo interpretata dicitur optima leguꝫ interpres.
22 Ius ex quasi possessione presumitur, cum in iudicium deductum est.
23 Verbum arbitrari intelligitur de arbitrio boni viri. Et iudex bonus vir dicitur.
24 Iudex varie ex personis, ⁊ causis constituere debet.
25 Statutum ciuitatis Ferrarie prohibens immobilia in forenses, ⁊ in non subiectum statutis alienari, locum non habet contra eum, qui vti ciuis receptus ibi forum sortiebatur, ⁊ onera sustinebat.
26 Singula que non prosunt, multa collecta iuuant.

## CONSILIVM VII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie. ¶ Pro resolutione presentis consultationis non puto multum insistendum, quoniaꝫ presuppositis in facto his que presupponũtur, arbitror rem satis claram, ⁊ ideo conclusiue loquédo, (secundum ea que preponuntur more sceuole iurisconsulti respondendo) pono, ⁊ firmo hanc conclusionem, vt scilicet predicti Fráciscus, ⁊ Benedictus iure optimo possint bona immobilia, de quibus agitur, acquirere, ⁊ ꝙ eorum sunt omnino capaces, prout etiam in suo elegátissimo consil. firmauit excellen. do. Bartholomeus alipràdus mihi vti pater honorandus. Et non laborando ibi non expedit, dico ꝙ tota difficultas pendet a statuto, sub rubrica de alienationibus prohibitis in personas non subditas ⁊c. Etenim vbi tale statutũ non esset de plano. d. conclusio procederet,

1 † cum in arbitrio cuiuscunqꝫ sit quemcunqꝫ voluerit facere heredem etiam extraneum penitus ignotum. l. ij. C. de heredibus instituend. Debet enim in testádo liber stilus esse, ⁊ liberum, quod non redit arbitrium, vt inquit Imperator

2 in. l. prima. C. de sacrosanctis ecclef. † ⁊ aliter dicimus ꝙ libera testamẽti factio nemini auferri debet. l. stipulatio hoc modo concepta, cum sua materia. ff. de verborum obligatio. nec etiam constringi, vt. l. si fratres. §. ideꝫ respondit. ff. pro socio.

pro socio. ꝛ hoc sit dictum ex parte ipsarum mulierum, que suos viros fecerunt heredes, potuerunt enim vt est dictū. ¶ Similiter etiam ex parte ipsorum institutorum dicendum est ꝙ iure ordinario sunt capaces predictarum hereditatum, ꝛ bonorum quorumcunqꝫ in eis contentorum. naꝫ regulariter quilibet dicitur capax, ꝛ in ꝓposito nostro quilibet habere testamenti factionem passiuam, nisi expressim per legem prohibeatur. Prohibentur autem plures, qui ponuntur per glosam in. §. legari. institu. de leg. inter quos

3 isti non ꝯnumerantur, ergo ꝛc. † ꝛ ꝙ maritus ab vxore possit institui heres, constat ex. l. cum pater. §. a te peto. ff. de legatis secundo. in. l. finali. C. ꝛ. ff. si quis ali. test. probib. cum infinitis similibus, ꝛ hoc est plusquam notissimum. ¶ Videndum itaqꝫ est nunquid predictum statutum vendicet sibi locum in casu isto, vt scilicet isti mariti ex eius forma dicantur incapaces ad acquisitionem bonorum immobiliuꝫ in predictis hereditatibus contentorum. Et breuiter mihi videtur absqꝫ aliqua probabili dubitatione dicendum qđ non, ꝛ sic concludendum puto predictos maritos esse capaces ad acquisitionem predictam, statuto predicto nihil eis obstāte. ¶ Et istud in primis ostenditur, nam statutuꝫ predictuꝫ prohibet bona immobilia transferri in personas non subiectas iurisdictioni cōmunis Mantue, ꝛ non subeūtes onera, ꝛ factiones cum cōmuni, ꝛ hominibus Mantue, ꝛ tales personas reddit incapaces bonorum immobiliū, vt ex discursu illius statuti in pluribus locis aperte demonstratur, sed isti Benedictus, ꝛ Franciscus non sunt tales, quinimmo subijciuntur iurisdictioni Mantue, ꝛ onera subeunt, ergo ꝛc. Hoc autem in puncto pro vero presupponitur, vt patet in versicu. ꝛ pro eis omnibus subeunt onera ꝛc. propter quod non esset vlterius super hoc elaborandum.

4 ¶ † Sed ex abundanti ꝙ predicti sint subditi, ꝛ dicantur ciues, siue incole, ꝛ districtuales Mantue ostenditur, nam ipsi constituerunt vsqꝫ ab initio habitare Mantue, vel in eius districtu, prout vere habitauerunt iam vltra decem annos cum sua familia, ex quo dicuntur habuisse, ꝛ nunc habere domicilium, ꝛ sunt effecti incole in dicto loco.

5 † Incola enim dicitur qui in alienam regioneꝫ domicilium contulit. l. pupillus. §. incola. ꝛ ibi doctores declarant. ff. de verborum significatio. ꝛ. l. ciues. ꝛ ibi doctores. C. de incolis. libro decimo. Potest enim quis ex libera sua voluntate vbicunqꝫ ei placet, habere domicilium, nisi ei prohibeatur, vt. l. nihil. ff. ad municipal. ꝛ tradit Bartol. in. l. assumptio. ꝛ in. l. de iure. eodem titulo, ꝛ Abb. in. c. finali. secundo notab. extra de parroch. cum concordantibus multis.

6 ¶ † Dico itaqꝫ ꝙ cum isti fratres fouerint larem, ꝛ se cum eorum familia aluerint in territorio Mantuano, ꝛ postea in ciuitate Mantue, dicuntur ibideꝫ effecti incole, ꝛ domicilium habuisse, cum hoc homini contingat altero de tribus modis vꝫ, vel ꝙ quis se, suamqꝫ familiam alendo, ꝛ negociando animo ibi permanendi larem constituat. Vel secundo transferendo maiorem partem fortunarum suarum. Vel ꝛ tertio per temporis diuturnitatem. ¶ De primo videtur tex. in dicta. l. nihil. ꝛ in. l. labeo. eodem titulo, iuncta glosella prima, ꝛ facit. l. postliminij. §. finali. ibi siue animus ꝛc. ff. de capt. ꝛ postlim. reuer. ꝛ est textus in dicta l. ciues. iuncta glosa in verbo, larem. ¶ De secundo allegatur dicta. l. ciues. ꝛ. l. secunda. C. vbi senator. vel clarissi. ¶ De tertio autem est textus in. l. secunda. C. de incolis. libro decimo. ꝛ ibi tradunt doctores, ꝛ dicit Baldus in consilio trecentesimononagesimotertio. punctus talis, videlicet Titius ciuis Senensis. libro primo. vbi etiaꝫ de primo modo loquitur illum affirmādo, vt per euꝫ. ¶ Et hanc doctrinam de his tribus, ꝛ ꝙ alterum sufficiat, tradit Jacob. rebuf. in dicta. l. ciues. refert, ꝛ sequitur Beltrand. in consilio septuagesimoquinto, quis dicitur proprie. secunda columna, secundo volu. ¶ Sic itaqꝫ stantibus istis, sequitur loquendo pro nunc tantū de primo modo, ꝙ predicti Benedictus, ꝛ Franciscus dicuntur incole territorij Mātuani, ꝛ in eo iam per multos annos habuisse domicilium, cuꝫ (vt dictum est) in eo larem constituerint se, ꝛ eorum familiam alendo, ꝛ ibidem negociando, ꝛ maxime cum postea matrimonium in ciuitate Mātue contraxerint ibidem cuꝫ uxoribus, ꝛ tota familia habitando cum animo perpetuo remanendi, prout verosimile cuilibet erit, ꝛ res ipsa apertissime demonstrauit. ¶ Et vbi super isto incolatu, vel domicilio posset aliqua dubitatio apud aliquem scrupulosuꝫ nasci de animo predictorum fratrum ab initio, dico ꝙ ex longa habitatione supra decem annos in districtu, ꝛ territorio Mantuano acquisierunt incolatum, ꝛ domiciliuꝫ iuxta tertium modum supra dictuꝫ, prout est textus in dicta

7 l. secunda. vbi doctores notant. C. de incolis. † ¶ Et licet ille textus loquatur in scholaribus, tamen procedet etiaꝫ in alio quolibet, vt per glosam secundam in fi. ꝛ quidem fortiori ratione, vt ibi dicit Joan. de plat. ꝛ ꝙ decennio quis presumatur habere domicilium, post alios firmat Felynus in capitulo dilectus. il secundo, decima columna, versiculo

8 tertius casus. de rescrip. ¶ † Et notandum est ꝙ quis dicitur habere domicilium in aliquo loco etiam ꝙ domunculam tantum, vel etiam armarium in eo haberet, secundum Joannem andream in additio. Speculat. in titulo de competen. iudic. adit. §. j. in additione incipien. si dicas ꝛc. vt refert, ꝛ sequitur Matthe. de affli. in capitulo primo. quinta columna, versiculo his itaqꝫ premissis. de controuer. inter vasal. ꝛ ali. de benefic. ¶ Et hec vera sunt etiam si isti fratres haberent alibi bona, vel etiam habitationeꝫ, licet hoc

9 de eis non audiam. † Potest enim quis habere duas habitationes, ꝛ duo domicilia, vt inquit Baldus in consilio ducētesimotrigesimoquarto. decretū magnifici. secūda columna, primo volumine. pro quo videtur text. quem ipse allegat in. l. eius. §. celsus. ff. ad municip. est etiaꝫ textus in. l. assumptio. §. iuris. eodem titulo, vbi Bart. ꝛ tradit Abb. in. c. ex parte. B. in tertia oppositione, de foro competen.

10 quod non prosequor, quia non est necessarium. ¶ † Si igitur isti Benedictus, ꝛ Franciscus dicuntur habere domicilium sub iurisdictione Mantuana, iā nō possunt dici forenses, seu extranei, sed potius dicuntur ciues, vel incole, prout declarat Beltran. in consilio nonagesimosecundo. si verum est. in principio, tertio volumine. ꝛ voluit Alexander in consilio vigesimo. viso processu. prope finem. secundo volumi. dum dicit ꝙ incola venit appellatione ciuis.

11 ¶ † Et cum domicilium habeant, ꝛ dicantur incole, claruꝫ est ꝙ tenentur ad onera vniuersitatis, ꝛ grauari possunt iuxta tradita per Baldum in consilio quadragesimoseptimo. ad euidentiam. prope finem. tertio volumi. ꝛ consilio centesimotrigesimonono. vbi quis. eodem volum. prout re vera onera subeunt, ꝛ grauedines, quemadmodum ꝛ alij habentes domicilium, immo quemadmodum ciues, vt in

12 puncto presupponitur. † Et propterea sequitur qđ debent dici subditi, cum onera non subditis non imponantur, iuxta. l. primaꝫ. ff. ad municip. ꝛ dixit Baldus in consilio trecentesimoquadragesimoquinto. quatuor ad propositum. secunda columna. quarto volumine. Sequitur ergo ex predictis, ꝙ isti fratres non possunt dici incapaces acquisitionis immobilium, nec in eis verificatur statutum, de quo in puncto, cum solum excludat non subditos, ꝛ non subeuntes onera, quod in eis non reperitur. ꝛ istud sit primuꝫ principale fundamentum pro cōclusione supra posita, quod (ni fallor) est concludentissimum. ¶ Secundo predicta cōclusio probatur, quia negari nō potest, quin primi illi tres fratres, Marcus scilicet, Antonius, ꝛ Franciscus non subierint munera dum vixerunt, cum bona immobilia possederint, ꝛ post eos similiter subierunt munera, ꝛ hodie subeūt filij Marci, ꝛ Francisci, si qui superuixerunt, qua stante dico ꝙ isti Benedictus, ꝛ Franciscus, etiam quando per se non subirent munera, debent tamen haberi pro subeuntibus, quia sunt filij Antonij, qui onera subibat, sunt nepotes ex fratre illorum Marci, ꝛ Francisci suorum patruorum, ꝛ sunt patrueles filiorum predicti Marci, ꝛ Francisci, nam ex persona illorum patris, patruorum, vel etiā patruelium subeuntium munera ipsi pro subeuntibus haberi debent, vt in predicto statuto cauetur circa medium, in versicu. intelligimus autem quantum pro presenti statuto ꝛc. dum dicitur ꝙ filij, fratres, nepotes, propinqui, ac omnes, ꝛ singuli descendentes ex subeuntibus debēt haberi ꝛ ipsi pro subeuntibus, ꝛ sic dicuntur habiles ad acquisitionem

immobilium. Clarum autem est istos Benedictum, et Franciscum esse tales, et ad minus contineri sub verbo propinquorum, ergo etc. et istud est notissimum, [13] †cum propinqui dicantur sanguine coniuncti agnati, vel cognati, vt colligitur ex. l. prima. vbi per omnes doctores. C. vnde vir et vx. et dixit Bald. in consilio. cccxxxiiij. in questione que vertitur. secunda columna, tertio volumine (si tamen est consilium Bal.) [14] † Nec enim maritus, et vxor, nec qui per eos coniunguntur (qui dicantur affines) veniunt appellatione propinquorum, quia non sunt sanguine coniuncti, vt tradunt doctores in. d. l. prima. qui etiam idem dicunt in. l. fi. C. de verborum significatio. sed isti Benedictus, et Franciscus sunt coniuncti sanguine predictis, et dicuntur eorum agnati, et consortes, prout est notum, ergo etc. ¶ Et pro isto secundo fundamento adduco in terminis decisionem patrui, et domini mei Socini in consilio. ccxcij. visis statutis magnifice ciuitatis Mantue. tertia colum. secundo volumi. in versicu. prima responsio colligitur. [15] † vbi loquens de hoc statuto concludit, quendam dominum Paulum Florentinum, et per se onera non subeuntem in ciuitate Mantue potuisse succedere cuidam Bernardino filio fratris eius predefuncti etiam respectu bonorum immobilium, quia satis est quod munera subiret ille Bernardinus, qui decesserat, qui erat ipsi do. Paulo propinquus, et agnatus. et ponderat pro hoc predictum verbum, intelligimus autem etc. et inquit ibi Soci. meus, quod hoc solum fundamentum sufficeret ad victoriam, licet etiam ex alio fundamento moueatur, vt ibi per eum. et per hanc pulchram decisionem (vt puto) determinatur in indiuiduo questio nostra. ¶ Tertio principaliter predicta conclusio probatur, quia (etiam vbi predicta non procederent) isti fratres dicuntur capaces acquisitionis immobilium, mediante decreto felicis recordationis Francisci illustrissimi Marchionis Mantue, seu priuilegio per eum concesso illis tribus fratribus, scilicet Marco, Francisco, et Antonio, prout in puncto dicitur. nam cum predictis cum eorum familiis fuerit concessum inter cetera, vt possent immobilia acquirere in iurisdictione Mantuana, et domino concedentis, etiam isti Benedictus, et Franciscus dicuntur tali priuilegio gaudere vti filii, et de familia predicti Antonii patris eius, prout egregie, et per multa fundamenta concludit predictus excellentissimus Consultor, ad quem me refero. ¶ [16] † Addendo quod pro isto fundamento, et fere omnibus, que per dominum Consultorem in eo dicta fuerunt plurimum faciunt, que tradit vberrimus doctor, Andre. barba. in consilio quadragesimoquarto. sapienter scripsit psalmista. secundo volumi. per totum, vbi ex multis concludit quod priuilegium quibusdam fratribus concessum his verbis. s. vos cum familiis vestris etc. transit ad filios illorum priuilegiariorum vti de eorum familia, et (vt credo) super eodem casu in indiuiduo emanauit consilium domini mei Soci. numero octuagesimoquarto. tertio volumine, allegatum supra per dominum Consulentem. ¶ Et vltra considerata per eum, facit pro isto fundamento, [17] † quia quando priuilegium continet liberationem ab aliquo onere, seu dicitur liberatorium, debet dici perpetuum, et reale, vt voluit Baldus in. l. beneficium. tertia colum. ff. de constitution. principum. prout refert, et sequitur Barba. in dicto consilio quadragesimoquarto. secunda columna. Sed in proposito nostro decretum, et priuilegium predictum dicitur liberatorium, quia dum concedit facultatem acquirendi bona immobilia dicitur in effectu liberare a pena in quam incurrerent non subditi acquirentes immoblia iuxta statutum predictum, ergo debet dici perpetuum, et reale, et per consequens transitorium ad filios, et sic ad istos Benedictum, et Franciscum. ¶ Quinimmo Bald. in loco predicto, post Bartol. et alios, vult quod in dubio priuilegium, siue beneficium dicatur esse reale, vt per eum. ¶ Et preterea quod ita debeat predictum priuilegium, et decretum interpretari suadetur, quia sic interpretando magis reuertimur ad ius commune, quo permittitur cuique vbilibet immobilia acquirere, et sic fit vt statutum predictum minus offendit ius commune, quo ad effectum, quia facultatem acquirendi immobilia sub iurisdictione Mantuana, alias de iure communi cuilibet competentem nedum habuerunt illi primi tres fratres in priuilegio nominato, sed etiam nunc habent eorum filii. [18] † Semper enim accipienda est illa interpretatio, que nos magis reducit ad antiquum statum, iuxta. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versiculo, quod et in specie dotis. ff. de pactis. et ita ibi Baldus et alii not. et Iaso. ibi vltra alios, in quarto nota. allegat plures decisiones concordantes, que singule possent ad propositum allegari, sed quia ibi videri [19] possunt, non referam. ¶ † Facit elegans glos. in verbo, numerandum. in. c. statutum. de prebend. libro sexto. dum laudat interpretationem per quam reditur ad ius commune, et vult fieri extensionem, vt res de facili redeat ad naturam suam antiquam. allegat. c. ab exordio. trigesimaquinta distinctione, et dictum. §. pactus. et subdit hoc presertim fieri, quando statuens contra se statuit, vt per eam, quod multum seruit in proposito nostro, cum istud priuilegium solum sit contra dominum illud concedentem, vt de se notum est.

¶ Quarto principaliter comprobatur conclusio supra firmata, [20] † quia predicti Benedictus, et Franciscus sunt in quasi possessione ciuilitatis Mantue, seu capacitatis acquirendi bona immobilia in dominio Mantuano, cum nonnulla bona talia ipsi possideant, et fortasse ipsimet acquisiuerunt, vnde debent in hac quasi possessione conseruari, et pro eis propterea in dubio est presumendum, iuxta. l. siue possidetis. cum materia. C. de probationibus. cum similibus.

¶ Et siue hoc proueniat quod ita importet priuilegium eorum patri, et fratribus concessum, [21] † siue quod sic consuetudo sit interpretata, que dicitur optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legibus. Siue etiam dicamus hoc contingere, quia illi iam supra decennium habuerunt domicilium, onera, et grauedines subierunt (vt supra dictum fuit) pro nunc non est curandum, [22] † sed satis est eos esse in predicta quasi possessione, ex qua presumitur quod ius habeant, cum tale ius deducant in iudicium per viam exceptionis, nec in aliquo reperitur fundata intentio aduersarii, iuxta elegantem doctrinam Barto. in. l. quidam in suo. ff. de conditionib. institu. cum qua communiter transeunt doctores.

¶ Quinto facit, quia statutum predictum, et omnis questio inde proueniens debet arbitrio boni viri intelligi, et determinari, prout important verba dicti statuti, prope finem. in versiculo, et super presenti additione, et precedenti statuto etc. nam dum statutum vult omnia debere arbitrio potestatis terminari intelligitur in potestatem omnia remittere [23] vti in bonum virum, † tum quia verbum, arbitrari, intelligitur de arbitrio boni viri, iuxta tradita per Bartolum in. l. si sic. in principio. ff. de legatis primo. tum etiam quia potestas ipse, siue iudex dicitur bonus vir, et eque bonus vir dicitur iudex, vt probatur in. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. et est glo. in. l. penultima. ff. de procuratoribus. et glo. fina. in capitulo, statutum. in principio, de rescriptis. libro sexto. et declarant doctores in. l. societatem. [24] §. arbitrorum. ff. pro soc. † Qui bonus vir, id est iudex varie ex personis causisque constituere debet, vt inquit textus in. l. in fundo. ff. de rei vendicatio. et in capitulo primo. post principium, in titulo, hic fin. lex, deinde consuetu. reg. incip. in vsibus feudorum. Dico autem nunc, quod nunquam bonus, et rectus vir arbitrabitur istos Benedictum, et Franciscum fore incapaces bonorum immobilium in hereditatibus suarum vxorum eis delatis contentorum, cum illi iam supra decem annis habitauerint, onera subeant, et alia etiam immobilia bona possideant, et plus etiam debeant, vt districtuales, et ciues originarii tractari mediante decreto illustrissimi tunc Marchionis Mantue. ¶ Sed potius omnibus predictis consideratis, declarabit eos fore capaces, et non esse in predictis bonis molestandos, prout declarari debet, vt ex predictis. ¶ Sexto et vltimo facit pulchra decisio Alexandri in consilio centesimoquinquagesimoseptimo. viso instrumento. tertia columna. libro secundo, in versiculo, nec etiam predicte donationi habet obstare etc. dum [25] concludit, † quod statutum Ferrariense prohibens alienari immobilia in forensem, et non subiectum statutis etc. non habet locum contra eum, qui vti ciuis receptus ibi sortiebatur forum, et onera sustinebat, etiam quod Ferrarie

non

non habitaret vt ibi per eum. Sic ergo ꝛ in casu nostro dicendũ est de istis fratribus, cum possint dici ciues, onera subeant, ꝛ forum sortiantur in ciuitate Mantue, vt supra dictum fuit, ꝛ fortius cum etiam habitent, ꝛ domicilium habeant, ꝛ iam habuerint per multos annos, ꝛ quod plus est etiam alia bona immobilia possideant, secundum quod supra dictum fuit.

¶ Et ex iam dictis multifariam, multisq; modis firmata est conclusio supra posita. ¶ Qui modi, seu que fundamenta, si forte singulatim apud aliquem non vrgeant, licet iudicio meo concludant, saltem simul iuncta rem ma-

36 nifestam reddunt, ꝛ indubitatam, †iuxta illud, singula que non prosunt, multa collecta iuuant, vt notatur in. l. si stipulatus. in principio. ff. de vsuris. ꝛ in. l. instrumenta. C. de probationibus. ꝛ in. l. secunda. §. primo. in glos. super verbo, legitimis. ff. de excusationibus tutorum.

¶ Sic itaq; vna cum excellentissimo Consultore de sui consilij subscriptione requisitus concludo predictos Benedictum ꝛ Franciscum fuisse, ꝛ esse capaces hereditatum de quibus agitur, ꝛ bonorum immobilium in eis contentorum. Et consequenter, quod propter illa non inciderunt in penam statuti, nec in eis possunt aliquo modo molestari. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens in prima sede vespertine lectionis.

## SVMMARIVM

¶ De statuto de lucranda dote, vtrum procedat si mulier sine mentione dotis nubat, cui tamen a patre in testamento certa dos erat relicta, si nupserit.

¶ Et si presumatur constituta dos, an ob statutum ꝙ minor sine certa solennitate non obligetur.

Et an vbi dos nulla esset constituta possit aliquo modo habere locum statutum de lucranda dote.

1 Statutum de dote lucranda an habeat locum, quando dos non fuit constituta, sed mulier dedit amplius patrimonium. ꝛ. i. numero. 25.
2 Mulier, cui pater in testamento dotem reliquit, dotata dicitur.
3 Verba legis, ꝛ statuti vbi non conueniunt, nec etiam dispositio locum habet.
4 Legatum heredi a semetipso legari non potest, declara vt infra numero. 26.
5 Hereditatis aditione omne ius inter heredem, ꝛ defunctum confunditur. vide tamen infra numero. 29. vbi declaratur.
6 Qualitas in pcedenti oratione posita in sequenti non censetur repetita.
7 Statutum de dote lucranda est fauorabile, licet sit contra ius commune, quia est factum in recompensationem onerum matrimonij.
8 Repetitio qualitatis posite in precedenti oratione, non fit in statutis de lucranda dote.
9 Verbum omne etiam minimum debet dici positum esse, vt aliquid operetur.
10 Arguere licitum est a ratione statuti ad eius ampliationem.
11 Statutum loquens in casu, qui frequentius contingit, non excludit casum minus frequentem, in quo sit ratio statuti.
12 Dispositio loquens in vno casu, pcedit etiam in alio, quando in eo verisimiliter disponens idem statuisset, si de eo fuisset interrogatus.
13 Dos per patrem filie constituta, si nupserit, iuris interpretatione dicitur constituta marito futuro, ꝛ ad eius commodum.
14 Dos datur ad onera matrimonij supportanda.
Maritus onera matrimonij subiturus dotem habere debet.
15 Argumentum a verisimili procedit.
16 Mulier solet curare, ne sit indotata.
Et eius interest dotem habere, vt melius per virum tractetur, ꝛ ne ab eo tanq̃ indotata expellatur.
17 Argumentum a solitis, ꝛ communiter accidentibus, validum est.
An autem procedat etiam inter contrahentes matrimonium.
18 Mulier quando primo viro dedit certam dotem, nubendo postea secundo dicitur eandem dotem constituere.
19 Confessioni facte in partis presentia in preiudicium confitentis standum est, ꝛ dicitur efficacissima probatio.
20 Confessioni geminate in absentia partis facte standum est.
21 Actus quilibet ex precedentibus ꝛ sequentibus declaratur.
22 Statutum ꝙ minor non possit contrahere sine certa solẽnitate, non habet locũ in constitutione dotis facte mulieri minori.
23 Statutum, ꝙ mulier sine certa solẽnitate non posset obligari, non includit mulierem promittentem dotem pro alia muliere.
24 Ex proemio statuti mens, ꝛ ratio eius declaratur.
26 L. ꝛ quidem. ꝛ. l. legatum. ff. de legatis primo. quomodo procedant.
27 Coheres hereditatem repudians habere debet totum legatum.
Et hereditatem restituere rogatus integra predia prelegata retinet.
28 Dos filie legata semper eius precipua est.
30 Filia heres grauata restituere, non faciendo inuentarium dotem sibi legatam non amittit.
31 Voluntas testatoris ex actu etiam nullo declaratur.
32 Ex legato inutili, ꝛ nullo propter existentiam heredis, ꝛ aditionem hereditatis coheredis voluntas testatoris declaratur.
33 Maritus debet lucrari dotem vigore statuti de dote lucranda in expensarum ꝛ onerum matrimonij recõpensationem, licet nulla dos constituta sit, quando mulier passa est maritum possidere bona sua, ꝛ dos constituetur arbitrio boni viri pro modo facultatum, ꝛ dignitate personarum.
34 Pater pro filijs creditur optimum capere consilium, cum eos plusquam se ipsum diligat, ꝛ eo melior amicus non inuenitur.
35 Statuta confidentia de patris affectione in filiam, disponunt, quod filia sit contenta dote sibi per patrem assignata.
36 Singula que non prosunt, multa collecta iuuant.

## CONSILIVM VIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ꝛ iustitie.

¶ In presenti consultatione late scriptum fuit per excellẽtissimos aduocatos Mantuanos, ꝛ latius postea per clarissimum Consultorem omnes mihi vti fratres honorandos. Ego autem breuiter instando substantialia tantum tangam.

¶ Conclusio ergo predictorum, quod nobilis dominus Hercules de Gastaldis debet lucrari dotem triũ millium ducatorum ex morte domine Diane de ramo eius vxoris sine liberis, iuxta dispositionem statuti Mantuani sub rubrica, de dote per maritum lucrãda ꝛc. mihi videtur verissima ꝛ equissima. omnia enim cõcurrunt, que ad tale lucrum videntur requiri. siquidem dominus Hercules onera matrimonij sustinuit, ꝛ circa illud plurimas expensas fecit, put mihi in facto presupponitur. Item dña Diana vxor eius (iam per plura tempora carnali copula cõsumato matrimonio) sine liberis dcessit, merito debet dominus

Hercules lucrari dotem in recompensationem expensa-
rum, et onerum predictorum, ut in dicto statuto dicitur.
¶ Sola igitur difficultas est, quia non videtur, quod tem
pore contracti matrimonij inter predictos fuerit per do-
minam Dianam, vel alium pro ea domino Herculi consti
tuta, data, seu promissa aliqua dos, prout videtur statutũ,
de quo agitur, requirere, ut patet ibi, lucretur, et lucrari de-
beat totam dotem sibi ab uxore constitutam, seu a quouis
alio pro ea eius nomine constitutam, datam, seu etiã pro-
missam. Nam domina Diana quando predictum matri-
monium contraxit, simpliciter dedit bona sua marito, aut
patri eius, seu passa est eum sua bona tenere, et possidere,
1 nulla dotis habita mentione, †adeo quod videmus esse in
casu questionis Bartoli incipientis, mulier habens ma-
gnum patrimonium. et sicut Bartolus ibi concludit non
habere locum statutũ de lucro dotis in casu suo, quia nul-
la dos apparet cõstituta, ita videt̃ dõm in casu nostro do-
minum Herculẽ nihil lucrari posse, mediante statuto pre-
dicto, cum nulla dotis constitutio videatur facta. ¶ Sed
quia contrarium de iure verius, et equius arbitror (ut dixi)
pro resolutione predicte difficultatis aduertendũ est, quo-
niam mihi videtur, quod immo in casu isto possit dici dos
constituta in ducatis tribus millibus, taliter q̃ in eis tan-
quam in dote procedat statutum predictum de lucro do-
tis. Et istud probatur ex testamento patris dicte domine
Diane, in quo ipse eidem filie sue pro dote, et dotis no-
mine, si nupserit, legauit ducatos. 3000. ut ex eius le-
ctura appet. ¶ Nec obstat q̃ ipsa domina Diana quan-
do nupsit talem dotem marito expresse non promiserit in-
quantum appareat, quoniam satis est, quod pater illã do-
tem pro filia constituerit. etenim statuto satisfit etiã si alius
pro muliere dotem constituat, ut constat in verbis statuti
2 ibi, seu quouis alio pro ea eius nomine &c. † Et non est du
bium, quod illa mulier, cui pater in testamẽto dotem reliq̃t
dicitur dotata, et adeo ut comprehendatur in statuto exclu
dente filiam dotatam a successione patris, ut per Barto-
lum in. l. titio centuz. §. titio genero. ff. de conditioni. et de-
monstrationi. cum quo magis communiter transeunt do-
ctores ibi, et alibi, maxime in rubrica. ff. soluto matrimo-
nio. ut ibi plene scribit Jas. ita firmando in prima lectura,
ita et ibi tenuit patruus, et dominus meus Socinus, et ego
super hoc plene ibi scripsi. ¶ Sic igitur dicendũ est in ca-
su nostro, ut scilicet ista domina Diana dicatur fuisse dota
ta, seu dotem habuisse, ita ut vir eius eam lucrari possit ex
forma statuti predicti. et ita in terminis nostris firmat egre
gie Carol. rui. in dicta rubrica, soluto matrimonio. secun-
da, et tertia colum. versiculo, et ista seruiunt nobis ad aliud
statutum. per multa fundamenta, de quibus ibi per eum.
¶ Sed huic fundamento duo videntur urgenter obstare.
¶ Primo, quia ex hoc legato non videtur constituta dos
ipsi domino Herculi marito, nec id fieri potuisse videtur,
cum tpe facti dicti testamenti nondum esset maritus domi
ne Diane, et illa nondum esset nubilis, quia erat impubes,
ut in facto presupponitur, sed dicta summa fuit simpliciter
relicta domine Diane pro sua dote, et non fuit marito eius
constituta, cum tunc maritum non haberet, nec habere po
tuisset, sed in statuto predicto videtur requiri, quod dos sit
ipsi marito constituta, ut sonãt illa verba, lucrari debeat to
tam dotem sibi ab uxore constitutam, seu quouis alio pro
3 ea &c. ergo videtur, quod nõ sit locus dicto statuto, † quia
ubi non conueniunt verba legis, vel statuti, nec etiam di-
spositio locũ habet. l. iiij. §. totiens. et ibi summat Paulus
de castro. ff. de damno infecto. c. indẽnitatibus. de electio-
ne. libro sexto. cum similibus. ut per Alexandrum consi-
lio secundo. Ex narratis in themate. secũda columna. ver
sicu. secundo principaliter probatur. et consilio quinqua-
gesimo quarto. Uiso puncto. post principium. libro quar-
to. ¶ Secundo videtur urgere, quia videtur quod lega-
tum predictum sit nullum, cum in effectu dicat̃ factum ipsi
Diane a se ipsa, attento quod illa tandem habuit omnia
bona patris sui, quia soror eius domina Faustina decessit
4 impubes, cui domina Diana erat substituta. † Unde lega
tum ab initio pro parte non valuit, cum illa pro parte esset
heres, et a se ipso sibi legari non possit. l. et quidem. et l. le-
gatuz est. §. primo. de legatis primo. ¶ Pro alia vero par
te fuit extinctum, quando Diana adiuit hereditatem soro
5 ris, † cum omne ius inter heredem, et defunctum confun-
datur aditione. l. stichum. §. aditio. ff. de solutionibus. et l.
debitori tuo. ubi doctores tradunt. C. de pactis. cum simi-
libus. et ita firmat Raphael fulgos. in consilio centesimo.
Quidam A. veniens ad mortem. in primo dubio. Si igi-
tur legatum redditur inualidum, ergo et constitutio dotis
videtur reddi nulla, cum in tali legato consisteret.
¶ Sed tamen istis non obstantibus puto fundamentum
predictum de iure subsistere, et esse verissimum. ¶ Et ad
primum argumentum in contrariuz respondetur, et primo
dici posset, quod immo quando dos cõstituitur per alium
q̃ per uxorem, sufficit dotem simpliciter constitui pro tali
muliere, nec necessario requiritur, quod talis constitutio
fiat marito, cum de eo in verbis statuti in ea parte non fiat
mentio, sed simpliciter dicitur, seu quouis alio pro ea eius
nomine constitutam, datam, seu etiam promissam. que ver
ba impersonaliter sunt prolata respectu recipientis, et ideo
videtur quod non sit cõsideranda persona mariti, cui dos
per alium, q̃ uxorem cõstituatur, arg. auc. si quando. C. de
constituta pecunia. ¶ Nec dicas q̃ debet subaudiri sibi,
scilicet marito, ut superius exprimitur. Quoniam primo
dici potest, quod talis subauditio, seu repetitio fieri nõ de-
6 bet, cum sint diuerse orationes. † etenĩ pro regula dicitur,
quod qualitas posita in precedenti oratione non dicitur re
petita in sequenti. l. iiij. §. eritq̃ hec differentia. et ibi hoc
not. Barto. ff. vi bonorum raptorum. cuz similibus. ut per
Alexandrum in consilio ducentesimo vigesimo septimo.
Ponderatis narratis. tertia columna, versicu. et quod ita
sit verum etiam probatur. libro sexto. ubi per hoc determi
nat quod verba, in viduitate viuens. posita in precedenti
oratione statuti non dicuntur repetita in sequenti, ut per
eum. ¶ Et istud multo magis videtur dicendum in casu
isto, quia ex tali repetitione dispositio statuti restringere-
7 tur, quod dici non debet, † ex quo statutum dicitur fauora-
bile, licet sit contra ius commune, cum sit factum in recom
pensationem onerum matrimonij, et expensarum circa il-
lud factarum, ut expresse dicitur in statuto, et etiam ut inui
tentur homines ad matrimonia, ut declarat egregie pa-
truus, et dominus meus Socinus in. l. cui fuerit. ff. de con-
ditioni. et demonstrationi. et Decius in consilio. cccliij. In
casu proposito. secunda colum. versicu. et ulterius compro
8 bando. † ubi proprie loquens de statuto de lucro dotis cõ-
cludit non fieri repetitionem qualitatis posite in preceden
ti oratione, quia ex ea statuti fauorabilis dispositio restrin
geretur, ut per eum. sic ergo, et in casu isto videtur conclu-
dendum. ¶ Ad quod etiam facit, quia si talis repetitio
esset facienda, utiq̃ verbum illud, constitutam. positum in
sequenti oratione esset superfluum, cum iam supra fuisset
positum, quod dici non debet. iuxta. l. si quando. ff. de lega
9 tis primo. et c. si papa. de priuilegijs. libro sexto. † Etenim
omne minimum verbum debet dici positũ, ut aliquid ope-
retur, prout per dicta iura, et alia declarat Bald. in rubri-
ca. C. de contrahenda emptione. in nona questione. sed nõ
repetendo illud verbum sibi, non stabit superflue, quia im
personaliter intelligetur, ut dixi. ¶ Secundo etiam dici
potest (posito quod quis vellet repetere illud verbum sibi)
q̃ adhuc idem dicendum est in casu nostro, et in quolibet
simili, in quo reperiretur facta constitutio dotis, licet non
sit facta ipsi marito, et hoc propter identitatem rationis,
nam cum lucrum per statutũ detur marito propter expen-
sas, et onera matrimonij, ut clare in eo dicitur, et illa ratio
vigeat, dato quod illi non fuerit facta dotis cõstitutio, mo
do tamen facta fuerit, quando vere expensas fecit, et one-
ra sustinuit, sequitur arguendo ex identitate rationis idem
dicendum esse. l. fina. C. ad legem falcidiam. l. illud. ff. ad le
10 gem aquiliam. cum similibus. ¶ † Quinimmo potest dici,
quod argumentum sit a ratione larga, et generali huius
statuti. ab ea enim licet arguere ad ampliationem statuti,
et dicti eius. l. regula. §. finali. ubi Bart. et Bal. nota. ff. de
iuris et facti ignoran. est bonus tex. in. l. ij. §. si mater. versi.
quid si

quid si curatores.ff.ad senatusconsultum tertullianum, cum similibus. Licet ergo statutum in suis verbis loquatur, quando dos marito fuit constituta, tamen quia ratio expensarum et onerum generalis est etiam in alio casu debet procedere dispositio statuti propter generalitatem rationis, unde cum in casu nostro dos fuerit constituta per patrem domine Diane in tribus millibus ducatis, et maritus eius expensas magnas fecerit, et onera matrimonij substinuerit, non video cur non debeat lucrari dotem predictam. ¶ Nec obst. quod statutum in suis verbis loquatur de dote constitu-

11 ta ipsi marito, † quia illud fuit factum a statuentibus ratione frequentioris usus, etenim clarum est in facto, quod constitutio dotis ut plurimum, frequentius, et quasi semper fit ipsi marito, ex eo tamen non excluditur casus minus frequens, in quo sit ratio statuti, glo. est singularis in versiculo presidentes. in fine. in clementina prima, de rescriptis. et ibi nota. docto. cum similibus ad hoc allegatis per Alexandrum qui ita arguit, et firmat in cõsilio sexagesimoquinto. Quoniam omne datum. prope finem. libro sexto. ita etiam firmat, et quamplurima allegat Barba. in consilio sexto. Scriptum est preclare primo Regum. sexta columna, in fi. cum sequenti. versiculo et licet iura prefata. et cõsilio sexagesimo quarto. Scribitur libro Hester. columna decima, versiculo et si opponatur quare ita etc. primo volumine, in consilio trigesimo. Sacro scriptum est euangelio, tertia columna, versiculo preterea dico forte. secundo volumine. et in consilio sexagesimo septimo. Illud afferam in medium. columna septima, versiculo et si opponatur. quarto volumine. sic etiam docent Jas. in consilio. clxvj. Punctus presentis cõtrouersie. in fine, quarto volumine. et Curt. iunior in. l. iubere cauere. prima columna sub numero sexto. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Sic itaque dicendum est in proposito, quod statutum nostrum exprimens de dote constituta marito illud faciat ratione frequentioris usus, et propterea nõ excludatur casus noster in quo a patre in testamento pro filia sua constituta fuit dos, licet impersonaliter ex parte eam

12 postea recepturi. ¶ † Et ad predicta optime facit communis illa conclusio, quod dispositio loquens in uno casu procedit etiam in alio, quando in eo verosimiliter disponens idem statuisset si de eo fuisset interrogatus glo. est singularis, licet vulgata. l. tale pactum. §. fina. et ibi tradunt omnes docto. ff. de pactis. Dico enim quod si statuentes fuissent de casu isto interrogati, utique verosimiliter idem respondissent propter identitatem rationis ergo etc. ¶ Preterea et tertio dici et respõderi potest, quod immo in casu nostro dos predicta dicitur ipsi marito constituta ab ipsius domine Diane patre

13 in testamento, licet tunc maritus esset incertus, † nam cum reliquerit filie dictam dotem sub expressa conditione, si nupserit, dicitur habuisse respectum ad futurum maritum, licet tunc incertum, et ideo iuris interpretatione dicitur etiam ipsi marito futuro, et ad eius cõmodum dotem predictam constituisse, iuxta tradita per Barto. et alios in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de conditione et demonstratione. Et quia super hoc plene per alios excellentissimos doct. scriptum est non curo ulterius instare gratia breuitatis. hoc ergo stante dicimus esse in terminis statuti, quia scilicet per alium hoc est per patrem domine Diane videtur constituta dos ipsi marito, qui postea cum ea matrimonium contraxit. ¶ Quinimo dici potest, quod tempore contracti matrimonij fuerit predicto domino Hercule constituta dos per ipsam dominam Dianam, aut alios, qui eam illi nuptui tradiderũt, tam et si de hoc nihil expresse appareat, et istud sit secundum principale fundamentum in hac consultatione in fauorem domini Herculis. Et ad hoc demonstrandum presuppono in facto unum, quod omnibus est notissimum videlicet matrimonia a cõmuniter accidentibus non contrahi sine dote, quinimo primum quod petitur est dos quanta sit, et (ut ille inquit) de moribus ultima fit questio. Et consuetudo ista ut sine dote matrimonia cõmuniter non fiant habet secum ra-

14 tionem, † quia cum dos detur propter onera matrimonij supportanda. l. si is qui. §. ibi dos. et. l. si pater mulieris. in fi. ff. de iure dotium. et. l. pro oneribus. C. eodem, conueniens videtur et honestum, ut qui matrimonij onera subiturus est dotem habeat, ex qua vel eius redditibus dicta onera sub-

stinere possit, et ita videtur arguere iurisconsul. in. l. dotis fructus. in principio. ff. de iure dotium. ¶ Hoc ita stãte, et presupposito legato predicto trium millium ducatorum pro dote facto vero simile omnibus fiet, quod tractãtes de tali coniugio de tali dote meminerint, et quod propter illam dominus Hercules, aut pater eius cõsenserint tali matrimonio, et cum de ea extaret testamentum non curauerunt fieri aliam scripturam, aut aliter expresse apparere. Et in facto sepe videmus quando dos iam est aliquo modo constituta, et declarata, quod de ea in tractando matrimonio nulla fit consideratio, aut discussio, sed ea pro firma presupposita de alijs agi solet, prout experientia quottidiana docet, que dicitur efficax rerum magistra. c. quam sit. de electio. libro sexto. Verosimile ergo est, et ita credendum est, quod ipsi marito, aut eius patri fuerit ex parte mulieris cõ-

15 stituta dos in predictis tribus millibus ducatis. † Argumentum enim quod a verosimili sumitur in iure validum, et frequens est. l. cum res. in principio. ff. de legatis primo. c. sollicite. de restitutione spoliatorum. cum vulgaribus. ¶ Et ista verosimilitudo nedum est ex parte viri, ut scilicet

16 sine dote quis uxorem nõ capiat. † Sed etiam ex parte mulieris, a qua semper curari solet, ne sit indotata. l. cum pater. §. pater certam. ff. de legat. ij. Interest enim etiam ipsius mulieris dotem habere, ut melius per virum tractetur, et ne ab eo tanquam indotata expelletur, ut tradit patruus et dominus meus Socinus in consilio octuagesimo. Pre-

17 sens consultatio. secunda colũna, quarto volumi. ¶ † Ad idem facit etiam argumentum a solitis, et cõmuniter accidentibus, iuxta. l. certi conditio. §. si nummos. cum ibi traditis per Bartolum. ff. si certum petatur. et est glo. in. c. litteras. de desponsatione impuberum. cum multis similibus. Unde cum in matrimonijs cõmuniter soleant constitui dotes, sic videtur dicendum in casu nostro, quod inter predictos coniuges, vel eorum matrimonium tractantes fuerit constituta dos. ¶ Et licet predicta duo argumenta, scilicet a solitis, et verosimili forsitan generaliter non procederent inter quoslibet matrimonium contrahentes propter ea que tradit Bartolus in dicta septima questione incip. mulier habens magnum patrimonium. Tamen in casu nostro videntur urgentia stante constitutione dotis facta a patre domine Diane in suo testamento propter quod ipsa dicitur fuisse dotata saltem matrimonio postea secuto secundum quod supra deductum fuit. Ad illam enim cum

18 certa esset videtur per partes habita relatio † sicut in simili dicitur, quando mulier primo viro dederat certam dotem nubendo postea secundo dicitur eandem dotem constituere. l. dotem que in prius. ff. de iure dotium. cum similibus. Etenim ad eam ipsa, et maritus secundus dicuntur habere relationem cum habeat certam formam siue in certa quantitate, vel rebus consistat, et ita ut in ea habeat locum statutum de lucranda dote, ut per Bartolum in dicta septima questione quem docto. magis communiter sequuntur. Pari enim ratione idem dicendum est in casu nostro cum iam domina Diana certam dotem haberet, que in cõtrahendo matrimonio dicatur viro suo cõstituta, et ita propter iter cetera arguit in terminis nostris Caro. rui. in preallegata rubrica soluto matrimonio. ¶ Et quod inter predictos cõiuges, aut agentes pro eis fuerit facta predicta dotis constitutio de tribus millibus ducatis satis videtur cõstare per confessionem predicte Diane factam pluries, et in diuersis locis, et inter cetera presente, et acceptante parte, idest socero eius, et patre domini Herculis, qui etiam pluries talem constitutionem dotis asseruit etiam ipsa domina Diana presente, et assentiẽte, ut hec omnia (ut mihi asse-

19 ritur) legitime in processu probantur. † Siue enim attendamus confessionem presente parte factam ei standum est in preiudicium confitentis et dicitur efficacissima probatio. l. cum te. C. de transac. l. fi. C. de fideicom. et. l. generaliter. C. de non nume. pecu. et ita per ista iura tradit Alex. in consilio. cxlvij. Ponderatis his. iij. col. versi. super tertio cap. libro secundo. et traditur per doc. in. c. si cautio. extra de fide instru. maxime per Fely. qui plenissime materiam confessio-

20 nis declarat. † Siue etiam attendamus eam que absente parte facta fuit similiter ei standum est cum fuerit multi-

plicata, iuxta tradita per Bartolum in.l.cum scimus.C. de agricolis ⁊ censi.libro decimo.⁊ late declarat Felyn. in dicto.c.si cautio.columna decima. versicu. fallit vltimo in confessione ⁊c. ⁊ tradit etiam Alexander in consilio.cxv. Viso themate.secunda columna. versiculo accedit tertio. libro quarto.⁊ dominus Marianus socinus auus meus in consilio decimoquinto.Visis predictis.columna vndecima,versiculo tertius vero tractatus, cũ concordantibus multis qui ad hoc allegari possent. Sic itaq; videtur ꝙ ex his, que precesserunt matrimonium valet ex legato, ⁊ constitutione dotis facta a patre. ¶ Item ⁊ ex his que secuta sunt matrimoniũ.s.ex predictis assertionibus ⁊ ꝯfessionibus facile credi dẽat, ꝙ in ipso matrimonio ꝯhendo fuerit inter coniuges, aut agentes pro eis facta dotis cõstitutio in predictis ducatis. 3000.

21 † etenim notissimum est actum quemlibet ex precedẽtibus, ⁊ sequentibus declarari.l.qui filiabus.in principio.⁊.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de legatis primo. ¶ Nec istis obstat, ꝙ minor esset ista domina Diana, ⁊ non seruauerit in hac constitutione dotis solẽnitatem requisitam a statuto Mantuano in obligatione minorum.

22 † Quoniam ad hoc respondetur egregie per patruum ⁊ dominum meum Socinum in preallegato consilio.lxxx.libro quarto. vel quia statutum non intelligit procedere in ista obligatione tacita, ⁊ p̃sumpta, seu legali, vel quia sumus in actu vtili ⁊ proficuo ipsi mulieri, vel q̃ ista dotatio erat quodãmodo necessaria cum ipsa ad se dotandum per maritum cogi poterat, si nolebat expelli, vel etiã quia ista obligatio, seu dotis constitutio veniebat quasi in necessariam ꝯsequentiam actus permissi, idest matrimonij in quo contrahendo solẽnitas aliqua non dicitur a statuto requiri, prout hec omnia singulatim declarantur per Socinum nostrum in dicto consilio.lxxx.per totũ, super quibus aliter non insisto, quoniam ibi videri possunt, atq; etiã quia per prefatos excellentissimos Aduocatos, ⁊ consultores de his plene dictũ fuit.

23 ¶ † Et ad predicta, ⁊ vt valeat constitutio dotis per ipsam dominam Dianam facta etiam ꝙ sit minor, ⁊ fecisset eam sine solẽnitate statuti optime faciunt, que tradit Bal.nouel.in tract. dotiũ in.xlviij. speciali sexte partis dum concludit, ꝙ statutum, ꝙ mulier sine certa solẽnitate non possit obligari nõ includit mulierem promittentem dotem pro alia muliere vt per eũ. Fortius ergo ita dicendum est si pro se ipsa promittat. Et si id esset quando mulier expresse pro se dotem promitteret nulla precedente declaratione dotis facta per patrem, vt recte intuenti vult ibi Bald. Fortius ita dicendum est in casu nostro cum precesserit de dicta dote dispositio paterna, ex quo aperte constat cessare deceptionẽ domine Diane, cum nihil vltra patris ordinationem dicamus eam p̃ sua dote constituisse, ⁊ sic totaliter cessat ratio statuti, q̃ solum dicitur factum ne minores circũueniantur, vt pꝫ ex p̃emio ipsius,

24 † etenĩ ex proemio statuti mens, ⁊ ratio eius declaratur.l.fina.⁊ ibi not.Barto.⁊ alij.ff.de heredi. instituen. cum concordantibus, vt per Alexan. in consilio septimo. Visis ⁊ diligenter.secunda columna, versicu. verba enim posita.libro secundo. Per dominum meum Socinum in consilio.clxiij. Visis inuestituris.tertia columna, versiculo secundo probatur.secundo volumine, ⁊ per Decium in cõsilio.cccxxxiiij. Agitur de hereditate.secũda columna.versiculo ex tali enim proemio, ⁊ hoc tollit omnem difficultatem ex dicto statuto prouenientem.

25 ¶ † Et ex predictis apparet clara responsio ad decisionem Barto.in dicta sua septima questione.s̃.in contrarium allegatam, quoniam posito, ꝙ sit vera procedit quando matrimoniũ nulla precessit dotis constitutio a patre facta in testamento, nec etiam secuta est mulieris ꝯfessio de aliqua dotis datione, seu constitutione facta marito, prout hec cõcurrunt in casu nostro s̃m ꝙ supra deductum fuit. ¶ Et quoniam precipuũ fundamentum huius consultationis consistit in predicto legato ducatorum trium millium ex causa dotis per patrem in testamento facto ipsi domine Diane. Non obst. ꝙ secũdo loco cõtra illud supra allegabatur de inualiditate, seu nullitate eius, quoniem recte considerando nihil penitus ob.

26 licet prima facie videtur coloratum fundamentũ. ¶ † Et in primis dico, ꝙ licet non valeat legatum factum coheredi a se ipso quo ad obligationem, q̃ nemo sibi ipsi obligari potest, iuxta.l.vranius.ff.de fideius.⁊ ita p̃cedit.l.⁊ quidem.cum similibus in contrarium allegatis. Tamen tale legatũ alio respectu valet, ⁊ operatur, ꝙ illud quod ita legatur debeat apud talem coheredem conseruari in omnẽ euentum, ꝙ ille non fiat heres, aut alio modo debeat hereditatem restituere, ita probatur in.l.qui filiabus.§.fi.cũ.l. seq. que est.d.l.⁊ quidem.de legatis primo.

27 † vbi coheres repudians hereditatem totum prelegatum habet. Idem etiam probatur in.l.titia.ff.ad legem falcidiam. vbi rogatus restituere hereditatem integra predia prelegata retinet, ⁊ ita memini me declarasse in.l.in quartã. circa sextã oppositionem Barto.ff.ad legem falcidiam.⁊ eo respectu semper consideratur tale legatũ, vt scilicet ex testatoris voluntate dicatur quid precipuum eius cui relinquitur vt dictis iuribus.

28 † Et ita in p̃posito nostro de ista summa pro dote legata dicendũ est, vt scꝫ semper ꝯsideretur vti precipua ipsius dñe Diane ex voluntate testatoris, ⁊ ita vt eam oĩno sit habitura dato ꝙ hr̃ditas sit alteri restituẽda, p̃ut etiam contingit in casu isto, cum ex causa fideicommissi hereditas restituenda veniat. ¶ Et vltra predicta in specie in legato dotis hoc videtur probari in.l.a filia. ⁊ ibi ita dicunt Barto.⁊ alij scribentes.ff.ad trebellianum. arguẽdo de dote data inter viuos, de qua loquitur ille tex. ad dotẽ legatam, vt ibi per Barto.⁊ Alex.

29 ¶ † Et licet alias dici soleat, ꝙ per aditionem hereditatis cõfunduntur iura heredis aduersus auctorem suum, vel eius hereditatẽ, vt in contrarium arguebatur. Illud tamen in effectu non procedit in damnum adeuntis, vbi enim aliquod damnum ei resultaret non fit talis confusio, vt declarant Barto. Pau. de castro, ⁊ Innocen.in dicta.l.stichum.§.aditio.ff.de solutionibus.sed tunc dicitur extingui ius per quandam imaginariam solutionem, vt per doctores in dicto.§.aditio. ⁊ in.l.debitori tuo.maxime Deci.post alios.C.de pactis. ⁊ fuit dictum Barto.in.l.si is qui pro emptore.in sexta questione principa.ff.de vsucapio. vbi etiam idẽ sequit̃ Crot. columna.lviij.⁊ p̃batur in dicto.§.aditio.versicu. aliquando pro solutione cedit.videtur enim creditor adeũdo sibi soluisse, quod ei debebatur, ⁊ ideo illud postea in omnem euentum pro suo retinebit ad quod etiã est tex. opti.in.l.si ei.§.i.ff.de euictio.ibi, quoniã cum debitor creditori ⁊c. vnde cum in proposito damnum fuisset domine Diane in totum confundi illud legatum dotis attento ꝙ hereditas erat fideicõmisso subiecta cuius postea dies venit dicitur tale legatum in effectu conseruatum, ⁊ illa videtur sibi ipsi vti legatarie soluisse, ita vt semper illud tanq̃ quid separatum ab hereditate consideretur, ⁊ per eam in restitutione fideicõmissi retineri debeat.

30 ¶ † Nec ei obstat si adeundo non fecit inuentarium, q̃ ex eo non minus retinebit, iuxta singularem doctrinam Pau.de cast.in.l.ita tamen.§.si ex trebelliano.ff.ad trebellianum. ⁊ ante eum ita etiam dixit Bal.in dicta.l.debitori tuo.C.de pactis.prout ibi refert, ⁊ sequitur, ⁊ concordantes allegat Deci.in primo notabi. in versicu.⁊ dicit Bald.hic.licet Pau.de castr.vbi supra de Bal.non faciat mentionẽ, imo dicat ꝙ non reperit doctorem tangentem. ¶ Sed quicquid sit de ista cõfusione, extinctione, seu solutione, ⁊ retentione dicti legati satis nobis est, ex tali legato ostendi voluntatem patris testantis in ordinanda ⁊ constituenda certa dote pro ipsa filia, vt sic illa dicatur dotata, ⁊ ita nubendo dicatur postea virtualiter dotem predictam suo viro constituisse s̃m ea que supra dicta sunt. ¶ Et plus dicam, quod etiam si quis vellet dicere predictum legatum in se esse nullum adhuc tamen predicta voluntas patris testantis in dotanda filia esset ostensa, ⁊ probata,

31 † quia etiam ex actu nullo voluntas declaratur.l.fina.ff.de rebus eorum.⁊ dixit Barto. in.l.fideicommissa.§.primo.de legatis tertio. ⁊ in.l.in testamento.ff.de fideicõmis.liber.cum concordantibus, vt per Iasonem in consilio.ccxxvij. Carolus olim.colum.xij.ad finẽ. secundo volumi.⁊ per Deciũ in consilio.ccccvij. Visis ⁊ diligenter consideratis.in fine.

32 † ⁊ in specie, quod ex legato inutili, ⁊ nullo propter existentiam heredis, ⁊ aditionem hereditatis coheredis declaretur voluntas testatoris, ⁊ sic declarata attendatur firmat Fulg. in dicto consilio decimo.

in contrarium

in contrarium supra allegato, secunda columna, versiculo licet nanq; legatum nullum sit &c. Ex quo constat, ꝙ eius auctoritas supra in contrarium allegata non obst. sed potius facit pro nostra conclusione cum dicat etiam ex nullo legato voluntatem testantis declarari, & declaratam seruari debere. Cum igitur in casu isto voluntas patris vt filia sua certam dotem habeat manifesta sit, negari non potest factam dotis constitutionem, & per ipsum patrem, & postea etiam per ipsam filiam iubendo ſm ꝙ supra fuit ostensum ita ꝙ in ea locum habet statutum de lucranda dote, de quo agitur. ¶ Demum conclusio supra firmata, vt scilicet locus sit statuto de lucranda dote tertio principali fundamento ostenditur vera (etiam quando predicta non vrgerent, que tamen pro veritate concludunt.) 33 † Nam cum in persona domini Herculis vigeat ratio statuti, quia scilicet onera matrimonij substinuit, & magnas expensas in eo, seu propter illud fecit, honestum est, & menti statuentium congruum, & conueniens, vt lucretur dotem in recompensationem predictarum expensarum, & onerum etiam vbi nulla dos constituta reperiretur, iuxta regularem decisionem Bal. in consilio centesimo, Mulierem maritus duxit. quarto volumine. vult enim ibi Bald. ꝙ si mulier nupsit non facta certa constitutione dotis, sed solum permisit maritum possidere bona sua (prout etiam contigisse videtur in casu nostro) ea postea decedente vir debet habere lucrum dotis ex forma statuti delatum, cum in eo vigeat ratio statuti, sed quia dos nulla fuit constituta debet arbitrio boni viri declarari certa quantitas dotis, & in ea procedet lucrum ſm formam statuti. Et mouetur ex pluribus pulchris rationibus, vt per eum. Et inter alias rationes dicit ꝙ cum ex generali consuetudine matrimonia non contrahantur sine dote omnino credi debet, & firmari dotem fuisse constitutam, quod intelligam inter partes presumi actum de dote, & quia dos remanet incerta debet arbitrio boni viri certificari pro modo facultatum, & dignitate personarum, iuxta legem cum post. §. gener. & l. quero. ff. de iure dotium, cum similibus allegatis per Alexandrum in consilio. clxix. Visis instrumentis. ad finem libro septimo. ¶ Et licet ista opinio Bald. posset dici dubia quando mulier non tradidisset bona sua marito, seu non fuisset passa eum sua bona possidere, in quo casu intelligo loqui eundem Baldum in l. nulla lege. in versiculo sed pone ꝙ simpliciter. C. de iure dotium. vt sic Baldus sibi ipsi non sit contrarius. Tamen quando interuenit bonorum traditio, vel saltem patientia, quod maritus bona possideat, prout fuit in casu nostro predicta opin. Bal. videtur probabilis, & equa, & ita illam simpliciter refert, & sequitur Ias. in rubrica. ff. soluto matrimonio. mihi in quinta columna, versiculo adde ꝙ Bald. & secundum eam etiam dicit determinandum Iacobin. de sancto Georgio in l. mulier bona. ff. de iure dotium. vbi ad partes examinat, & tandem sequitur decisionem Baldi predictam licet alleget consilium Baldi in alio numero, & alio volumine, sed id est, propter diuersas impressiones. Sic itaq; in casu isto dicendum videtur, vt scilicet dos veniret declaranda arbitrio boni viri, & certe alia declaratio conuenientior fieri non posset illa, quam fecit pater in testamento, & sic de tribus millibus ducatis, 34 † cum pater credatur optimum consilium pro filia cepisse argumento. l. nec in ea. §. finali. ff. ad legem iuliam de adulterijs. Nam pater plus diligit filium quam seipsum. l. isti quidem. in fine. ff. quod metus causa. & patre melior amicus non inuenitur. l. quidam cum filiumfamil. & ibi not. ff. de heredibus instituendis. 35 † Et hinc est, quod sepe statuta confisa de paterna affectione, & prouidentia in filias disponunt, ꝙ filia sit contenta dote sibi a patre constituta, prout constat ex traditis per Alexandrum in consilio. cxxi. Consideratis verbis, libro sexto. & alibi sepe, & hoc est notissimum. ¶ Et si quis de predicta opinione Bal. etiam in casu predicto dubitaret propter ea que tradit Barto. in dicta sua septima questione. & Alexander in consilio. cxxij. Viso processu cause. tertia columna, versiculo deniq; sic videmus. libro septimo. quamquam mihi videatur equissima ne maritus remaneat sine lucro dato ei per statutum in recompensationem onerum, que substinuit, & expensarum, quas fecit. Tamen concurrentibus alijs, de quibus supra maxime legato, & constitutione dotis facta a patre. Item & confessione domine Diane vna cum equitate decisionis Bald. in predicto consilio puto aperto iure concludendum esse in proposito nostro dominum Herculem lucrari debere dotem predictam de tribus millibus, vt sic si cui singula fundamenta separatim non vrgeant, saltem omnia simul iuncta concludant, 36 † iuxta illud singula que non prosunt multa collecta iuuant, iuxta. l. si stipulatus. in principio. iuncta glo. ff. de vsuris. & nota. in l. instrumenta. C. de probationibus. & c. cum causam. & ibi doctores, extra eodem titulo tradit Specul. in titulo de instrumentorum editione. §. nunc vero dicendum restat. versiculo regulariter ergo &c. cum concordantibus, vt per Alexandrum in consilio primo. Viso processu. decima columna, versiculo concurrit alia coiectura. libro tertio, & per Matheum de afflictis in decisionibus neapolita. decisione decima tertia. Vertitur in dubium. columna octaua, versiculo & ex istis presumptionibus. cum multis alijs qui ad hoc allegari possent, quos gratia breuitatis omitto. Laus Deo.

Socinus nepos Padue.

## SVMMARIVM

¶ De statuto vocante agnatos ad exclusionem feminarum an intelligatur tantum de masculis.

¶ Et de argumento a contrario sensu qualiter in statutis sumatur.

1. Decedenti ab intestato sine liberis, & parentibus, succedunt primo fratres, & sorores, & ipsorum premortuorum filij, nulla habita differentia sexus & cognationis.
2. Representatio persone patris & matris solum conceditur inter transuersales filijs fratris, aut sororis, quando ad hereditatem patrui vel similium vocantur vna cum fratribus, aut sororibus defuncti.
3. Quod non reperitur immutatum, stare non prohibetur.
   Casus a statuto omissus dispositioni iuris communis dicitur relictus.
4. Argumentum de iure presentandi ad ius succedendi non procedit.
5. Statuti vna pars aliam declarat.
6. Dicta in lege interpretata censentur relata in lege interpretante.
   Idem iudicatur de additione ad statutum facta, quod de ipso statuto.
7. Agnationis honor per feminas non conseruatur.
8. Statutum excludens feminas propter agnatos debet intelligi de agnatis masculis.
9. Statuto si caueatur, ꝙ coniuncti ex linea patris excludant matrem, non excludetur per feminam coniunctam ex linea patris, & agnatam.
10. Statutum excludens matrem propter patruum debet intelligi de patruo, per quem agnatio conseruetur, & non de fratre vterino patris, licet etiam ipse sit patruus.
    Idem si per fratres excluderetur, quia restringeretur ad fratres agnatos, qui sunt consanguinei, licet etiam ipse vterinus sit patruus.
11. Statutum si in sensu directo & expresso operatur, non potest ex eo argui a contrario sensu ad correctionem iuris communis.
12. Argumentum a contrario sensu regulariter in statutis sumitur, quando ex eo non resultat iuris communis correctio.

## CONSILIVM IX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Viso themate proposito in quo queritur quis succedat ab intestato nobili domine Thomasie de sancta sophia, vtrum scilicet domina Clara filia sororis dicte domine Thomasie. An domina Antonia filia domini Danielis de sancta Sophia, qui fuit filius domini Gasparis fratris eiusdem do-

mine Thomasie nuper defuncte. Visis etiam statutis inclite ciuitatis Padue de materia loquentibus, nec non etiam viso elegantissimo, ac sapientissimo consilio excellentissimi iurisconsulti domini Bernardini de bonmartinis mihi vti fratri honorandissimi, & olim acutissimi discipuli mei pro decisione predicte questionis cōposito, de subscriptione dicti consilij requisitus omnibus mature cōsideratis, menteq; predictorum statutorum vna cum regulis iuris diligentissime introspectis, q̃ prōptissime in sententiaȝ predicti Consultoris deueni vti iuridicam optimis rationibus roboratam, & a nostris doctoribus approbatam, vt scilicet predicte domine Thomasie, que nuper itestata decessit succedat domina Clara filia sororis eius, vti proximior coniuncta exclusa predicta domina Antonia vti remotiori, & in longiori gradu existente prout plene, & docte per dominum Consultorem ostensum fuit, & certe ita copiose omnia discussit, ꝙ satis esset simpliciter & pura subscriptione consilium eius approbare prout suȝ requisitus. Verūtamen vt rem ipsam degustasse videar, & ne inconsulte ad talem approbationem deuenisse iudicer, prout plurimos sepe fecisse noui paucula quedam subijciam substantialia tantum tangendo, & non vagādo vbi non expediat, iuxta solitum morem meum. ¶ Dico itaq; quod domina Clara predicta habet fundatam intentionem suam de iure cōmuni, quo inspecto res caret omni scrupulo, 1 † q2 decedenti sine liberis, & sine parentibus, ex transuersalibus succedant primo fratres, & sorores, & ipsoruȝ premortuorum filij nulla habita differentia sexus, & agnationis, vt in.§.reliquum.in auc.de heredi.ab intesta.ven.& in aucte. cessante.C.de legiti. heredi. Cum ergo domina Clara sit filia sororis dicte domine Thomasie, & proximior coniuncta, q̃ sit dicta domina Antonia, vt est notissimum absq; aliqua dubitatione debet eidem succedere, domina Antonia exclusa. ¶ Nec dicat aliquis, ꝙ etiam domina Antonia debeat admitti representans personā domini Danielis patris eius, qui par erat in gradu dicte domine Thomasie cum dicta domina Clara, ex quo erat filius fratris. 2 † Quoniam istud in proposito nō procedit, nec talis representatio admittitur, quia priuilegium, vt quis representando personam patris, vel matris admittatur cum proximiori in gradu, inter transuersales solum conceditur fratris, aut sororis filijs, & quādo ad hereditatem patrui, vel similium vocantur vna cum fratribus, aut sororibus defuncte persone vt clare dicitur in dicto.§.reliquum. in versic. huiusmodi vero priuilegium &c. quod nō contigit in casu nostro, quia respectu domine Antonie non agitur de hereditate amite, aut matertere, nec illa pretendit succedere cum fratribus, aut sororibus defuncte, ergo &c. & quoniam ista sunt in iure clarissima super eis non est sistendum. ¶ Cum igitur domina Clara de iure cōmuni habeat fundataȝ intentionem videndum est, vtrum a tali intentione, & sic ab hereditate dicte domine Thomasie excludatur per statuta Patauina que in contrarium allegant.: Et certe si recte omnia allegata statuta considerentur nullum est per qđ predicta domina Clara excludat, aut dicta domina Antonia in presenti casu vocetur ad hereditatem predicte domine Thomasie nuper defuncte. Quo stante (prout infra verissimum ostenditur) sequitur, ꝙ stare debemus dispositioni iuris communis ſm q̃ apertissimi iuris est dominam Claram solam etiam admittendam, vt supra dictum est. 3 Et hoc ex duplici regula. † Prima est, quia ꝙ non reperitur immutatum stare non prohibetur, vulgata.l.precipimus.in fine.C.de appellatio. &.l.sancimus.C.de test. cum similibus. Secunda est, quia casus per statutum obmissus dicit relictus dispositioni iuris cōmunis.l.cōmodissime.ff. de liberis & posthumis.l.si cum dotem. in principio.ff.soluto matrimonio.& ibi tradunt doctores qui etiam idem dicunt maxime Jas.in.l.si extraneus.ff.de conditione causa dat.in primo notabili. ¶ Quod autem per allegata statuta domina Clara non dicatur exclusa ostenditur, nam duȝ primo allegabat statutum, quod incipit si quis de cetero, sub rubrica quibus liceat acquirere bona &c.post mediuȝ in versicu.si autem nullus masculus &c.quatenus ibi dicitur, ꝙ deficientibus agnatis masculis admittuntur agnate femine ad presentandum vt in eo dicitur, sicut enim illud ius presentandi quod fauore agnationis dicitur concessum post agnatos masculos conceditur agnatis feminis, ita similiter, & ius succedendi, quod fauore agnationis masculis cōceditur, eis deficientibus debet concedi agnatis feminis. 4 † Respondetur & de plano ꝙ de iure presentādi, ad ius succedendi non debet argui, cum sint diuersa, & diuersitatem rationis habeant, vt plene per dominuȝ Consultorem dictum fuit, ad quem me refero, & vltra eum ꝙ tale argumentum de iure non procedat euidentissime ostenditur, quia si procederet vtiq; vicini post agnatos, & agnatas deberent vocari ad successioneȝ exclusis cognatis, cuȝ illi admittantur ad presentandum in dicto statuto si quis de cetero in eodem ver.ibi & ipsis non existentibus, quod tamen falsum esset, & ridiculosum, quia nullibi reperitur vicinos admitti ad successionem vicinorum presertim exclusis sanguine coniunctis, & per istam considerationem (nisi fallor) apertissime constat statutum predictum de presentādo non posse aliquo modo allegari in materia nostra.

¶ Nec etiam obst.allegatum statutum, mulier aliqua habens filios &c. sub rubrica de successionibus mulierum, quoniam vt sapienter per dominum Consultorem dictum fuit predictum statutum non facit ad casum nostrum, & impertinentissime allegatur, cum loquatur, & disponat quando mulieri defuncte, de cuius hereditate agitur, supersunt descēdentes quomodo, scilicet inter eos debeat diuidi hereditas, & licet in ea dicatur, quod femine, & descendentes ex eis non debent habere vltra dimidiuȝ eius, quod ab intestato de iure essent habiture, tamen loquitur de feminis descendentibus ex defuncta persona & in casu, quo ex eadem supersint filij masculi, vel ex eis descendentes masculi, prout expresse sonant verba dicti statuti, & sic manifeste constat predictum statutuȝ omnino esse alienum a casu nostro, merito ex eo argui non debet.l.naturaliter.§.nihil cōmune.cum similibus.ff.de acquirenda possessione. ¶ Nec etiam domine Clare obst.statutum, cum satis honestū &c. cum sequenti statuto, sub eadem rubrica de successionibus mulierum in reformationibus in eo, quod statuta illa fauent agnatis, & agnatos proximiores simpliciter vocant, vt in ver.si vero mater non extaret, in illo sequenti statuto quod incipit, similiter seruetur &c. videtur enim ex illo statuto, quod domina Antonia sit vocata, cum proximior agnatus non extet, quia non est dubium, quod ipsa dicitur agnata licet femina, & alias masculinum concipit femininum.l.quisquis. &.l.iusta.ff.de verborum significatione. &.l.qui duos.in fine cum similibus.ff.de legatis tertio.

¶ Quoniam respondetur & de plauo, ꝙ totum statutum predictum in qualibet sui parte, dum loquitur de agnatis debet intelligi de masculis, quod patet. ¶ Primo, quia vt plurimum id exprimitur dum in statutis illis sepissime dicitur de filijs, & descendentibus masculis ipsorum fratrum. Dico enim quod ex istis locis declarantur quedam alia loca, vbi de agnatis simpliciter fit mentio, vt scilicet de masculis intelligatur, 5 † quia vna pars statuti aliam declarat argumentum.l.qui filiabus.ff.de legatis primo.&.l. si seruus plurium.§.finali.eodem titulo.& declarat Barto.in.l.pretor ait.§.erit.ff.vi bonorum raptorum. Paulus de castro in consilio decimoquinto. Pro clariori. columna prima. Patruus & dominus meus Socinus in cōsilio nono. Viso statuto secunda columna, tertio volumine, cum concordantibus, vt per Decium in consilio vndecimo. Quoniam iudicantium.tertia columna. ¶ Secundo hoc idem probatur, quia dum statutum tales agnatos vocat licet simpliciter illud facit vt plurimum ad exclusionem sororis, vel filie fratris, & sic agnatarum feminarum, ex quo necessario infertur, quod đ masculis agnatis debet intelligi, vt notissimum est, ne alias dicamus, quod agnata femina vocetur ad exclusionem sui ipsius. ¶ Tertio euidenter patet ex declaratione ipsorummet statuentium, naȝ in statuto primo de successionibus mulierum rubrica decimaseptima, in fine. expresse dicitur, ꝙ vbicunq; in presenti statuto fit mētio de agnatis debet semper, & in quolibet casu intelligi de masculis, & sic per talem declarationeȝ tollitur omnis difficultas. Et licet ista declaratio non reperiatur in dicto

tur in dicto statuto cuz satis honestum, z sequentibus, tamen etiam ibi censetur repetita, cum sit in effectu idem statutum quo ad rubricam, eadem enim rubrica preponitur. scilicet de successionibus mulierum, z dicitur reformatio antiqui statuti, z cum antiquum statutũ in ea clausula non sit reformatum remanet in suo robore per iura vulgaria. ¶ Quinimmo cum reformatio videatur quedam interpretatio illa clausula omnino dicitur repetita, †quia dicta in lege interpretata censentur relata in lege interpretante, vt tradit Bart. in. l. pretor. §. eritq; differentia. ff. vi bono. raptorum, cum multis concordantibus, quos gratia breuitatis obmitto, z ꝙ reputetur vnum, z idem statutum voluit ad aliud propositum Bartol. quem alij sequuntur in rubrica. ff. de noui operis nunciatione. prope finem. duz loquitur de additione facta ad statutum, idem de ea disponens, quod de ipso statuto. ¶ Quarto z vltimo hoc pbatur ex ratione ipsius statuti, nam cum sit factum fauore cõseruande agnationis debet intelligi de illis agnatis, per quos honor agnationis conseruari potest, z consequēter de masculis, z non de feminis, †quia p eas familie, z agnationis honor conseruari non potest. l. pronũciatio. §. fina. ff. de verborum significatio. z est notissimum. Et ex ista ratione per nostros docto. solet in terminis nostris concludi, †ꝙ statutum excludens feminas propter agnatos debet intelligi tantum ppter agnatos masculos, vt p Bal. in consilio. ccccl xxiij. Circa questionem precedentem. ij. colum. v. volumi. cum alijs adductis supra per dominuz Cõsultorem, z vltra eum idem firmat Curt. senior in consilio xliiij. Statuto, seu consuetudine. v. colum. Barba. in consilio. xlvij. Illud in medio afferam. iij. volumin. per totum. Corne. in consilio. ccxxiij. Non sequendo. ij. colum. ij. volumi. z Deci. in. l. femine. columna. xiiij. ff. de regulis iuris. ¶ Ad quod etiam facit decisio Corne. post plures per eũ relatos in consilio. lxxxiij. Videtur in hac. in princi. primo volumi. z in consilio. cclxxi. De hac. iiij. colum. iij. volumi. †dum vult ꝙ stante statuto, ꝙ cõiuncti ex linea patris excludāt matrem non excludetur per feminam coniunctam ex linea patris, z agnatam, quia per eam non potest cõseruari honor agnationis, ad quod solum tendebat statutuz. Idem etiam dicit idem Corne. si statutum vocaret proximiores ex parte patris, vt per euz in consi. cclxxvj. Constat matrem. iiij. volumi. ¶ †Accedat etiam, ꝙ si per statutum mater excludatur propter patruum debet intelligi de patruo, per quem agnatio conseruetur, z sic non de fratre vterino patris, licet etiam ipse sit patruus. l. iuriscõsultus. §. tertio gradu. ff. de gradi. ita determinat per rationez predictam Bal. in consilio. ccxvij. Statuto ciuitatis Florentie. ij. volumi. Et idem si propter fratres excluderetur, quia restringeretur ad fratres agnatos, qui sunt cõsanguinei per rationem predictam, licet vterinus proprie sit frater, vt per Bal. in consilio. lix. De iure cõmuni. in fine. iiij. volumi. Ange. in consi. cxix. Statuto. circa med. z Pau. de cast. in consil. ccclxviij. In puncto. post prin. refert, z sequitur Alex. in. l. ex facto. xj. col. ver. ex his que hic dixit Bar. ff. de vulga. z pupil. ¶ Et ex his tollitur generalitas verborum statuti, z similiter ꝙ dicebatur, ꝙ masculinuz cõcipit femininum, quoniam illud pcedit per interpretationem ex verosimili mente loquentis, vt. d. l. iusta. z ibi tradunt docto. de verbo. signi. sed in casu nostro verosimilis, imo clarissima mens loquentis est, vt tantũ de agnatis masculis loquat vt ex predictis pz ergo zc. ¶ Concludatur itaq; ex predictis solum agnatos masculos per statutum vocari. Merito ergo sequitur ꝙ dña Antonia licet agnata, cum sit femina non dicitur vocata ad exclusionem dicte dñe Clare. ¶ Non obst. demum illud statutum, quod incipit similiter seruetur. ppe finem, in ver. alie vero psone zc. in quo videbatur coloratum argumentum pro dña Antonia sumendo. s. argumentũ a ɔtrario sensu, z dicendo, ꝙ si agnate excludũtur existentibus agnatis masculis vsq; ad tertium gradum, vt ibi dr ergo a ɔtrario eis non existentibus debet admitti. Qm̃ rñdetur absolute, ꝙ tale argumẽtuz saltem eo modo sumi non debet, qm̃ ex eo resultaret iuris cõmunis correctio, z quoniam hoc plene per dñm Cõsultorem deductum fuit. non instabo super eo ad ipsuz meremittẽdo. ¶ †Ex quo. n. tale statutum in sensu directo, z expresso multum operatur, vt est notissimuz non põt ex eo argui a ɔtrario sensu ad correctionem iuris, vt per docto. maxime Moder. in. l. i. §. huius rei. ff. de off. eius cui man. est iurisdi. z supra per Consultorem dictuz fuit. ¶ Sed vlterius dico, ꝙ etiam si quis velit sumere argumentũ a contrario sensu, nõ tñ necessario sequitur ꝙ dña Antonia debeat in casu isto admitti. Argumentuz. n. sic sumi dz, ergo agnatis masculis in tali gradu non existentibus non excludentur, non tñ ex hoc sequitur ꝙ omnino admitti debeat, sed hoc proueniet ex eo, an illa sit proximior persona defuncte vel ne, si sit proximior vti talis admittetur, si autem non sit proximior cedet proximiori vt sic seruetur regula iuris cõmunis, z sic non excludi dicitur medium quoddaz inter excludi, z admitti. Et pro ista declaratione, que videt̃ verissima videatur Deci. in. l. i. iiij. et. v. col. in versi. vltimo nota. ff. de officio eius cui mãda. est iurisdi. qui egregie hāc materiam declarando firmat pro regula ꝙ ex tali argumẽto si aliud non appareat non inducitur dispositio, sed tantum reijcitur expressa decisio, z eo modo, si illud ita importat, potest induci dispositio, vt per eum, quem, cum omnes videre possint, aliter non referam, sed audacter ex dictis per eum concludo, ꝙ in casu nostro etiaz ꝙ arguatur a cõtrario sensu non debet inferri, ꝙ dña Antonia in casu isto excludat dñam Claram, sed totum contrariuz, vt ex predictis constat. Sed quid plura? quod dña Clara in casu nostro sit admittenda ad hereditatem, z successionez domine Thomasie, z non dña Antonia (ni fallor) dicitur manifeste dispositum per illud statutum, qđ incip. Mulier, z descendens. sub rubri. xvij. in ver. idem similiter obseruet̃ zc. Nam dum ibi disponitur, ꝙ soror, vel ex ea descendentes non succedant ab intestato fratri, vel sorori (intellige sine liberis decedentibus) ex talibus fratribus. vel ex eis descendentibus masculis, vel extãte aliquo masculo agnato vsq; ad tertium gradum de iure canonico, infertur necessario a ɔtrario sensu, ꝙ predictis personis non extantibus soror, aut ex ea descendentes succedere debeant. †Regulariter enim etiam in statutis sumitur argumentum a ɔtrario sensu quando scilicet ex eo non resultat iuris communis correctio, vt per doctores omnes in dicta. l. prima. de officio eius cui manda. est iurisdic. Unde cum in casu isto ex tali argumento nedum non inducatur iuris correctio, sed potius decisio iuri communi conformis, sequitur, quod tale argumentum sumi debet, vt modo sumebam, z sic quod in dicto statuto habemus presentis casus decisionem. ¶ Et notandum est, quod etiam sumendo tale argumentum secundum declarationem Decij in dicta. l. prima, in vltimo notabili, vt scilicet solum inferatur reiectio expresse decisionis in statuto posite. Adhuc omnino sequitur dominam Claram sororis filiam in presenti casu succedere. Naz expressa decisio est, quod filius, vel filia sororis non succedat ex talibus personis de quibus ibi, z supra retuli, ideo si sensus contrarius est reiectio talis decisionis sequitur quod dictis personis non extantibus succedat, quod quidem est secundum ius commune, si alij proximiores non adsint propter quod sequitur, quod tale argumentuz (vt dixi) omnino fieri debet, sed quando aliquid contra ius commune ex tali argumento, resultaret, fortasse non sic dicerem per ea que supradicta fuerunt. ¶ Et certe, vt verum fatear non possuz vehementer nõ admirari quod in presenti casu fiat, aut facta vnquam fuerit aliqua difficultas, cum per predictum statutum, vt supra consideratum assumatur clarissima decisio in fauorem domine Clare. Illam ergo succedere domine Thomasie predicte exclusa penitus domina Antonia ex iam dictis vna cum adductis supra per dominum Consultorem indubitanter cõcludo. Laus Deo.

Marianus Socinus iunior Padue legens ius ciuile in prima sede vespertine lectionis.

## SVMMARIVM

¶ Statutum excludens matrez propter consanguineos ex parte patris, an excludat propter amitam.

Masculinum an z quando concipiat femininum.

Statuto

Statuto si caueatur, q consanguinei ex parte patris matrem excludant, an propter amitam excludet.

2 Ratio statuti feminas ppter masculos excludentis, videt vnica & indubitata, licet per statuentes non exprimat.

3 Agnatio per amitam non cōseruatur, nec per eius filios, qui eorum patris agnationem sequuntur.

4 Mulier dicitur finis eius familie.

5 Consanguineorum appellatione ex parte patris non femine, sed masculi includuntur per quos conseruatur, & agnatio perpetuatur, & maxime in statuto correctorio, vide.j.nume.8.& seq.

6 Statutum vocans pximiores ex parte patris ad matris exclusionem si concurrit amita in tertio gradu, & masculus in quarto ille prefertur, & amitam excludit.

7 Statutum indefinite loquens non procedit in persona, in qua non sit eadem ratio.

9 Statuta in eorum verbis sm communem vsum loquendi sunt intelligenda.

10 Dubitandi locus non est, vbi habemus casum legis.

11 Masculinum in statutis femininum concipit.

12 Verba legis aliquid operari debent.

13 Verba generalia generaliter intelligenda sunt.

14 Consanguineorum appellatione veniunt femine, siue accipiamus pro fratribus, qz etiā sorores veniunt, siue accipiamus stricte pro agnatis, qz et agnate ɔtinentur.

15 Nomen consanguineus quot modis accipiatur.

16 Argumentum ab absurdo optimum, & concludens est.

17 Qui vincit vincentem te, fortius vincet te in eodem genere vincendi, seu certandi.

18 A verisimilitudine recedendum non est.

19 Statutum vocans ad exclusionez matris consanguineos proximiores ex paterna linea dr̄ vocare ēt amitam.

20 Statutum etiam iuris correctorium proferens proximiores consanguineos ex parte patris feminas etiam consanguineas includit.

21 Verba illa statuti, li parēti dal lato del padre posita ad exclusionem matris cōprehendunt ēt amitam defuncti.

22 Masculinum semper concipit femininum in legali vel statutaria dispositione, si materia sit indifferens.

23 Successionis materia inter masculos, & feminas est indifferens.

24 Agnatio, per feminam de agnatione dum viuit, conseruatur.

25 Masculinum in statutis non comprehendit femininum, nisi de contraria statuentium mente appareat.

## CONSILIVM X

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Abunde, & subtiliter presens consultatio absoluta est per prestantissimos iuriscōsultos primo cōsulentes, & ita vt additioni locus non videatur relictus, & si quid supererat per eximium doctorem primo subscribentem relatuz fuisse videtur. Mihi ergo pariter de subscriptione requisito soluz superest, vt ad instar euntis post terga optimorū messorum spiculas aliquas recolligam. ¶ 1 † In presenti itaqz difficultate, que leuis non videtur vtrum, scilicet in statuto inclite ciuitatis Esine excludente matrem a tribus quartis propter consanguineos ex parte patris vsqz ad tertium gradum includatur amita, licet sit femina, vt sic etiaz ipsa matrem a tribus quartis excludat. An vero tale statutum restringatur ad consanguineos masculos tantum? Ego vt verum fatear aliquantisper dubitaui, & hinc inde animus voluebatur. Et in secundam partez, scilicet q ad masculos restringeretur, & sic q mater per amitā in nullo excludatur multum videbatur vrgere ratio ɔseruande agnationis, ob quam statuentes moti videntur, vt etiam alij supra dicebant, prout declarat Paul. de castro in consilio cccxxxvj. Presens casus. post principium, & Roma. in cōsilio.ccccxj. Quattuor sunt. per totum, † vbi dicit, q ista ratio 2 in istis statutis dicitur vnica & indubitata, licet per statuentes non exprimatur, ad quod plures allegari possunt, qui videri possunt citati per Albertum brunum in suo tractatu de statut. femi. excludent. in tertio articulo principali. † Etenim ista ratio videtur cessare in amita, quoniam in 3 ea, seu per eam agnatio perpetuari nō potest, cum filij eius patris eorum, & non matris familiam, & agnationem sequantur, instituta de patria potestate, in fine. & l. familie. in fine. ff. de verborum significatio. † Et ideo dicimus, quod 4 mulier dicitur finis sue familie. l. pronunciatio. in fine eodem titulo. Videbatur ergo dicendum amitam, licet agnatam non debere admitti ad exclusionem matris, † & conse5quenter, q appellatione consanguineorum ex parte patris non includantur femine, sed tantum masculi per quos conseruatur & perpetuatur agnatio. Et sic q masculinum in isto statuto femininum non comprehendat, & maxime cum simus in statuto correctorio, & a iure communi exorbitanti, vt per doctores maxime Ias. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicuz, cum alijs adductis supra per excellentissimos Cōsulentes, qui etiam plures decisiones maiorum nostrorum allegant, in quibus in similibus statutis masculinum non concipit femininum vt per 6 eos. ¶ † Et vltra illos videtur multū in terminis decisio Corne. in consilio. cclxxvj. Constat matrem. quarto volumine. vbi determinat, q statutum vocans proximiores ex parte patris ad matris exclusionem, si concurrat amita in tertio gradu, & agnatus masculus in quarto ille prefertur, & amitam excludit, quod ex alio non est, nisi quia illa verba proximiores ex parte patris, solum de masculis intelliguntur, sic ergo videtur dicendum in casu nostro, vt scilicet appellatione consanguineorum vocatorum ad exclu7sionem matris solum masculi dicantur vocati. ¶ † Ad quod etiam facit, quia statutum indefinite loquens non procedit in persona in qua non sit eadem ratio, vt est doctrina Barto. communiter approbata in. l. omnes populi. in tertia questione sexte questionis principalis, versiculo quandoqz in statuto sunt verba indefinita. ff. de iustitia & iure. Vnde cum statutum, de quo agitur, indefinite loquatur de consanguineis non debet verificari in amita, in qua non videtur considerari eadem ratio, que in masculo. Et ego memini per predicta, & alia quedā iam annis duodecim vel circa me consuluisse apud Rauennam, q statutum excludens matrem propter proximiores propinquos non excludebat propter amitam. Et hec sunt, que mihi in fauorez matris in presenti casu prima fronte vrgere videbantur. ¶ Sed tamen eis minime obstantibus, prout vere casum nostrum non tangentibus diligentius, & maturius omnia intuendo contrariam partem vti veriorem amplector, & concludo, quod immo amita dicatur vocata ad exclusionem matris (excepta tamen quarta parte matri per statutum reseruata) prout etiam per predictos excellentissimos Patres, & vt puto cum summa iustitia conclusum fuit per iura, rationes, & auctoritates per eos deductas, quos omnes seriatim referre non expedit. Solum 8 ergo tangam substantialiora. † Dico igitur verissimuz esse, quod in presenti statuto sub verbis illis consanguineo, vel consanguineis, & infra etiam consanguinei, & similibus, licet sint prolata in voce masculini generis debet omnino comprehendi etiam sexus femininus, & per consequens amita vna vel plures, si plures adsunt. ¶ Primo quia ita dictat regula iuris communis vulgata. l. qui duos. ff. de legatis tertio. & l. si ita scriptum. in principio, de legatis secundo, cum similibus, & videtur id fieri secunduz proprietatem sermonis, vt videtur importare verbum continet, de quo in dicta. l. qui duos. iuxta doctrinam Bartoli in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postula. ¶ Secundo quia in dicta ciuitate extat communis vsus loquendi, vt mihi presupponitur, quod appellatione consanguineorum ve9niunt omnes de agnatione ita femine sicut masculi. † Est enim tritissima iuris regula, q statuta in verbis suis sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi argumento. l. liberorum. §. quod tamen cassius. iuncta glosa de legatis tertio. & declarat Barto. in. l. labeo. ff. de suppellectili lega. Fulgo. in consilio. cxix. Proponitur quod Federigus. columna fina. Cumanus in consilio. cxlvj. Simō Delias. quarta columna. & patruus & dominus meus

Socinus

Soci.in consi.ccxxxv.visa contingentia.ij.colū.ij.vol.& in
ꝯsi.cij.visis scripta.iij.col.iij.vol.cum multis alijs, que alle
gari possent. ¶ Tertio, quia si aliunde res dubia esset, omnis
dubitatio dicitur sublata ex forma alterius statuti in eo-
dem libro secundo, sub rubri. quod masculinum concipiat fe-
mininum.nume.lj.ibi enim expresse disponitur, quod vbicūque
in statuto cōmunis Esij reperitur verbum in masculino ge
nere, quod intelligatur etiā in feminino, vt sic etiam amita di-
catur comprebensa. & cum in hoc verba statuti sint clara,
non debet admitti questio voluntatis.l.ille aut ille.§.cum
10 in verbis.ff.de legat.tertio. †Cum itaque pro presenti diffi-
cultate decidēdi habeamus casum legis municipalis, non
remanet locus dubitationi.l.illam.versicu.de modo.C.de
collatio.&.l.ancille.C.de furt. prout hec iura ad hoc alle-
gat Corne.in consilio.xiij.ad huius consultationis euiden
11 tiam.secunda colum.secundo volumi. †voluerunt ergo sta
tuentes in isto statuto.lj.tollere disputationem, que sepe fit
per nostros docto.vtrum.s.in statutis masculinum conci-
piat femininum, & concludere, quod absolute concipiat, prout
de similibus statutis sic arguit, & concludit Alexan.in con
sil.lxxxv.animaduersis optime.secunda colum.vers. secun
do moueor.libro quarto. Cum igitur per istud statutū cla-
ra mens statuentium appareat, quod etiam consanguinea vo
cetur, non est vlterius super hoc dubitandum, quia in claris
non est opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver-
borum obli.& ita quasi in terminis arguit, & concludit De
ci.in consi.cccccl xiij.duo dubia.tertia colum.versic. his ta
men non obstantibus. ¶ Et si quis dixerit quod statutum il-
lud sub rubri.lj.non videtur adaptandum ad statutum sub
rubri.cxiij.de quo agitur, quoniam si adaptaretur, siue at-
tenderetur, superflue in eo in plerisque locis adderetur, de se
xu femineo.quia satis esset loqui tantum de masculino, cum
sub eo postea etiam femininus sexus cōtineretur, & tamen
videmus, quod in eo statuto sepe fit expressio etiam sexus fe-
minini, vt in princ.ibi, cum filio, vel filia, filijs, vel filiabus,
& ibi, aliquo, seu aliqua ipsorum, vel ipsarum. Et.§.ibi, de
bonis dictorum filiorum, vel filiarum.& ibi, pupillo, vel pu
12 pille.& alibi etiam. †vnde videtur quod ne in predictis locis se
xus feminini expressio sit superflua, & nihil operetur, (iu-
xta.l.si quando.ff.de legatis primo.&.c.si papa.de priuile.
libro sexto.& no.per Bal.in rub.C.de contrahenda emp.
in nona quest.) dicere debeamus, quod vbi talis expressio non
fit, statutum debeat tantum intelligi de masculis, prout ver
ba sonant, quasi dicamus, quod statuentes, vbi voluerūt etiam
de sexu femineo intelligere, id expresserunt, & vbi non ex-
presserunt, noluerunt de eo loqui, cum facile erat eis expri-
mere, sicut in alijs locis expresserūt, iuxta.l.primā.§.finau
tem ad deficientis.C.de caduc.tollen.&.c.ad audientiam.
de decim.cum simi. In proposito autem ad exclusionē ma
tris solum in voce masculina vocantur consanguinei, er-
go &c. ¶ Ad hoc facile respondetur, dicendo quod immo sta
tutum illud.lj.est omnino attendendum, etiam in hoc sta-
tuto centesimodecimotertio. cum generaliter dicat, vbi-
cunque in statuto communis Esij &c. sub qua generalitate
13 non est dubium et hoc statutum.cxiij.comprebēdi. †Gene
ralia enim verba generaliter sunt intelligenda.l.quique.§.
parentes.ff.de in ius vocā.l.item apud.§.generaliter.ff.de
iniur.&.c.si romanorum.circa medium.vbi glo.not.xix.di
stinctio. cum vulgaribus.& quod ita sit, probatur manifeste,
quia licet sepe in eo statuto fiat expressio sexus etiam femi
nini, & id quidem ad maiorem expressionem, tamen sepe etiam
solum exprimitur sexus masculinus, vbi etiam de feminino
statuentes intelligunt loqui, vt patet in princi.ibi, post mor
tem aliorum suorum.& in vers.idē dicimus de filio maiore.xiiij.
ann.&.§.ibi, vel maioris predicti, & etiā alibi. In his enim
locis absque aliqua dubitatione sexus masculinus concipit
femininum ex mente statuentium, vt recte consideranti to-
tum statutum patebit. Et sic in his locis verificabitur sta-
tutum illud quinquagesimum primum.& ita etiam dicen-
dum est verificari in verbo, consanguinei, vt sic etiam femi
nas consanguineas contineat, saltem mediante dicto sta-
tuto quinquagesimoprimo. quod certe factum fuit, quo-
niam cum statuentes vellēt disposita per eos procedere in
vtroque sexu, propter quod sepissime vtrunque sexum expres-

serunt, considerantes tamen quod poterat aliquando contin-
gere non esse factam talem expressionem, posuerunt illud
generale statutum sub rubri. quinquagesimaprima, quod ma
sculinum in eorum statutis concipiat femininum. ¶ Quin-
immo ad eundem finem addiderunt etiam, quod genus femi
ninum concipiat masculinum, si cōmode adaptari possit.
Ex quo clara mens eorum (que modo dixi) manifesta colli
gitur. Et allegata in contrarium procederent in dubio,
quando in nulla parte statuti nostri constaret masculinum
concipere femininum. Arbitror itaque proculdubio appel
latione consanguineorum in presenti statuto venire etiam
14 consanguineos.& sic in casu nostro amitam. †Sicut etiam
in iure nostro sub nomine consanguineorum veniūt etiam
femine, siue accipiamus strictissime pro fratribus, quia etiam
sorores veniunt.l.prima.§.post suos.&.l.secūda.ff.de suis
& legitimis, & in auctenti.de consangui.& vteri.frat.per to
tum. Siue etiam accipiamus stricte pro agnatis (prout ca
pitur in nostro statuto) nam & agnate continētur.l.prima.
iuncta glo.C.de legitimis heredibus.&.c. coniunctiones.
15 trigesimaquinta, questione secunda. ¶ † Et licet hoc no-
men, consanguineus, alijs duobus modis quandoque acci-
piatur, scilicet large, & largissime, tamen proprie solum ca-
pitur predictis modis, vt voluit Corneus in prealleg. con
silio decimotertio.sexta colum.& clarius dixit in consilio se
xagesimoseptimo.in hac consultatione.post principium, se
cundo volumine. ¶ Immo dico, quod etiam in hoc eodē vo-
lumine statutorum, alibi sub nomine consanguineorum, si
materia patitur, continentur etiam femine, vt constat sub
rubrica centesimaquinta. in secundo libro. vbi pluries fit
mentio de proximioribus consanguineis. et, si recte quis
aduertat, etiam femine comprehendi possunt. & idem pa-
tet etiam sub rubrica decimatertia. in tertio libro. ibi, vel
alius consanguineus.nam etiam in femina potest verifica
ri. ¶ Et quando statuentes noluerūt feminas comprehen
di, expresserunt qualitatem masculinitatis, vt constat sub
rubrica quadragesimaseptima. in libro secundo.ibi, duo-
rum proximiorum consanguineorum masculorum &c. Cum
igitur in proposito non fiat expressio masculinitatis, cre-
dendum est, quod etiam femina consanguinea contineatur, ar
gumento dicte.l.prime.§.finautem ad deficientis.C.de ca
ducis tollen.cum similibus. & presertim attenta generali-
tate illius statuti, quod masculinum concipiat femininum, per
quod, vt dictum est, tollitur omnis dubitatio. ¶ Et licet pre
dicta satis superque sufficere videantur ad probationē pre-
posite conclusionis, tamen ex alio etiam efficacissime osten
ditur, quod sub nomine consanguineorum veniunt etiam fe-
16 mine in statuto, de quo agitur. †Et hoc est per locū ab ab-
surdo remouendo, qui est optimus, & concludens modus
arguendi.l.heredes mei.§.cum ita.ff. ad trebellianum.l.
nam absurdum.ff.de bonis libertorum.&.l.consulta diua-
lia.C.de test.cum similibus.& tradit Abbas per illum tex.
in.c.iniustum.de rerum permutatio.& Jas.in.l.diuortio.in
quinto notab.per illum textum.ff.soluto matrimonio. Di-
co enim quod si agnate femine non essent comprehense, seque
retur quod soror defuncti per matrem in totum excluderetur,
quoniam si illa non veniret sub nomine consanguineorum,
& alij non essent consanguinei vsque ad quintum gradum,
essemus in terminis, in quibus loquitur hoc nostrum statu
tum, in fi.in versicu.si vero dicti consanguinei &c. dum di-
sponitur, quod mater in omnibus bonis filij sui succedat, & ita
soror, si extaret, excluderetur. Nullibi enim reperitur voca
ta existente matre, si non vocatur sub nomine consangui-
neorum.nam in statuto de successione ab intestato, sub ru
brica centesimadecima, soror vocatur matre non existente.
Ipsa vero existente remaneret omnino exclusa, si non veni
ret appellatione consanguineorum, vt dixi. Hoc autem re
puto absurdum, ergo &c. ¶ Absurditas autem ostēditur,
quia si agnatus masculus, & sic cōsanguineus in tertio gra
du excludit matrem a tribus quartis, vt clare dicitur in isto
statuto centesimodecimotertio, fortius debet eam exclude
re soror, cum ipsa predictum agnatum excludat, nisi sit fi-
lius fratris, vt clare probatur in dicto statuto centesimode
cimo. Si enim soror vincit agnatum, fortius debet vincere
ipsam matrem in illis tribus quartis, in quibus ab agnato

17 vincitur, † quia qui vincit vincentem te, fortius vincit te in eodem genere vincendi, seu certandi, vt. l. de accessionibus. cum ibi notatis per glosam, Bartolum, ⁊ alios. ff. de diuersis ⁊ tempor. prescrip. ⁊ tradit Bartolus in. l. claudius. ff. qui potior. in pignore habeantur. Et potest dici ꝙ in proposito sit argumentum a fortiori. naz si agnatus predictus a tribus quartis excludit matrem, minus a statuto dilectus q̄ꝫ soror, fortius debet matrem ipsam eodem modo excludere soror magis dilecta, auct. multo magis. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. prima. in principio, ⁊ ibi notat Bartolus. C. de rei vxo. act. dicto. c. si romanorum. in principio, decimanona distinctio. ⁊. c. per venerabilem. vbi doctores notant. qui filij sint legitimi. cum similibus. ¶ Siue etiam velis ꝙ sit argumentum a verosimili mente statuentium, quia verosimile est, ꝙ statuentes voluerint matrem ita excludi, vel etiam magis per sororem, q̄ꝫ per consanguineum, siue agnatum predictum, cum ipsaz sororē ipsi agna

18 to pretulerint. † vnde a tali verosimilitudine nō est recedenduz. l. non est verosimile. ff. quod metus causa. ⁊. c. solicite. de restitutione spoliatorum. ⁊ est glo. ⁊ ibi tradunt doctores, per illum textum in. l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent. Ut igitur verosimili menti statuentium, ⁊ argumento a fortiori seruiamus, ⁊ remoueatur absurduz, de quo supra, dicamus sororem comprehendi sub nomine consanguineorum excludentium matrem a tribus quartis, ⁊ sic necessario sequetur, ꝙ in hoc statuto sub masculino genere comprehendetur etiam genus femininum, etiam per consequens in proposito nostro comprehendetur etiam amita, ⁊ ista cōsideratio (ni fallor) vltra cōsiderationes prestantissimoꝝ. d. consulentium est concludentissima in fauorem amite vnius, vel plu-

19 rium. ¶ † Et pro eis in terminis fortioribus adducitur decisio Baldi in consilio quadragesimoquinto. si tenemus. quarto volumine, vbi concludit, ꝙ statutum vocans ad exclusionem matris proximiores consanguineos ex paterna linea, dicitur vocare etiam amitam, si sit proximior. ita ergo dicamus in casu nostro de illis verbis, consanguinei ex parte patris, vt scilicet etiam istas amitas contineāt, ⁊ quidem fortius propter illud statutum, ꝙ masculinum concipiat femininum, quod in casu Bald. non reperiebatur.

20 ¶ † Et similiter etiam in fortioribus terminis facit decisio Cornei in consilio ducentesimoquadragesimooctauo. videtur in prima facie. secunda columna, versicu. nec etiam obstat. tertio volumine. dum in effectu concludit, ꝙ statutum etiam iuris communis correctorium preferens proximiores consanguineos ex parte patris, includit etiaz feminas consanguineas, vt per eum, qui etiam idem voluit in consilio nonagesimoquinto. in hac cōsultatione. quinta colum.

21 secundo volumine. † dum vult, ꝙ illa verba statuti in casu suo, videlicet, lo parente da lato del patre, posita ad exclusionem matris, comprehendāt etiam amitam defuncti, vt per eum. Sic itaqꝫ ex predictis remanet firma conclusio, ꝙ in casu nostro etiam amita dicitur per statutum vocata

22 ad exclusionem matris. ¶ † Et eo maxime, quia semper in legali, vel statutaria dispositione, si materia sit indifferens, masculinum concipit femininum, vt per doctores in. l. prima. ff. de verborum significatio. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicum. in. c. si quis suadente. decima septima questione quarta, ⁊ in. c. generali. de elect. libro sexto. cum concordantib. vt per Deci. in consilio. cccccxxvij. in ciuitate Rauenne. secunda columna, versiculo, secundo principaliter respondetur. ⁊ supra etiam per alios tactum

23 fuit. † Nulli enim dubium est materiam successionis, de qua agimus, esse indifferentem inter masculos, ⁊ feminas l. maximum vitium. C. de liberis preteritis. ⁊ in auctentica de hered. ab intesta. veni. per totum, ⁊ declarat Decius in loco proxime allegato. ¶ Et tanto magis istud in casu nostro debet attendi inspectis predicto statuto quinquagesimoprimo, ⁊ consideratione, q̄ꝫ supra fecimus de sorore. Etestim ex illis duobus principaliter ego inclinaui in hāc sententiam. ¶ Et ex predictis omnibus, (vbi recte considerentur) apparebit responsio clarissima ad allegata in contrarium. Illa enim procedere possent, quando ex alio non appareret contraria mens statuentium. At in casu nostro constat, ꝙ statuentes sub nomine consanguineorum etiam feminas comprehendunt, tum ex illo statuto quinquagesimoprimo, tum etiam ex argumento supra facto de sorore, ergo ⁊c. In incertis enim, ⁊ non super certis, locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Contraria igitur coniecturaliter procedūt, ⁊ in dubio, nos vero, vt dixi, sumus in certa, ⁊ clara mente statuentium.

¶ Et stante tali mente posset dici, ꝙ statutum sit benefactum fauore agnationis, non dicam perpetuāde, sed vt bona ad agnatos perueniant, vt indicant illa verba ex parte

24 patris. † sed non est dubiū amitam esse agnatam, ⁊ per eaz dum viuit, agnationem conseruari, vt tradit Alexand. in consilio quinquagesimoquinto. ponderatis. secunda colū. versicu. preterea etiam. libro tertio, in consilio quinto. consideratis. secunda colum. versicu. preterea posito. ⁊ in consilio octuagesimonono. circa primum. columna fina. versicu. non obstat statutum. libro sexto. Curt. senior in consilio sexagesimotertio. antiquissima. columna decimaseptima, versicu. quid plura afferre oportet. Ias. in consilio centesimoquadragesimosecundo. venerabilis. sexta columna, versicu. sexto facit. secundo volumine, Deci. ꝯsil. ccccclxiij. duo dubia. tertia columna, versicu. non obstat ratio. ⁊ Curtius iunior in consilio quadragesimonono. habita diligenti. tertia columna. versiculo accedit ad confirmationem. ⁊ ideo sequitur menti statuti satisfactum esse, etiam ꝙ bona

25 veniant ad amitam. ¶ Et ꝙ dici solet in statutis correctorijs, masculinum non concipere femininuz, procedit nisi de contraria mente statuentium appareat, cui ante omnia seruiendum est, per iura vulgaria. ¶ Ad quod etiaz alijs modis responderi potest, vt supra per alios excellentissimos Consulentes dictum fuit. ¶ Non obstat consil. Corn. ducentesimoseptuagesimosexto in contrarium allegatum, qr posito ꝙ eius decisio sit vera, respōdetur ꝙ ibi poterat de mente statuentium dubitari, nec clare apparebat, ꝙ masculinum deberet concipere femininum, ideo potest argui, qđ tantum de masculis intellexerint. ¶ Et ita etiam procedat quod ego alias consului super statuto Rauēn. Sed in casu nostro exploratam habemus mentem statuentium, ꝙ etiam femine vocentur, dūmodo sint agnate, seu cōsanguinee ex parte patris, vt supra dictuz fuit, ergo ⁊c. ¶ Sic itaqꝫ ex predictis, ⁊ alijs pluribus deductis supra per excellentissimos Consulentes, vna cum eis concludo in presenti casu, amitam vnam, vel plures admittendas ad hereditatez pupilli nuper mortui pro tribus quartis, alia quarta parte matri eius reseruata. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens.

## SVMMARIVM

¶ De precepto ex forma statuti faciendo de debito liquido de quo constet per confessionem partis.

¶ An fieri possit, si confessio sit ficta, ⁊ per contumaciam.

¶ Et vtrum habitus pro confesso quandam scripturaz esse sua manu, dicatur confiteri debitum, de quo in illa scriptura, ita vt sit locus dicto statuto si expresse neget se dbitorē.

☞ Fictio idem operatur in casu ficto, quod operatur veritas in casu vero.

2 Confessio ficta ex contumacia resultans post sententiaz declarantem contumacez pro confesso haberi habet effectum confessionis vere, ⁊ ad heredem transit.

3 Sententia quo ad effectum pro veritate habetur.

4 In confessum nulle partes sunt iudicis, nisi in condemnando, vel in precipiendo, vt soluat.

5 Confessio extra iudicium, vel lite iam contestata facta executionem paratam non habet, sed requiritur sententia.

6 Statutum dans confessioni executionē dicitur a iure communi exorbitans, ⁊ stricte interpretanduz est, vt minus quam possit, ius cōmune ledat.

7 Statutum loquens de confessione habente paratam executionem debet intelligi de vera, ⁊ non de ficta, cum statuta debeant intelligi in casu vero, ⁊ non ficto.

8 Res negatione dubia efficitur.

9 Statuti verba si non ꝯueniunt, nec eius dispositio ꝯuenit.

10 Compensatio a lege fit de quantitate ad quantitatem.
11 Confessio ficta, vt habeat effectum, non inducitur ipso iure, sed requiritur quod super ea sententietur, quod talis fuit contumax, puta non iurando, vel non respondendo.
12 Condemnatus per contumaciam, veluti ficte confessus, non comprehenditur in statuto faciente mentionem de confessione.

## CONSILIVM XI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Presentis cõsultationis resolutio non videt modice difficultatis, quod vel ex eo apparet quod duo excellentissimi doctores (quorum, & cuiuslibet auctoritati non parum defero) contrarias sententias protulerunt. ¶ Et prima fronte videbatur cõcludendum, quod preceptum factũ magnifico do. Joanne paulo de aueroldis, debeat executioni mandari, prout per excellentissimum secundum consultorem iudicatũ fuit. Nam cum statutum sub rubrica de preceptis fiendis ad quindecim dies. in capitulo duodecimo. tale preceptum fieri permittat, si de debito constat per instrumentum publicum, vel per confessionem. & in casu isto videatur constare per confessionem, videtur posse dici tali precepto locum fore. Hoc autem, quod per confessionem constet, videtur probari, quoniam magnificus dominus Joannes paulus iussus vt respõdere debeat, an allegate scripture sint propria eius manu scripte, alias habebit pro cõfesso, vt constat ex sententia domini Vicarij, non respondit quicquam, & sic ex forma predicte sententie fuit habitus pro confesso. ¶ Et licet dicta confessio sit ficta inducta vigore dicte sentẽtie, tamen debet tantum operari, quantum vera confessio fuisset operata, †cum pro regula dici soleat, quod idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero. §. sponsalibus. cum glosa, in auctentica de sancti episcopis. & l. si is qui pro emptore. cum sua materia. ff. de vsucapio. cum similibus. ¶ Et maxime hoc dicendum videtur, attento quod per sententiam predicti domini Vicarij fuit expresse dictũ quod si magnificus dominus Joannes paulus fuerit contumax in respondendo, habebitur pro confesso, nam propter talem sententiam videtur, quod eiusmodi confessio, licet per contumaciam habeat effectum vere confessionis, vt voluit Bald. in. l. prima. tertia columna. C. ne ex delict. defunct. †Concludens quod quando per sententiam declaratur quod contumax habeatur pro confesso, ficta confessio ex contumacia resultans, secuta tali sententia transit ad heredem, vbi alias non transiret, quod etiam voluit Paulus de castro in. l. fina. §. quod si actor. prima columna. C. de iureiuran. propter calum. dan. & Jas. post alios per eum allegatos in. l. manifeste. circa finem. ff. de iureiuran. & illud in eo videtur fundari, †quia sententia pro veritate habetur quo ad effectum. l. ingenuum. ff. de statu hominum. & l. res iudicata. ff. de regulis iuris. & tradit Curtius iunior alios allegando in consilio centesimoseptuagesimoseptimo. habita diligenti consideratione. columna penultima, sicut ergo ficta confessio, que oritur ex contumacia, ad heredem per se non transitoria, transit si de ea secuta sit sententia, ita in casu nostro debet ista confessio virtute predicte sententie operari effectum vere confessionis, & consequenter quod ea stante potuerit fieri preceptum, de quo ad presens agitur. & (vt audio) in istis precipue se fundauit secundus consultor.

¶ Sed tamen istis non obstantibus, maturius omnia considerando, verius esse arbitror preceptum predictum fieri non potuisse, & factum omnino reuocandum esse, prout sapienter, & cum summa iustitia, vt puto per excellentissimum primum consultorem, seu per iudicem, ex consilio eius iudicatum fuit. ¶ Et pro veritate huius cõclusionis apertius demonstranda, presuppono quod statutum volens, quod fiat preceptum de debito liquido, de quo constat per confessionem partis (retenta tamen vi, & virtute probandi, vt in eo) non potest loqui de confessione solenni facta coram iudice ante litem contestatam, nihilo in contrarium allegato per confitentem, de qua loquitur regula illa, †qua dicitur in cõfessum nulle sunt partes iudicis, nisi in condemnando, vel precipiendo vt soluat, iuxta. l. primam. & ibi tradunt Paul. de castro, & alij. ff. de confessis. & l. si debitori. cum his, que ibi traduntur. ff. de iudicijs. & videtur textus, iuncta glosa, in. l. proinde. la secũda. §. fina. ff. ad legem acquiliam. & habetur in decisionibus Rote, numero. ccccclxj. vtrum precep tum de soluendo. in antiquis. Si enim tale statutum de tali confessione loqueretur, non conuenienter in eo diceretur retenta vi, & virtute probandi. quia stante tali confessione, cum nihil ei opponatur, non cadit aliqua consideratio faciende probationis, que tamen in statuto reperitur habita. Sic itaque remanet predictum statutum loqui de alia confessione, contra quam aliquid opponi possit, puta si fiat extra iudicium, vel lite iam contestata. † Et cum illa de iure communi non habeat paratam executionem, sed est opus sententia, vt declarat Alexander in. l. secunda. secũda columna, prope finem. ff. de iureiurando. † sequitur quod statutum dans tali confessioni executionem dicitur exorbitans a iure communi, & per consequens debet stricte interpretari, vt minus ius commune ledatur, iuxta tradita per doctores per illum textum in. c. cum dilectus. de consuetud. cum concordantibus, vt per Corneum in consilio centesimodecimoquinto, in hac cõsultatione. tertia columna, primo volumine, & per Decium in consilio quinquagesimosecundo viso eleganti. secunda columna, & in consilio centesimononagesimosexto. in casu. secunda columna, cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent. ¶ Hoc ita stante, sequitur quod statutum istud, dum de confessione loquitur, debet intelligi de vera, & propria confessione, & non de ficta, prout est illa, que sumitur ex contumacia, vt sic minus ledatur ius commune, & hoc puto esse indubitatum. ¶ Sed vlterius dico, quod absque aliqua consideratione exorbitantie, † & sic posito quod statutum istud loquatur respectu confessionis, que de iure habet executionem paratam, adhuc debet intelligi de vera confessione, & non de ficta, put est regulare in omnibus statutis, vt scilicet intelligantur in casu vero, non in ficto, iuxta tritissimam. l. tertiam. §. hec verba. cum his, que ibi tradunt doctores. ff. de negocijs gestis. cum concordantibus multis, vt per excellentissimum aduocatum magnifici domini Joannis pauli in suis primis allegationibus, ad quas gratia breuitatis me refero. ¶ Et hoc absque dubio procedit in casu nostro, cum de iure communi ficta confessio sumpta ex contumacia multum differat a vera, & proprio ore facta, vt similiter in predictis allegationibus deductum fuit. ¶ Preterea (& hoc est bene notandum) quod non sumus in casu statuti, incõuincibili ratione ostẽditur. nam statutum loquitur, quando debitum est liquidum, & de eo constat per instrumentum publicum, vel per confessionem partis, vt clare sonant verba eius, sed in casu nostro non potest dici debitum liquidum aliquo ex dictis modis, ergo &c. Non quidem per publicum instrumentum, vt est notum. ¶ Nec etiam per confessionem, cũ magnificus dominus Joannes paulus nedum debitum non confiteatur, sed expresse in iudicio asserat, se in aliquo non esse debitorem, & ita debitum expresse negat, vt in actis apparet, quo stante ego non video, quomodo quis velit dicere debitum esse liquidum, †cum negatione fiat res dubia. l. finali. & ibi glosa & doctores. C. quibus ad libert. proclam. non li. cum concordantibus ibi per glosam allegatis, & not. glo. in versicu. deportandi. in. l. prima. ff. nil noua. appel. interpo. & videtur textus in. l. post rem iudicatam. ibi, si negetur. ff. de transactionibus. ¶ Et posito etiam quod esset liquidum certe non constaret de eo, nec per instrumentum publicum, nec per confessionem, vt dixi, merito sequitur quod nõ potest habere locum statutum.

¶ Nec confessio ficta, que allegatur, facit ad propositum, quia illa non est de debito, vt scilicet fateatur se debere, sed

est quod scripturas illas manu propria fecerit, et quamuis per dictas scripturas videatur apparere debitor, non tamen potest dici quod debitum sit liquidum per confessionem, cum ista in se sint diuersissima, vt de se notum est, et ex diuersis non infertur de vno ad aliud. l. finali. ff. de calumniatoribus. et l. inter stipulantem. §. sacram, versiculo sed hec dissimilia. ff. de verborum obligationibus. cum simili. et vt hoc clarius appareat pone quod extat scriptura priuata, quam ego non nego. Sed nego me debitorem dicemus ne esse locum statuto, certe non, quia debitum non confiteor, nec de eo apparet per instrumentum publicum, non enim statutum vult preceptum, de quo in eo posse fieri de quocunque debito etiam liquido, sed tantum quando de

9 eo constat altero de duobus modis. †Unde cum isto casu verba statuti non conueniant, non conueniet etiam dispositio. l. si seruum. §. non potest. ff. de acquirenda hereditate. cum similibus, et tradit Baldus in l. secunda in quarta oppositione. C. si quis omissa causa testamenti.

¶Et sicut in casu predicto statutum non procederet, ita etiam non debet procedere in casu nostro. Et tanto minus, quanto in casu nostro confessio scripture non est vera, sed ficta, et ista consideratio (ni fallor) est ipsa veritas, ad quam excellentissimus iudicare debens, diligenter aduertat.

¶Et stantibus predictis, prout ego verissima arbitror, apparet manifesta responsio ad allegata in contrarium, nam cum dicamus debitum non esse liquidum, et de eo non constare per confessionem etiam fictam, cum ad illud non tendat, sequitur quod sumus extra terminos statuti.

¶Et allegata in contrarium, dum dicebatur quod tantum operatur fictio, quantum veritas, possent militare, si aliud non obstaret, quando ex allegata contumacia induceretur ficta confessio debiti, et de eo postea esset facta sententia, quod certe non est in casu nostro, quia dicta confessio, vt dictum est, solum dicitur quo ad scripturas illas, vt scilicet videatur confessus fuisse eas propria manu fecisse, quod vt dixi non est confiteri debitum, attento maxime quod magnificus dominus Joannes paulus expresse debitum negauit, vt dictum est.

10 ¶†Et istud potest suaderi, quia non valet consequentia, scripsi manu mea me recepisse mutuo centum, ergo eorum sum verus debitor, cum ego habere possum exceptionem non numerate pecunie, vel forte etiam debitum sit sublatum per aliquam compensationem, que de quantitate ad quantitatem fit per legem saltem habitura, si opponatur. l. cum aliter. et l. sequenti. ff. de compensationi. vel ad minus vtranque exceptionem considerando non poterat dici debitor, cum ab eo inuito non poterat extorqueri. l. debitor. ff. de verborum significatione.

¶Et si dicatur quod in casu nostro circa lapsum tempus ad opponendam exceptionem non numerate pecunie, iuxta. §. finalem. instituta de litter. obliga. Dicam quod fortasse infra debitum tempus fuit opposita, seu petitum fuit, vt declaretur non debitor.

¶Et si hec negentur per aduersarios, non est curandum, quoniam satis est in proposito nostro non constare debitum esse liquidum ex ista ficta confessione magnifici domini Joanis pauli, quod scripture sint propria sua manu scripte. Si enim verum debitum esset (quod tamen negatur) de eo solum constaret per scripturas priuatas, et ideo absque dubitatione, concludendum est non esse locum statuto, de quo agitur, sed via ordinaria tale debitum petendum erit, quod si fiet, vt mihi narratur, ostendetur quod magnificus dominus Joannes paulus non poterat ad aliquid condemnari.

¶Preterea ad id quod de sententia dicebatur in contrarium, potest alijs modis responderi, vt per excellentissimum aduocatum in suis secundis allegationibus. Et inter alia illa responsio videtur clarissima, quod allegata in contrarium procedunt quando post contumaciam, per quam quis debet haberi pro confesso subsequitur sententia illius de-

11 claratoria, †quoniam talis ficta confessio, vt effectum sortiatur, non inducitur ipso iure, sed tantum per sententiam de eo postea subsecutam, vt probatur in l. eius qui delatorem. et ibi tradit Bartolus in secundo notabili. ff. de iure fisci. et ibi Alexander in appostillis, allegat concordantes, et idem Alexander ita concludit plures allegando in consilio centesimo vigesimooctauo. ponderatis narratis. prope finem, libro secundo, et intelligit Bartolus, quod sententia debet proferri declaratoria quod talis fuit contumax, puta non iurãdo, vel non respondendo, vt per eum. Exemplum erit, si statutum disponat, quod contumax in respondendo habeatur pro confesso. Nam si quis infra tempus sibi statutum ad respondendum non responderit, non habebitur pro confesso, nisi per sententiam declaretur eum fuisse contumacem infra prestitutum tempus non respondendo. Dico modo in casu nostro, quod sententia talis nõ fuit prolata post lapsum temporis prestituti magnifico domino Joanne paulo ad respondendũ, ergo sequitur quod non potest haberi pro confesso, et sententia illa, que precessit non fuit talis, quia nondum tempus preterierat, immo per illam prestituebatur.

¶Et licet in ea diceretur, quod nisi infra tempus statutum responderet, habebitur pro confesso, tamen istud non sufficit, et in hoc ista sententia equiparatur statuto, de quo supra, in quo expresse dicitur quod contumax habeatur pro confesso, sicut dicitur in predicta sententia, et tamen postquam preterierit tempus illud requiritur sententia declaratoria eum fuisse contumacem, vt per doctores preallegatos, ita ergo et in casu isto dicendum est.

¶Immo plus dici posset, quod etiam si talis sententia postea lata fuisset, per quam in effectu deberet haberi pro confesso, et ita in aliquibus equipararetur vere confitenti, vt est, quod transeat ad heredes, et in alijs quibusdam. Adhuc tamen non haberet locum istud statutum loquens de confessione, quia vt dictum fuit statuta sunt intelligenda in casu vero non ficto, vt post alios per eum allegatos, declarat Jason in l. si is qui pro emptore. mihi columna quadragesimaquinta, versiculo item adde quod fictio denotat improprietatem. ff. de vsucapionibus. ibi, hinc est quod casus fi-

12 ctus &c. ¶†Et in specie ad casum nostrum, quod condemnatus per contumaciam, veluti ficte confessus non comprehendatur in statuto, habemus in simili doctrinam Baldi in l. transigere, in nona oppositione. C. de transactionibus. Paulus de castro, in consilio quadrigentesimo sexagesimoseptimo. super hoc puncto. primo volumine, secundum nouam impressionem, et Alexander in l. omne debitum. ff. de re militari. in appostillis ad Bartolum, prout has doctrinas extense inducit dominus aduocatus predictus, ad quem in hoc me refero. Nec curo super eo instare, quia non est necessarium. Etenim conclusio preposita satis superque ex alijs supra deductis clarissima redditur, et indubitata.

Marianus Socinus iunior Padue.

LAUS CHRISTO REDEMPTORI NOSTRO.

SUMMARIUM

¶De iuramento suppletorio, quando debeat prestari.
¶De statuto requirente pleniorem probationem in debito certe summe.
¶Utrum procedat etiam in causa dotis.
¶Et de testibus, qui dicantur idonei.
¶Et an consanguinei, et affines.
¶Item et mediatores possint esse testes.
¶Et quando.
¶Et an ista depositio, depono, vt alias dixi, sit admittenda.

1 Uoluntatis questio non est admittenda, cum verba statuti sunt clara.
2 Dubitatio nulla est, quando pro decisione alicuius questio. habemus

benius casum legis.

3 Testes duo de iure cōmuni in contractibus sufficiunt.
4 Lex municipalis omnino seruanda est.
5 Facto vbi opus est, verba non sufficiunt.
6 Offerre non sufficit se paratum iurare, nisi re ipsa, & cum effectu iuretur.
7 Iuramentum in qua parte iudicij prestari debeat.
8 Testis idoneus dicitur ille cui nil opponi potest, & qui dicitur omni exceptione maior.
9 Nihil in lege debet dici positum sine effectu operandi.
10 Testes consanguinei vel affines non dicūtur integri, nec omni exceptione maiores.
11 Testis consanguineus, & multum amicus non facit semiplenam probationē, nec dicitur omni exceptione maior.
12 Statuta generalia etiam causam dotis, si aliud non appareat, comprehendunt.
13 Dispositio generalis comprehendit etiam causam, siue personam priuilegiatam, nisi specialiter reperiatur priuilegiata in eo, de quo dispositio generalis loquitur.
14 Dotis causa quando non reperitur habere speciale priuilegium in eo specialiter, de quo loquitur statutum, dicitur includi in statuto generali.
15 Dotis causa ꝓbationes legitimas habere debet, & testes super ea deponentes debent esse idonei.
16 Regule standum est.
Priuilegia multiplicanda non sunt.
17 Proxenete seu mediatores non sunt idonei testes etiã volentes nisi vtraqꝫ parte consentiente, secundum magis communem & veram opinionem.
18 Proxeneta in crimine simonie specialiter etiam parte inuita testificatur.
19 Testis quando non legitime fuit examinatus, ita ꝙ eius depositio sit nulla, si postea legitime examinatus dicat se deponere vt alias deposuit, talis depositio sic relatiua nil probat.
20 Testis debet expresse, & explicite dictum suum deponere, vt sic iudici appareat quo vultu, & trepidatiōe deponat.
21 Testimonium per testem non potest per scripturam prestari, sed viua voce deponere.
22 Negatiua loco, & tempore coarctata probari potest.

## CONSILIVM XII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. ¶ In occurrenti dubitatione in ciuitate Bergomi, vtrum scilicet legitime, & vt requiritur sit probatum, ꝙ nobilis do. Jo. de alexandris ꝓmiserit pro dotibus domine Sabine filie do. Fabritij de alexandris, & nomine ipsius do. Fabritij domino Bernardino botagisio marito dcē dñe Sabine libras 4000. ducatos, 50. ita ꝙ ad dictas quantitates soluēdas cogi possit, luculenter, abunde, & cum summa diligentia scriptum fuit per clarissimos Iurisconsultos do. Ludouicum bossonum, & Joannem mariam rotam mihi maiores honorandos, & rei conuenti diligentissimos Aduocatos, qui sapienter & iuridice, vt puto omnibus mature discussis concludunt promissionem predictam minime esse probatā saltem, ita vt ad ꝯdemnationem deueniri possit. ¶ Quorꝫ ꝯclusionem ego etiam vti verissimam amplector, & substantialia duntaxat tangendo, dico in primis de hac conclusione esse casum in. l. municipali in. iij. colla. c. xxj. sub rubri. de ꝯfessionibus, solutionibus &c. de cuius validitate, & ꝙ in loco debeat obseruari non est dubitandū iuxta. l. omnes populi. cum his, que ibi tradunt Bar. & alij. ff. de iusti. & iu. Ibi etenim cauetur, ꝙ debitum a centum libris. s. per testes non probetur, nisi de eo deponant quatuor testes idonei, vel saltē tres cū sacramēto partis. In casu autem isto neutrum adest, ergo &c. non primum, qꝛ de asserta promissione facta per do. Joannē non deponunt quatuor testes, vt est notum. ¶ Nec etiam scdm, qꝛ lꝫ tres testes talē promissionem factam fuisse testificentur, non tamen dr̄ statuto, seu municipali legi predicte satisfactum ex duobus quorum alterum per se sufficeret. ¶ Primo qꝛ cum ipsis testibus non interuenit sacramentum partis prout statutum requirit, non enim reperitur in toto processu, ꝙ predictus Bernardinus assertam promissionē suo iuramento asseruerit interuenisse, siue sibi factaꝫ fuisse, merito sequitur eaꝫ non esse legitime, & vt statutum requirit probatam. † Et cū in hoc verba statuti sint clara, non est admittenda questio voluntatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. cuꝫ concord. de quibus ibi per glo. † Nulla enim dubitatio remanet, qñ pro decisione alicuius questionis habemus casum legis. l. illam. versi. de modo. C. de colla. & l. ancille. C. de fur. & ita ista iura ad hoc allegat Corne. in consi. xiij. ad huius ꝯsultationis. ij. col. in. ij. vol. ¶ Et licet hoc statutū videaẜ alienū a regula iuris cōis, † qua inspecta duo testes sufficerent. l. vbi numerus. ff. de testi. & ꝯtra id quod dicit, in ore duorꝫ, vel trium stat omne verbum, vt habeẜ Mathei. xviij. & Deuteronom. xvij. & est tex. in. c. relatū. de testamē. & in capitulo, nouit. de iudicijs. cuꝫ similibus. † Tñ cuꝫ de hoc sit aperta lex municipalis, seruāda oīno est vt. l. prospexit. in prin. ff. q & a quibus ma. lib. nō fi. ꝗꝗ si opus esset posset ista municipalis lex optimis rōnibus iustificari, sed cū nō expediat, & angustia tēporis id nō patiaẜ, sup eo nō instabo, concludendo quod cum statutum cum tribus testibus requirat iuramentū partis, qđ isto casu prestitū nō fuit, nō dicitur sufficienter probata asserta promissio dotis. ¶ Et licet fortasse predictus Bernardinus actor aliquādo petierit sibi tale iuramentum deferri, tamen pro veritate illud nō prestitit. † & vbi opus est facto verba nō sufficiūt l. si procuratoreꝫ. §. si ignorantes. ff. manda. & c. j. de eo qui mit. in possessionē causa rei seruan. tradit Bartolus in. l. iam tamen. §. nunc videamus. ff. iudica. solui. & Alexand. in consilio vigesimoprimo. viso processu. prope fineꝫ. libro primo. vbi concordantes allegat. † Non enim sufficit offerre se paratum iurare, nisi re ipsa, & cum effectu iurauerit, alioquin facile esset deludere predictum statutum, vt in simili arguit, & cōcludit Alexander in dicto consilio vigesimoprimo. ¶ † Et cum iam diu & longo interuallo sententia prima lata fuerit, iuramentum predictum amplius prestari non potest, cuꝫ in principio litis, vel in medio, vel in ipsa diffinitiua sententia, id est, parum ante vel parum post prestari debeat, vt. l. generaliter. versi. omne igitur iuramentum. iuncta glo. & doctrina Bartoli ibi. C. de rebus creditis. tradit Bartolus in. l. cum iudex. in prima oppositione. C. de sen. & interlo. omnium iudicum. & Alexander in cōsilio. cxxviij. ponderatis narratis. in fine. libro secundo. & dictuꝫ fuit per vnum ex clarissimis Aduocatis. & ad istud fundamentum non inuenio fuisse particulariter responsuꝫ (prout vere responderi non potest) nisi quatenus generaliter ad statutum predictum respondetur quod non procedit in causa dotis. de quo tamen infra plene dicam responsionem illam totaliter reprobando. ¶ Secundo ex alio non dicitur satisfactuꝫ predicto statuto, quia scilicet in eo requiritur quod illi tres testes sint idonei, at illi tres testes, qui testificantur promissionē dotis factam fuisse, non sunt testes idonei, vt nunc ostendetur. ergo &c. ¶ Illud autem ostenditur sic, † testis idoneus dicitur, cui nihil opponi potest, & qui dicitur omni exceptione maior. ita voluit glo. illa notabilis licet vulgata in. §. item verborum. super verbo, idoneos. instituta de inutili. stipulationib. quam ibi docto. communiter sequuntur aut expresse, vt Pore. & Jas. aut tacite, & non contradicentes, vt Joannes faber, Baldus, & Joannes de platea & Aret. hoc & voluit glo. & ibi sequuntur Alberi. & Preposi. in capitulo primo de cōsanguinitate, & affinitate, cū ꝯcordātibus, vt p Alex. in ꝯsi. septuagesimo, viso consilio. columna quarta, in fine cuꝫ princip. sequen. libro secundo. & per patruum & dominum meuꝫ Socinuꝫ in consilio quinquagesimoquarto. visis testibus. tertia columna. tertio volumine. & per Stephan. bertrand. in consilio decimoquarto, etiam si non esset. numero tertio. & in consilio. cclxxxij. viso processu. numero sexto, secundo volumine. & Curtius tracta. de testibus, trigesimaquarta cōclusione, & dictū fuit per clarissimos Aduocatos in eorū allegationibus quicquid dixerit Pau. de ca. in. l. fin. C. de proba. si contrarium voluit, qꝛ cōtra eū est cōis opin. licet fortasse, nec ipse ab ea dissentiat, vt in predictis allegatio-

nibus dicitur. ¶ Et istud dictum, ⁊ sic ista communis opinio, probatur in.d.§.item verborum iuncta.l.optimam.C. de contrahen. ⁊ committen.stip. nam ibi per illa verba per testes idoneos, Imperator demonstrat testes omni exceptione maiores prout in casu illo requirūtur, vt clare dicitur in.d.l.optimam, ⁊ certe ita intelligi debet statutū, de quo agitur, alioquin satis fuisset dicere p tres testes absq illo verbo idoneos, vnde ne verbum illud superflue sit additum, ⁊ sine effectu aliquid operandi debet intelligi, vt dictum est.

9 † Nihil enim debet dici positū sine aliquo effectu.l.si qñ ff.de legatis primo, ⁊.c.si papa.de priuile. lib.vj.⁊ tradit Bal.in rub.C.de contrahen.emptio.in.ix.q. ¶ Nec obst. ꝙ in.c.j.eadem tertia collatione, in casu de quo ibi loquitur, dicatur idoneos esse testes, qui in totū a iure cōmuni non repelluntur, quoniam ex eo non est inferendum ad statutum nostrum.in.c.xxj.cum non veniat ad illius interpretationem, ⁊ non loquatur per viam regule, sed particulariter in casu illo qui est modici p̄iudicij iuxta doctrinā Bar. in.l.iiij.§.eritq differentia.ff.vi bo. rapt. cum alijs adductis per dominos Aduocatos. ¶ Immo ex eo capitulo primo potest argui pro predicta opinio.nam si in.c.xxj.statuentes intelligerēt idoneos testes, qui in totū nō repelluntur, cū hoc non sit de iure cōmuni, vt dixi certe sicut in.d.c.j.dixerunt ⁊ declarauerunt, ita etiā dixissent, ⁊ declarassent in capitulo.xxj.vnde cū non fecerunt credendum est ꝙ noluerunt.l.j.§.sin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.⁊.c.ad audientiam.de decim.⁊ bene facit.c.inter corporalia circa medium in ver. vnde si circa translationem.de translatio.epis. ¶ Hoc sic stāte dico ꝙ illis tribus testibus potest opponi qd̄ sint consanguinei vel affines producentis,

10 † ex eo enim ꝙ sunt consanguinei vel affines non dicunt integri, aut omni exceptione maiores, sed multū de ipsorū fide diminuitur, iuxta not.per glo. in.l.etiam matris.ff.de proba.⁊ per illam glo.ita dixit Bar.in.l.admonendi.col. viij.ver.venio ad tertium.ff.de iureiuran.

11 † volens ꝙ consanguineus vel multum amicus testis non facit semiplenam probationem, ⁊ non dicitur omni exceptione maior, vt etiam dixit Alex. plures concordantes allegando in cōsilio.xiij.ex his, que in themate col.v.versi.item non est integer, ⁊ in consilio decimo octauo viso processu scd̄a colū. versi.constat autem libro primo cum concordantibus adductis in predictis allegationibus, ⁊ vltra eos dico, quod hoc fuit dictum Specul. in tit. de testib.§.j.versi.sed nunquid frater, ⁊ ver.generaliter oppo.refert, ⁊ sequit Albe. de rosa.in tracta.de testibus quarta colum.cum alijs multis qui allegari possent, sed gratia breuitatis, ⁊ quia hoc est clarū dimitto. ¶ Similiter etiam potest opponi quod aliquis ex eis magnam affectionem habet ad causam, vt in predictis allegationibus ostendit. ¶ Item etiam opponi potest, quod fuerunt prosenete, siue mediatores propter quod nedum fides eorum diminuitur, sed etiam in totum videntur repellendi, vt modo dicam. Si igitur predicta eis opponi possunt sequitur eos non esse idoneos, siue omni exceptione maiores, merito ergo non dicitur statuto predicto

12 satisfactum. ¶ † Non obst.modo quod per partem aduersā allegatur quod statutum predictum quamuis generariter loquat non procedit in cā dotis iuxta tradita p Saly. in.l.fi.in prin.C.de iur. dot. ⁊ per Jaso.in.l.prima in quinto notabi.ff.soluto matrimonio. Quoniam respondetur ꝙ hoc simplr̄ positū falsum est, ⁊ vera est ista conclusio quod immo statuta generalia si aliud non apparet etiam causam dotis comprehendunt per regulam.l.in fraudē.§.fina.ff.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Uiso themate suprascripto, & facti cōtin gentia bn̄ cōsiderata nō modice difficultatis visa est presens consultatio. ¶ Nam vide batur prima consideratione predictam dn̄am Caterinam auiā oio esse exclusaz a successione. d. sue neptis. † Nemini enim dubium est, matrem, que alias successura esset, excludi a successione filij pupilli, si fuit negligens in petēdo ei dari tu torē, vt est tex. in. l. ij. §. si mater. & §. cōfestiz. ff. ad senatucōs. tertul. in. l. omnē. C. eo. tit. in. l. ij. §. sunt autem. ff. qui petā. tut. vbi per Bar. & alios, & in. §. fi. vbi tradunt doc. insti. de senatusconsulto tertul. cum similibus. Et qd̄ in matre dictū est per iura predicta, etiam in auia dicendū est, vt est tex. in d. l. ij. ff. ad tertul. §. qm̄ & magistratibus. ver. & qd si nepoti bus &c. & ita per illū tex. dixit Bar. in. l. ij. col. vij. ff. de vul ga. & pupilla. in ver. vlterius quero an tacita pupillaris &c. & in. l. iij. in fin. ff. de testa. tute. ¶ Immo idē dicendū est de quocunque, qui successionem pupilli sperat, semper enim qui cunque sit, priuabitur successione pupilli, si fuerit negligens in petendo eidem tutorē dari, vt est de hoc gn̄alis tex. in. l. sciāt omnes. C. de legiti. hered. Et huius gn̄alis decisionis ratio est, quia lex voluit, quod sicut matri, & alijs, qui successionem spe rant, dedit cōmodum successionis, ita mater ipsa, & alij de beāt ipsis pupillis consulere petēdo prouideri de tutore, prout hāc rōnē tradit tex. in. d. §. fi. insti. de senatuscōsul. tertul. cum igitur. d. dn̄a Caterina auia nunquā petierit dari tutorez predictis pupillis, sed fuerit in eo negligens, sequitur quod dz excludi a successiōe. d. Nicolete per iura predicta. Nec quo ad hoc distinguitur quo iure persona vocetur ad successionē an scz iure cōmuni, an iure aliquo municipali. semper enim & vtroque casu pp negligentiā in non petendo tutorem perso na repellitur a successione, quomodocunque iure municipali delata. † lex enim que priuat aliquē hereditate propter aliquod extrinse cū, procedit etiam si per statutū hereditas deferatur. ita voluit insignis doctor. d. Albe. bru. in suo solēni tract. de statutis femin. & cognat. linea. excludent. in quinto articulo princi pali. in. xxx. questio. secunda columna versicu. ex predicta cō clusione. &c. & ponit proprie exemplū in casu nostro, quan do quis priuatur hereditate propter non petitum tutorem, & dicit ita tenere Petr. de ancha. in. c. canonum statuta. de constitu. versi. queritur etiam si statuto &c. & dominum Be nedictum capram in consi. cxlviij. &. cliij. vt per eum. ¶ Et ex hoc in proposito infertur, quod nō videtur dictam dominaz Caterinam auiam posse se tueri dicendo, quod intendit succede re non de iure cōmuni, sed ex forma statuti. ¶ Nec preter ea videtur ista auia excusanda ex eo, quod filia eius, & mater d. pupillarum tempore quo remanserunt pupille, precede bat, & ad eam onus petendi tutorem spectabat iuxta gloss. communiter approbatam in. l. nepotibus. C. qui pet. tutor. vel cur. & doctrinā Baldi similiter communiter approbatā in. l. precibus. columna quinta. versiculo, sed quid si impu bes &c. C. de impuberum & alijs substitutionib. Quoniam istud haberet locum, quando mater vixisset, ad quam ve lut ad proximiorem tale onus petendi tutorem, sicut & spes successionis spectabat. † Non autem procederet hoc, quan do mater iam esset mortua, quia tunc spes succedendi per tinet ad auiam, & similiter onus petendi tutorem. Ita decla rat Baldus in dicta. l. precibus. columna sexta. versiculo si antez mater esset mortua &c. hoc idem voluit Corneus in dicta. l. sciant omnes. secunda columna. C. de legitimis here dibus. & Benedictus capra in consilio lxix. incipiente. cir ca que. vnde cum in casu proposito mater. d. pupillarum iaz per prius esset mortua, & postea domina Caterina auia fue rit negligens in petendo tutorez dari, vt in themate dicitur, videtur omnino concludendum illam a successione dicte Nicolete debere excludi. ¶ † Nec demuz videtur ista do mina Caterina excusanda, si alleger, quod non erat opus petere dari tutorem, cum bona pupillarū administrarentur

cum decreto

cum decreto iudicis, iuxta doctrinam Baldi in dicta.l. precibus.columna quinta.versiculo sed quid si mater non administrauit. Hec sunt, que primo aspectu quemlibet in hanc sententiam cótra dictam dominam Catherinam inclinare possent. ¶ Uerumtamen diligentius animaduertendo contrariam sententiam, predictis non obstantibus, & equiorem, & de iure probabiliorem arbitror secũdum ea, que preponuntur more Sceuole iurisconsulti respondendo. & sic concludo predictam dominam Catherinã auiam non debere excludi a successione dicte Nicolette, licet ei nunquam petierit de tutore prouideri. ¶ Et pro declaratione presuppono, quod onus petendi tutores pupilli solum dicitur habere locum, quando est locus tutelle datiue, hoc est, quando cessat testamentaria, vel legitima tutella. 6 † Nam cum pupillo non reperiatur prouisum de tutore, nec per patrem eius in testamento, nec per legem, quia non extat aliquis ex his, qui per legem vocantur ad tutellam, deueniendum est ad tutellam datiuam, vt institu de attili.tuto.in principio. 7 † Et eo casu iniunctum est certis personis, vt petant pupillo de tutore prouideri, vt constat ex toto titulo qui pet.tuto. & C. & ff. inter quas est mater, & auia, vt traditur in.l.secunda.ff.qui petãt tuto. cum alijs supra allegatis. ¶ Et ista prouisio solum procedit, quando a iudice dandus est tutor, & sic vbi non reperitur aliquis tutor, nec testamentarius, nec legitimus, 8 † vt constat ex ordine rubricarum tam in.ff. quam in.C. a quo solet valere argumentum, prout eo vtitur Bartol. in.l.cum filio.columna finali.ff.de legatis primo. Nam illi titu. qui petant tutores. &c. vna cum alio titulo de tutoribus dandis ponuntur post tractatum, & testamentarie, & legitime tutelle. ¶ Solum igitur quando est locus datiue tutelle, matri, & auie, & alijs sperantibus successionem pupilli iungit lex sub pena perdende successionis, quod petant prouideri pupillo de tutore, iuxta superius deducta, & cuz fuerit sic petitum, iudex dabit tutorem, qui proprie dicitur datiuus. Hoc etiam ratione comprobatur. 9 † Nam ideo lex tale onus petendi tutorem predictis iniunxit ne pupillus cum suis bonis deseratur, & tutore careat. Que ratio cessat, quando reperitur alius tutor, vel testamentarius, vel legitimus, idest quem testator, vel lex vocet ad tutellam. eo enim casu pupillus non dicitur tutore carere, & ideo non indiget, quod ei petatur sumpto argumento a cessante ratione, iuxta legem adigere.§.quamuis.ff.de iure patronatus. & capitulo cum cessante.de appellationibus.

10 ¶ † Et predicta probantur per textum in.l.secunda. in principio.ff.qui petant tutores vel curatores. in eo quod vult tunc demum petendum esse tutorem minoribus, si nõ habent eos qui ex legibus sunt defensores, & ita ibi tradunt Bartolus & alij. & clarius hoc probatur in.l.secunda.§.his illud.C.quando mulier tutel.offici. fung. potest. vbi formaliter dicitur, quem habere ius petendi tutorem, cui tutor, vel testamẽtarius vel legitimus defuerit. Et hoc in longo discursu voluit dominus Marianus socinus auus meus in consilio vigesimo.incipiente, Uisis actis. quarta, & quinta columna. 11 † Semper enim ipse concludit. l.sciant omnes, preallegatam, & quod per illum textum dicitur, quod sperantes successionem debere petere dari tutorem pupillo sub pena &c. solum procedere & habere locum, quando est locus tutori datiuo, non si legittimus tutor adesset, vt ibi per eum, quod videri potest, & fuit ista opinio glose communiter approbate in.l.tertia.C.ad senatusconsultum tertullianum.

12 ¶ † Ex his infertur in proposita questione, quod (ex quo illis pupillis extabant Joannes, & Urbanus patrui, quibus tanquam proximioribus agnatis legitima tutella dicebatur delata, vt instituta de legitima agnatorum tutel. in principio. & §.primo.cum similibus) non dicitur habere locum dicta.l.sciant. nec alia supra in contrarium allegata in eo, quod matri, auie, & alijs imponunt onus petendi tutorem pupillis cum propter existentiam dictorum pa-13 truorum non erat locus tutori datiuo. † Et propterea concludendum est auiam predictam non habuisse onus petendi tutorem, & consequenter, quod si non petijt in nullo dicitur peccasse, & propterea non debet excludi a successione dicte Nicolette. Ita egregie voluit Bartolus in dicta.l.secunda.ff.qui petant tutores vel curatores.secunda columna. & in consilio vigesimo secundo. incipiente. Homo accursuli de rocha. prope finem. in versiculo secundo contra predicta. Et expresse hoc dicit dominus Alexander in consilio centesimo octuagesimo quinto, incipien. In causa et lite.tertia columna, sexto volumine. Corne. in consilio octuagesimo quarto, incipien. In hac consultatione. columna finali, quarto volumine. & auus meus predictus in dicto consilio vigesimo. & ita est communis opinio.

¶ Et maxime hoc dicendum est in casu nostro, quia illi patrui continue, & pupillas predictas gubernarunt, & bona earum semper administrauerunt, vt in puncto narratur.

14 † Propter quod animus dicte auie poterat quiescere, credens, quod ipsi tanquam tutores, & cum omni solennitate predicta facerent, ita vt si non petierit tutorem iuste iudicatur excusata, iuxta singularem decisionem patrui & domini mei domini Bartholomei socini in consilio centesimo quinquagesimo tertio.incipi. Pulchra, & subtilis &c. columna penultima, & fina. vbi generaliter vult, quod ille, qui propter non petitum tutorem veniebat excludendus a successione dẽat excusari, quando subest aliqua causa probabilis, maxime ex qua causari poterat ignorantia, vt per 15 eum qui videri potest, † & inter cetera dicit, quod si mater in casu illo gessit se pro tutrice bona pupilli administrando patruus vel patruelis, ad quem peruentura erat hereditas, si tutorem non petijt excusatur ratione iuste credulitatis, vc3 quia non credebat pupillum carere tutore, ex quo mater eius, tanquam tutrix omnia gubernabat. Sic igitur econtra dicendum est in casu nostro, vt scilicet ista auia iuste debeat excusari, cum credere potuit dictas pupillas tutore non carere, ex eo quod videbat Joannem & Urbanum patruos tanq̃ tutores omnia gerere. Posuit etiam dominus meus ibi quasdam alias rationes, que recte cõsiderate plurimum faciunt ad casum nostrum in fauorem auie predicte, quas placeat domino iudicare debẽti videre. ego enim ad ibi dicta, cum videri possint, breuitatis gratia, me remitto, concludendo dominam Catherinam auiã predictam a pena non petiti tutoris esse excusatam.

16 ¶ Sed aduertendum est, quia contra predicta. † Primo videtur vrgere, quoniam non videtur verum extare legitimos tutores vltra ipsam auiam post mortez matris dictarum pupillarum, licet eniz extent patrui predicti, tamen ex quo extabat ipsa auia, que oĩbus legitimis tutoribus prefertur, vt in auc.matri, & auie.C.quando mulie.tutel.offic. fung.potest.non potest dici, ꝙ dictis patruis fuerit delata tutella, & per consequens ꝙ extarẽt legitimi tutores oportebat ergo, ꝙ ipsa auia repudiaret tutellam alias non potest dici, quod patruis fuerit tutella delata propter precedentiam ipsius auie, ita in terminis declarat Bartolus in dicta.l.tertia.C.ad tertullianum. et in dicta.l.secunda, secunda columna.ff.qui petant tutores, vel curatores. & declarat etiam dominus Petrus philippus corneus in dicta.l.tertia. cum similibus.

¶ Secundo etiam videtur contra predicta vrgere, quia esto, quod auia non debeat puniri propter non petitum tutorem, & pretextu, q2 isti patrui extabant. Ex alio tamẽ videtur priuata successione, q2.s. non curauit dictos patruos cogi administrare, & omnia facere, que ad bonum fidumq3 17 tutorem pertinent, † quia parum prodest pupillo tutorem habere, si tutellam non legitime administret, ita videt probari in.l.secunda.§.quid ergo.versiculo, ꝙ si non compulit &c.ff.ad tertullianum. vbi dicitur, ꝙ non sufficit matri tutorem esse datum, sed oportet vt se tutelle immisceat, & propterea cum plenum officium a matre desideretur dicit ibi text. quod ei hoc etiam curandum est, ne ei postea in he-18 reditate obsit, † & ita per illum textum determinat Baldus in consilio.cccclxxxix.incipiente, Proponitur in facto.quinto volumine.dicens, quod non sufficit ei, qui sperat successionem, quod pupillo sit datus tutor, vel a lege, vel a testatore, nisi curret, vt talis tutor legitime administret, nec debet ille tex.restringi, vt loquatur respectu

tutoris ab ipsa matre petiti, ꝛ non respectu testamentarij, vel legitimi. Alioquin inquit Bal. in dicto cōsilio sequeretur, ꝙ mater que tutorē petijt, ꝛ iam in hoc fuit diligēs, si non petat eum cogi administrare puniref, esto, ꝙ in aliquo fuerit diligens, ꝛ illa qui nihil egit, (prout in casu nostro fuit ista auia) non puniretur, quod videtur absurdum, argumen. l. seruus. ff. ꝙ vi aut clam. igitur non dicendū. l. nam absurdum. ff. de bon. libe. ¶ Sed tamen nec istis obstantibus in proposito themate veram arbitror supra firmatam conclusionem. Et ad primum responderi potest. Primo, ꝙ immo existentia patruorum facit, vt dicantur extitisse legitimi tutores ad excusationem auie predicte.

19 † Nam licet auia esset eis preferēda in tutella, hoc tamen debet intelligi, quando ipsa voluerit, qꝛ ꝙuis alij tutores a lege ordinati cogantur tutellam suscipere, tamen in matre, ꝛ auia non ita est, sed reponitur hoc in eius arbitrio, vt. d. auctenti. matri, ꝛ auie. ꝛ ista facultas, vt contra naturam feminei sexus, quelibet earum possit esse tutrix, dicif eis concessa in earum fauorem, nec aliquo modo debet interpretari in earum odiuꝫ. l. quod fauore. C. de legi. Unde dicendum est, ꝙ non dicitur preclusa via legitimis tutoribus nisi ipsa mater, vel auia dixerit se velle tutellam susci-

20 pere, † quia in dubio cum tutella sit onus, vt institu. de excusatione tutorum. post principium. ꝛ instit. de legi. patro. tut. prope finem. ibi, ꝛ tutelle onus ꝛc. Credi debet matrē,

21 vel auiam nolle tale onus suscipere. † saltem cum pro aliquot dies appareat illam tutellam non petere, vt sic taciturnitas eius demonstret, ꝙ non intendit esse tutrix, ita si bene aduertatur voluit Cy. in aucten. matri, ꝛ auie. preallegata. iij. colum. in. vj. q. dum sequendo opinio. Odofr. dicit, ꝙ mater nō dicitur tutrix legitima velit nolit, sed ita demum si petat, ꝛ cum est in mora, dicif nolle. Et hoc modo intelligendo glo. in dicta. l. iij. erit simpliciter, ꝛ generaliter vera, dum dicit, ꝙ excusatur mater a pena non petiti tutoris, si pupillus habeat agnatuꝫ, qui dicatur legitimus tutor, nec videtur conueniens illi glos. addere, vcꝫ quando mater repudiet, ꝛ ita etiam videtur de intentione Bal. in consilio. lxxj. incipien. Angelus mascioli. scdo volumine. dum in casu suo dicit ea maxima ratione matrem non excludi a successione, propter non petitum tutorem, quia scilicet extabat patruus, ꝛ in veritate pro ista declaratione

22 plurimum facit. d. l. quod fauore. † Nam ante prouisioneꝫ d. auctē. matri, ꝛ auie. hoc non habebat dubium, cum mater non posset regulariter esse tutrix. Hoc autem ꝙ possit esse tutrix, ꝛ alijs preferatur, si velit, dicif inductum in eius fauorem, vt est clarum. nam si in fauorem pupilli compelleretur, quod non est, igitur hoc nō debet posse allegari ad eius damnum, quod profecto esset, si ex eo induceretur, ꝙ non excusaretur a pena nō petiti tutoris. Et hanc partem multum signanter defendit Saly. in dicta. l. sciant omnes. prima colum. versicu. vel forte ꝛ isto casu. ¶ Et quia ista opinio simpliciter intellecta habet aliquos cōtradictores (vt dixi arguendo) procedat restricta ad casum, in quo loquitur Saly. ꝛ qui ꝑprie est casus noster, vcꝫ quando mater permiserit legitimum administrare quasi ex eo clarius appareat, ꝙ ipsa non vult esse tutrix. Et doctores contrarium tenentes loquantur, quādo non interuenit realis administratio legitimi. Unde cum in casu nostro ꝑdicti patrui administrauerint, ꝛ auia permiserit, ꝛ sic demonstretur eam noluisse tutellam subire, sequitur, ꝙ vere erat locus alijs legitimis, ꝛ sic dictis patruis, ꝛ ideo debet excusari, si tutorem non petijt, quicquid dixerit Bal. in dicta. l. precibus. quinta colum. versicu. sed quid si mater non administrauit. cuius opinio non videf tuta per predicta contra quam de directo tenet Salyc. in dicta. l. sciant. vt modo retuli. ¶ Uel secundo responderi potest, ꝛ apertissime, quia dico, ꝙ dicta in argumento procedere possent, quando ista domina Catherina auia potuisset esse tutrix, ꝛ ad

23 tutellam fuisset habilis. † Quando vero fuisset inhabilis omnes doctores communiter dicunt esse apertā viam legitimis tutoribus, ꝛ consequenter illam debere excusari, ita declarant omnes doctores sine contradictione in locis predictis, sed in proposito ipsa auia ad tutellam erat penitus inhabilis. ergo ꝛc. ¶ Inhabilitas autem ostenditur, quia vt in puncto narratur, illa iam per annos multos tali infirmitate laborauit, ꝛ ad presens etiam laborat sine aliqua spe sanitatis, vt totaliter dicatur inutilis, ꝛ perpetua infirmitate detineri, ꝛ ita vt rebus suis supesse nō pos-

24 sit. Quo stante sequitur, ꝙ tutrix esse non possit, † absurdum etenim esset, vt illa, que rebus suis superesse non potest, aliorum tutellam gerat. Hoc expresse determinaf in. l. vnica. C. qui morbo. ꝛ licet ibi dicatur, ꝙ excusationem habet, id tamen improprie dicitur, quia etiam si velit, nō potest esse tutrix, vt ibi post gl. declarant Saly. ꝛ omnes scribentes. Et de hoc est tex. in. l. ij. §. his illud. C. quādo mu-

25 lier tute. offi. fun. potest. ꝛ ibi not. Saly. † concludens propter malam corporis valitudinem quem tutorem esse non posse, ꝛ alijs viam propterea aperiri. Et ista respōsio tollit omnem difficultatem in primo argumento positam. ¶ Et ex his infertur, ꝙ non potest objici auie predicte, ꝙ saltem puniri debet, eo ꝙ fuit negligens non petendo sibi tutellam decerni. naꝫ ex quo erat inhabilis ad tutellam frustra

26 illam petijsset. † Nemo enim dicif negligens in eo, ꝙ nullo modo implere potest, vt est notissimū vltra etiam ꝙ ad illud responderi posset, ꝙ non erat ad illud obligata, cum

27 tutella matri, ꝛ auie volētibus tantum deferatur. † Et vbi non dabatur obligatio non poterat dari etiam mora, vel negligentia, iuxta. l. si pupillus. cum ibi nota. ff. de verbo-

28 rum obligationibus. ¶ † Ad illud autem, ꝙ secundo loco allegabatur respondetur negando, ꝙ mater, vel auia teneatur curare vt tutor testamentarius, vel legitimus realiter administret, faciat inuentarium, aut alia, que tutorem respiciunt. Illud enim solum matri, aut auie iniungitur respectu tutoris ab ea petiti. ꝛ ita ꝑprie loquitur tex. in contrarium allegatus, prout signanter declarat Barto. in dicta. l. secunda. ff. qui pet. tute. ij. colum. versicu. nec puto, ꝙ matri imputetur. ꝛ ibi alij sequuntur, sequitur etiam Salyce. in dicta. l. tertia. C. ad tertullianum. ꝛ est cōmunis opinio, vt per Corne. in dicta. l. sciāt omnes, quicquid dixerit Bald. in dicto consil. cccclxxxix. quam cōmunem opinionem ipsemet Bal. sibi contrarius sequitur in consi. ccccij. incip. Uidetur prima facie. quarto volumine. ꝛ in. l. precibus. C. de impube. ꝛ alijs substitu. v. colum. in princi. ꝛ ab ista opinione consulendo, ꝛ iudicando recedendum nō est

29 per iura vulgaria. ¶ † Et pōt ista cōmunis opi. iustificari, qꝛ qñ est locus tutelle datiue lex iniungit matri, vel auie, ꝛ alijs, vt tutorem pupillo petāt, ꝙ debet intelligi cum effectu, arg. l. i. in prin. ff. ꝙ quisqꝫ iur. ꝛ ideo eidē etiam iniungitur onus, vt faciat tutoreꝫ realiter, ꝛ ltime administrare,

30 alias non diceref petijsse cum effectu vt tenebaf, † que ꝯsideratio cessat respectu tutoris testamentarij, vel legitimi, cum non reperiaf iure cautum, ꝙ circa eos, mater, ꝛ similes se habeant intromittere, ꝛ istud est, ꝙ voluit Bart. in dicta. l. ij. ij. colum. versic. nec ꝙ dicitur ꝛc. ¶ Et si dicatur videri conueniens, ꝙ mater etiam circa alios se intromittat, vt bona pupilli sui recte administrentur. Respōdetur, ꝙ hoc non reperitur iure cautum, ꝛ propterea non dicendum, maxime vt mater, vel auia excludātur a luctuosa hereditate filij, vel nepotis argumento tex. in auc. de non eligen. secundo nub. §. cum igitur. colla. prima. † vbi proba-

31 tur, ꝙ pena priuationis ab aliquo iure nostro, non habet locum nisi in iure exprimatur, ꝛ ad hoc illum text. allegat Bald. in auct. ex testamento. C. de secun. nup. refert, ꝛ sequitur Alexan. in. l. etiam. §. primo. secunda colum. ff. soluto matrimonio. ¶ Et vltra etiam pro ratione diuersitatis dici potest, ꝙ quo ad testamentarium, vel legitimum nihil est matri, vel simili persone imputandum, si non legitime administrat, cum circa eum se non intromisit, ꝛ pupil-

32 lo satis consultum videri potest, † quia si ille, qui reperitur tutor debito tpe non excusetur, remanet tutelle obnoxius. vt vf ꝑbari in arg. in. §. fi. iuncto. §. qui eniꝫ. insti. de excus. tut. ꝛ ibi dñt doc. sed in eo, quem mater petijt, vf ꝙ possit qd ei imputari, cur talem petierit, cū aliuꝫ petere poterat, ꝛ etiam de ea aliqd suspicari, ꝙ noluerit pupillo ꝯsulere, ꝛ eius ꝯsilium venit puniēdum, nisi cum effectu fecerit a se petitū tutorē, ꝛ a iudice datum, realr ꝛ ltime administrare, iuxta. §.

iuxta.§.quid tamen si dedit in dicta.l.secunda.ff.ad tertul. ¶ Et ex his patet nõ obstare rationem Bal.in dicto cõsil.ccccl xxxix.quia recte intuendo nõ dicitur mater respectu testamentarij,vel legitimi in aliquo negligens,cum ad aliquid nõ teneatur.nam cum a testatore,vel a lege iam sit datus tutor non est a matre petendus.Et licet non legitime administret,hoc non est matri imputãdum, sed potius iudici.In eo vero tutore,quem ipsa mater petijt semper dicetur negligens,quousq; non faciat petitionem suam sortiri plenum,& iuridicum effectum per predicta.Ex quibus concluditur auiam predictam in occurrenti casu excusandã esse,nec posse excludi a successione Nicolette eius neptis,propter non petitum tutorem.¶ Cui cõclusioni non obstant,que primo loco allegata fuerunt,quia sunt omnia aliena a presenti discussione,vt de se patet preter vltimum, quod declaratum est in proposito nostro non obstare,quia immo in casu nostro satis fuit auie predicte, ꝙ illi patrui administrarent,& maxime attento,ꝙ illa nõ potuit esse tutrix etiam si vellet,vt plene supra deductum fuit,& hoc est etiam de intentione Bal. in dicta.l.precibus . quinta colum.in allegato versicu.sed quid si mater non administrauit.si bene omnia verba eius inspiciantur. nam cum Bal. loquatur,quando mater poterat esse tutrix,& ita presupponat quando dicit, ꝙ debet renunciare,intendit aliud esse,

33 quando tutrix esse nõ posset. ¶ † In eo autem ꝙ vult matrem que tutrix esse potest,nõ sufficere pati legitimum administrare videtur male loqui cum cõtrarium teneat Saly.in dicta.l.sciant,& supra dictum fuit. ¶ Non obmitto, ꝙ licet ex predictis apertissima appareat conclusio supra posita,ex alio etiam prudentia iudicare debentis in eã de-

34 bet inclinare.† Nam cum dispositio illa,qua quis propter non petitum tutorem successione priuat sit rigorosa, & penalis,vt de se constat,semper in dubio debet fieri interpretatio in benigniorem partem,& sic ꝙ ista auia nõ excludatur,& maxime,quia (vt mihi narratur) nunq̃ fuit auditum in ciuitate Catari,ꝙ talis rigorosa pena fuerit obseruata, vnde minime mutanda sunt,que diutinam habuerunt in-

35 terpretationem.l.minime.ff.de legib. ¶ † Accedat etiam, quia cum ista auia tali perpetua infirmitate sit detenta, vt etiam in aliquo mentis offuscationem patiatur,vt in puncto narratur,vbi alia ratio non esset,hoc solum videretur sufficiens, vt deberet excusari a pena nõ petiti tutoris per text.in dicta.l.secunda. ad tertullianum.ff.in.§.confestim. ibi,nisi forte infirmitate &c. ¶ Preterea etiã cum patrui dictarum pupillarum diligẽter bona omnia cõmunia administrarent,si fuisset alius tutor petitus fuisset opus bona illa distinguere,& verosimiliter patruos illos indignare,vt sic omnibus cõsideratis facile dici posset,ꝙ talis petitio fuisset potius dictis pupillis damnosa, q̃ vtilis, & ꝙ magis earum intererat bona earũ eo modo a patruis gubernari cum earum bona gratia,q̃ cum eorum verosimili indignatione ab eis separari,& alteri gubernanda tradi.

36 † Quod etiam vltra alia debet isti auie prebere excusationem a pena nõ petiti tutoris,vt voluit glo.cõmuniter approbata in dicta.l.tertia.C.ad tertullianum. ibi,item si interesse filij &c. ¶ Hec pauca ex abundanti dicta sint, non quidem ꝙ prius dicta non sufficiant ad excusationẽ istius auie.(sufficiũt enim & sine dubio) sꝫ vt iustus iudex promptius,& (vt ita dixerim) pedibus in hanc sententiã procurrat,que iustitie,equitati,& pietati cõsentanea est,vt ex predictis constat. Laus Deo.

Marianus Socinus iunior Padue.1526.

## SVMMARIVM

¶ Prescriptio contra hypothecariam actionem,que in fauorem tertij possessoris currit contra creditorem,an ab initio currat quo qs possidere icipit,an võ non,priusq̃ facta fuerit excussio rei pͥncipalis,& reptus nõ soluẽdo.

2 Non valenti agere prescriptio non currit.
Limita,vt.j.numero.5.

3 Prescriptio est inducta ob hoies desides & negligentes.

4 Creditor post obligationem contractã & hypothecariam potest agere cõtra principalem debitorem, vel eius heredem actione personali & excutere,an sit soluendo.

5 Creditor agere potest,postq̃ venit dies obligationis , licet nemo inuitus agere compellatur.

6 Prescriptio impedito agere non currit.

7 Qui facere potest,vt aliquid possit,illud posse dicitur.

8 Impedimentum allegans non excusatur,si illud remouere potuit.
Et ei,qui impedimentum non remouet,imputandum est.

9 Paria sunt,quem impeditum non fuisse, & impedimentũ tollere potuisse.
Et qui illud , si potest, non remouet, pro non impedito habetur.

10 Diligentia quando prodest ad tollendum impedimẽtum, & quis ea non vtatur, currit tempus , ac si impedimentum nullum fuisset.

11 Eligendi tp̃s eis currit,qui sine superioris licentia eligere non poterant,si in mora fuerint talem licentiã petendi.

12 Actio hypothecaria ꝙ non exerceatur anteq̃ bonorum discussio fiat,dicitur inducta fauore illius tertij.

13 Interpretatio semper fieri debet ne sequatur alicuius legis elusio.

14 Impedimentum, quando impedito imputari non potest, cursum temporis non tollit.

15 Lex licet sit dura,tamen seruanda est.

16 Prescriptio bono publico dicitur inducta,vt litium sit finis,& ne dominia non sint in incerto.& nu.seq.

18 Iurans stare sententie arbitri,si fuit negligens in faciendo se absolui,tempus petende reductionis ad arbitriũ boni viri currit ante petitam absolutionem, postquam illam petere potuit.

## CONSILIVM XVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

1 ¶ Dubitatur in presenti consultatione, † vtrum pscriptio rei hypothecate que in fauorem tertij possessoris currit cõtra creditorem,iuxta totum titulum.C.si aduersus creditorem.in septimo libro.currat ab ipso initio, quo quis possidere cepit : An vero nõ, prius q̃ facta fuerit excussio rei principalis , & repertus fuerit non soluendo : ¶ Et profecto

2 videtur,quod secunda pars sit de iure vera . † nam regula est, quod non valenti agere non currit prescriptio, vt.l. prima.in fine.C.de annal.exceptio. & in auctenti. nisi.C.de bonis maternis.cum similibus.sed creditor hodie nõ potest agere hypothecaria contra tertium possessorem , nisi prius per diligentem,& legitimam excussionem reus principalis, & verus debitor fuerit repertus non soluendo , vt in auctenti. hoc si debitor.C.de pignoribus . & in corpore vnde sumitur. ergo sequitur,quod antea non potest currere prescriptio , alioquin prescriptio curreret ei , seu contra eum , qui nullo modo agere poterat , & sic non poterat dici negligens in non agendo , quod absurdum videretur,

3 † & ꝯtra naturam prescriptionis, que dicitur inducta contra desides homines,& sui iuris contemptores, vt.l.finali. in fine.C.de annali exceptione . Et ita per hanc rationem in terminis consuluit dominus Alexand.in consilio quinquagesimo octauo. incipiente. Viso & perlecto &c. prope finem. quinto volumine. cuius auctoritas presertim tali ratione munita magni ponderis est , & videtur obseruanda, maxime cum per eam odiose prescriptionis remedium diminuatur. ¶ His tamen non obstantibus contrariam opinionem probabiliorem de iure arbitror , & dico , quod de ea est casus in dicta.l.prima, & secunda.C.si aduersus creditorem.in generalitate illarum.ll. Non enim ibi consideratur , an fuerit facta excussio contra principalem nec ne, sed tantum consideratur , an ille tertius possessor longo tempore iusto titulo possederit. ¶ Sola ergo difficultas est respondere ad fundamentum supra factum pro parte

4 contraria. ¶ † Unde pro responsione presuppono , quod in casu de quo agimus , prout ordinarium est creditor ex arbitrio potuisset , quandocunq; voluisset post contractam obligationem principalem , et hypothecariam

agere contra principalem debitorem, vel eius heredem actione personali, atq; etiam bona ipsius excutere, ⁊ perquirere an soluendo esset, vel ne. [5] † Nam licet inuitus nemo agere cogatur, volens tamen quandocunq; potest creditor agere, postq̃ venit dies obligationis. l. vnica. C. vt nemo inuit. ager. iuncta. l. cedere diem. ff. de verborum significatio. ¶ Et ex hoc infertur, ꝙ licet hypothecaria contra istum tertium possessorem, non potuisset cum effectu exerceri antequam esset facta excussio rei principalis, tamen in potestate creditoris erat talem excussionem facere, ⁊ per consequens tollere impedimentum hypothecarie.

¶ Modo hoc ita posito, ⁊ declarato dico, ꝙ ad argumentum [6] de facili respondetur. † nam regula, ꝙ impedito agere non currit prescriptio, ꝓcedit nisi in arbitrio eius sit impedimentum remouere, ⁊ in eo remouendo fuerit in mora. Nam tūc contra eum prescriptio ita currit, sicut si impeditus non fuisset. nam cum in eius arbitrio fuerit, tollēdo impedimentum facere, vt possit agere, dicitur iam posse, vt. l. qui potest facere. ff. de regulis iuris. [7] † Qui enim facere potest, vt aliquid possit, iam illud posse dicitur, vt ibi dicit text. Et ideo non dicitur quis ad aliquid impeditus, si ipse potest impedimentum remouere. vt signanter dixit Bald. in. l. sed ⁊ si per pretorem. §. secundo. ff. ex quibus causis maior. in versic. sed nec ad eos. ⁊ idem Bal. ⁊ post eum patruus ⁊ dominus meus Socinus in. l. quibus diebus. in principio. in tertio notabili. ff. de conditio. ⁊ demō[8]strationi. vbi allegat. d. l. qui potest. † Cum his concordat glo. in ver. suspensionis. in. c. quia diuersitatem. de concessio. preben. volens quem non excusari allegando impedimentum, si illud impedimentum potuit remouere, ⁊ in hoc illa glosa approbatur vt ibi per Canonistas, maxime per Abbatem circa finem, in versiculo, in eadem glossa ⁊c. Et ſm illam glossam firmat Bal. in. c. primo. in fine. extra de prescrip. Est enim imputandum ei, qui impedimētum non remouit, cum facile posset. Idem sequendo illam glos. dixit Fely. in. c. cum inter. columna vndecima. de exceptio. in versicu. limita primo ⁊c. Et ibi concludit post Bal. in di[9]cto. c. primo. † ꝙ paria sunt, quem non fuisse impeditum, ⁊ potuisse impedimentum tollere. ⁊ idem tradit elegās doctor, ⁊ dominus meus Deci. in. c. cum sit romana. in tertio notabi. ⁊ in. c. ex ratione. penultima columna. versicu. tertius casus. extra de appellatio. concludens eum nō dici impeditum, qui potuit impedimentum remouere, ⁊ non [10] fecit. ⁊ allegat ibi Bald. in locis preallegatis. ¶ † Facit etiam quod voluit idem doctor in. l. prima. circa finem. C. de bonorum possessio. ſm tabu. dum considerat, ꝙ quando diligentia prodesset ad tollendum impedimentum, et quis ea nō vtatur currit tempus, ac si nullum subesset impedimentum. Ex quo enim ipse poterat impedimentū remouere, ⁊ sic agere, si non facit, habetur pro non impedi[11]to, ⁊ ei currit tempus agendi. ¶ † Et vltra predicta hoc probatur in. c. fina. de electio. vbi dicitur, ꝙ currit tempus eligendi etiam eis, qui sine licentia superioris eligere non poterant, si fuerunt in mora talem licentiam petendi. ⁊ ad hoc possent plura cumulari, de quibus per Felynum in. c. ex transmissa. decima columna. de prescrip. que causa breuitatis dimitto. Unde cum in proposito nostro iste qui allegat impedimentum nō facte excussionis rei principalis, ⁊ propterea vult, ꝙ ei tanquam impedito vti hypothecaria non currat contra eam prescriptio, potuerit ex arbitrio talem excussionem facere, ⁊ ita tollere impedimentum, si nō fecit sibi imputet, ⁊ de iure haberi debet, ac si potuisset tali hypothecaria vti, ⁊ propterea contra eam dicitur de[12]cursa legitima prescriptio per supradicta. ¶ † Ad quod etiam facit, quia ꝙ hypothecaria non exerceatur, anteq̃ fiat discussio bonorum rei principalis, dicitur inductū fauore illius tertij possessoris, vt de se constat, vnde sequitur, ꝙ hoc non debet redundare in eius damnum, ⁊ detrimētum, iuxta regulam. l. quod fauore. C. de legib. ⁊. c. quod ob gratiam. de regulis iuris. libro sexto. Quod profecto esset, si antequam talis excussio fieret (loquendo postquam fieri potuit) non curreret legitima prescriptio. ergo ⁊c.

¶ Preterea, si illud diceremus, daretur in potestate creditoris ex sola taciturnitate impedire prescriptionē, ⁊ ita quodammodo eludere prouisionem, tam iuris cōmunis, q̃ municipalis de prescriptione loquētem, qđ esset omni[13]no absurdum. ergo ⁊c. † Semper enim fieri debet talis interpretatio, ne sequatur alicuius legis elusio, vt. c. si ciuitas. de senten. excommunica. libro sexto. ⁊ nota. in. c. q̃q̃. de vsuris. eodem libro. ¶ Nec obst. auctoritas Alexan. in dicto consilio. lviij. quoniam licet nō leuis sit, tamen non est in proposito tenenda, cum iuribus, ⁊ rationibus predictis contrarium sit probatum. ¶ Et vltra etiam decisionē illam Alexan. in terminis reprobat compater meus Deci. in dicto. c. cum inter. de exceptio. colum. viij. in versicu. predicta conclusio limitatur. ibi, ⁊ per ista videtur, ꝙ non recte loquatur Alexan. ⁊c. ¶ Eam etiam, ⁊ per plura reprobat insignis doctor dominus Franciscus balb. in suo solenni tractatu prescriptio. in quarta parte quarte partis principalis, in tertia questione principali. in versiculo, sexta conclusio ⁊c. ⁊ ibi in fine dicit, ꝙ iudicando, ⁊ consulendo tenendum est omnino contra opinionem Alexan. ⁊ eam dixit esse falsam, idem doctor in eodem tracta. in prima parte sexte partis principalis. in vigesimo secūdo casu. quarta columna. in versicu. ⁊ per hoc infero, ꝙ non est vera, sed aperte falsa decisio Alexan. in dicto cōsilio. lviij. Et ita ego omnino arbitror eam esse falsam. ¶ Et maxime, quia inter cetera dominus Alex. se fundat in dicto. c. quia diuersitatem. volens per illud ꝓbari, ꝙ tempus non currat impedito, etiam ꝙ impedimentū proueniat ex culpa sua, ⁊ ei possit imputari, vt ibi per eū. Nam istud fun[14]damentum est falsum, q2 vt ex supradictis constat, † quando impedimentum potest ipsi impedito imputari, non tollit cursum temporis, vt voluit glo. in dicto. c. quia diuersitatem. que est cōmuniter approbata, vt supra dixi. ¶ Et ex hoc patet in casu nostro nihil fieri contra naturam prescriptionis. nam ⁊ isto casu dicetur currere cōtra desidem, ⁊ sui iuris contemptorem in eo, ꝙ iste creditor nō curauit facere excussionem, ⁊ ita tollere impedimentum hypothecarie. ¶ Nec ratio tollēde odiose prescriptionis debet attendi, quia cum ista prescriptio in his terminis clare currat ex dispositione legis illa seruāda est, nec nos debemus [15] esse clementiores ipsa lege. † cum enim lex scripta sit (q̃uis dura videatur) seruanda est. l. prospexit. ff. qui ⁊ a quib. ⁊c. [16] ¶ † Et maxime hoc dicendum est, quia talis prescriptio bono publico dicitur inducta. vt. l. prima. ff. de vsucapio. vt scilicet sit litium finis, ⁊ ne dominia rerum sint in incerto, iuxta. l. fina. ff. pro suo. ⁊. c. finem litibus. de dolo ⁊ con[17]tumacia. ¶ † Et ob eam causam dicitur prescriptio principaliter inducta propter publicam vtilitatem ſm Bart. in. l. nemo potest. colum. fina. ff. de legatis primo. Uel saltem secundario ſm Alexan. ⁊ alios ibi, propter quod adiuuari debet interpretatione, argumen. l. hoc modo. ff. de conditio. ⁊ demonstratio. ⁊ eorum que dicit Barto. in. l. secunda. §. exercitum. ff. de his qui notantur infami. ⁊ Deci. in. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. ¶ Ex predictis igitur cōcluditur tempus prescriptionis contra hypothecariam cucurrisse, non obstante, ꝙ nunq̃ fuerit facta excussio bonorum principalis debitoris, attēto ꝙ illam creditor potuisset (quandocunq; voluisset) facere, vt iam di[18]ctum est. ¶ † Que conclusio nouissime cōfirmatur per solennem decisionem Ludoui. de roma in consilio. ix. incip. ꝙ pars condemnata ⁊c. vbi vult ꝙ si quis iurauerit stare sententie arbitri, ⁊ per consequens non possit petere reductionem ad arbitrium boni viri propter vim iuramēti, nisi prius ab eo petat se absolui, tempus petende reductionis ei dicitur currere etiam ante petitam absolutionem, postquam illam petere potuit. debet enim sibi imputare, cur eam non petierit, ⁊ sic remouerit impedimentum iuramēti, cum posset, vt ibi per eum. quem refert, ⁊ seq̄tur predictus dominus Franciscus balb. in dicta tertia questione. vbi ad hoc etiam alia plura congerit.

¶ Sic igitur in casu nostro dicendum est, de tempore prescriptionis predicte, vt scilicet cucurrisse dicatur, attēto ꝙ creditor excussionem facere potuit, ⁊ ita impedimentum hypothecarie remouere ſm qđ supra declaratum est.

Laus Christo Redemptori.

Socinus nepos Padue. 1526.

Casus

## CASVS

¶ Emit Antonius aurifex Tridentinus fundū bona fide a quodam Gregorio, et soluto precio eiusdem fundi possessionem liberam, et pacificā ingressus fuit ex causa emptionis, eamq́ sic pacifice, et quiete per aliquot annos possederat sciente, et patiente quodam Matheo vidalis fabro de Tridento. ¶ Modo d. Matheus asserens eundem fundum per prius a Bartholomeo auctore eius emptū fuisse, et statim ab eodem fuisse datum in emphiteosim Gregorio venditori, obtinuit a iudice mādatū, vt in possessionē dicti fundi induceretur non vocato, sed penitus inscio d. Antonio possessore.

¶ Et deinde nocturno tempore, et armata manu fundū predictū intrauit, et plurima sata per do. Antonium possessorem deuastauit, et subtraxit, atq́ ibidem permansit per se, vel per alios vsq́ hodie, ita vt Antonius pdictus hec audiens timore ductus, et suspicans se posse repelli non curauit ad locum de cetero accedere, sed volens ciuiliter, et mediā iustitia omnia agere egit contra d. Matheum petens eum condemnari ad restitutionem possessionis dicti predij, et ad fructus, quos deuastauit, et abduxit, ac etiā petijt declarari eundem Matheum ab omni suo iure cecidisse tanquam violentum inuasorem, et sic eum suo iure priuari. ¶ Queritur nunc vtrum sit audiendus.

## SVMMARIVM

¶ De quodam inuadente fundum per alium possessum, vtrum incidat in penam l. si quis in tantam. C. vnde vi.
¶ An vero excusetur pretextu certarum causarum, vt in consilio.

1. Clausula constituti posita in instrumento venditionis an operetur dominij et possessionis trāslationē in emptorē.
2. Emptorū plurium licet potior sit ille cui primo res tradita fuit, tamen hoc non procedit quando venditor cōstituit se emptoris nomine possidere.
3. Recognitio in emphiteosim per emptorē factā operat traditionem, sicut reseruatio vsufructus.
4. Possessio iunior clandestina reputatur respectu antiquioris possessionis.
5. Iuste possidet, qui de iudicis licentia possidet, vide infra numero. 28.
   Et quod lege permittente fit penam non meretur.
6. Vis requiritur q̄ sit illata ad hoc, vt quis ob violentiam suo iure priuetur.
7. Causa quelibet etiam iniusta a dolo excusat.
8. Possidere eandem rem eodem tempore duo non pñt.
9. Mandatum iudicis de ingrediendo possessionē alicuius fundi denotat, q̄ possessio non erat apud mandatum impetrantem.
10. Precibus frustra petitur, quod iure cōi conceditur.
11. Inuadens possessionem ab alio possessam possessorem expellen. vim expulsiuā committit, et ad que teneatur ob talem inuasionem.
12. Possessio ciuilis perditur, quando quis non audet ad fundum accedere suspicans inde repelli posse.
13. L. j. in §. siue autem. ff. de vi et vi ar. procedit etiam in eo q suspicatur posse a possessione expelli.
14. Remedium l. si quis in tātam. C. vnde vi cōpetit ei qui suspicatur a possessione expelli.
15. De possessione quis tribus modis expulsus dicitur.
    Et in dictis tribus modis competit remedium l. si quis in tantam.
16. Vis a principio quādo est armata manu facta omnia a tali vi sequentia regulabuntur.
    Et principium cuiusq́ rei spectandum est.
17. Vis expulsiua probatur per asserentem se possidere, et restituere negantem.
18. L. si quis in tantam. C. vnde vi, an locum habeat in alia violentia q̄ expulsiua.
19. L. si quis in tantam, an procedat in terminis l. si quando. C. vnde vi.
20. Remedium l. si quando. C. vnde vi. qñ locum habeat.
21. Predones de facto spoliati ante omnia restitui debent, et infra nume. 35.
22. Pena l. si quis in tantam. C. vnde vi. que sit.
23. Possessio que non est, continuari non potest.
24. Hereditatis aditione licet dominium acquiratur possessio tamen rei hereditatis, cum sit facti, non acquiritur, nisi actualiter apprehendatur.
25. Dominium nihil commune habet cum possessione.
26. Possessori, etiam si sit predo, non debet per dominum violentia inferri.
27. Actio realis dominis rerum competit.
28. L. iuste possidet. ff. de acqui. pos. quomodo procedat.
29. Licentia inualida, et sine iuris ordine concessa de ingrediendo fundum, non facit, q̄ euitetur pena intrantis fundū alterius per statutum ordinata.
30. Licentia, seu decretum de intrando possessionem alicuius non valet, nisi possessore citato.
31. Citatio per Imperatorem tolli non potest, et gesta per eū, parte non citata, non valent.
32. Inuadens rem alterius non excusatur a pena l. si quis in tantam. C. vnde vi. licet in ea resistentē nō inuenerit.
33. Vis publica armis infertur.
34. Violentia, et non dolus, consideratur, vt quis incidat in penam l. si quis in tantam. C. vnde vi. et simi.

## CONSILIVM XVIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis et iustitie. ¶ Viso themate suprascipto, vr̄ prima consideratione dictum Antonium nullatenus audiendum esse, et q̄ Matheus predictus potuerit, et ei licuerit fundum predictū ingredi prout fecit. 1 ¶ † Et pmo q2 ipse Matheus dicit̄ successor illius Bartholomei, qui primo emit fundum, de quo agitur, in quem Bartholomeum emptorem predictum videtur q̄ fuerit translata possessio, et dominium dicti fundi mediante clausula constituti, que dicitur apposita in instrumento venditionis sibi facte, vt declarat Bar. in l. ab emptione. ff. de pac. iniunctis his que traduntur communiter in l. quod meo. 2 in prin. ff. de acqui. pos. ¶ † Et hinc est, q̄ licet alias ex duobus emptoribus eiusdem rei ille potior sit (etiam si sit vltimus emptor) cui primo res tradita fuit, vt l. quotiēs. C. de rei vend. tamen non procedit illud quando primi emptoris nomine venditor constituerit se possidere, q2 per talē clausulam constituti ille primus emptor erit potior, eo q̄ videtur eo modo in eum translata possessio, et per consequens dominium, ita singulariter tradit Guido de suza. in l. fi. C. de sac. san. eccle. et in d. l. quotiens. Ioan. and. in addit. Spec. in titu. de emp. et vend. §. sciendum versi. et not. Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in. xvj. q. do. Abb. in c. ij. col. fi. de consue. cum simi. allegatis plene per Ias. in d. l. quotiens. in. v. limita. Vnde cum Matheus dicat se successorem predicti Bartholomei, et sic in eum fuerint translata omnia iura hereditatis dicti Bartholomei, et per cōsequens possessio dicti fundi, sequitur, q̄ ipse tempore quo in fundū ingressus fuit, et fructus collegit nō dicitur alicui vim intulisse, sed suo iure vsus, et suam possessionem quodammodo continuasse. ¶ Quibus sic stantibus videtur, q̄ saltem a pena l. si quis in tantam. C. vnde vi debeat omnino excusari iuxta notata ibidem per glo. magnam circa principium in versic. octauo 3 quid si credens &c. ¶ † Comprobatur hoc q2 venditor predictus, quando vendidit dicto Bartholomeo vltra clausulam constituti preallegatam statim recognouit ab ipso emptore in emphiteosim dictum fundum propter quod dicit̄ de iure facta traditio sicut cōtingit per reseruationem vsufructus, vt l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de dona. ¶ Nec huic fundamento videtur obstare, si dicitur, q̄ im- 4 mo dictus Antonius erat in possessione dicti fundi † q2 respōdetur, q̄ possessio dicti Antonij fuit iunior, et reputatur clādestina respectu antiquioris possessionis dicti Mathei et suorum auctorum iuxta doctrinam Bart. in l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. pos. ¶ Secundo principaliter videtur, q̄ dictus Matheus defendi possit, q2 non videtur fecisse (quicquid fecit) propria auctoritate, sed cum Iudicis licentia, et

mandato, vt in puncto narratur, vnde si possessionem dicti fundi fuit ingressus †cum iudicis licētia dicitur id iuste fe-
5 cisse, ⁊ sic iuste possidere, vt. l. iuste possidet. ff. de acqui. pos. ⁊ ita vt propterea dicatur ab omni pena excusatus, illud enim quod fit lege permittente penam non meretur. l. gracchus. C. ad leg. iul. de adul. ⁊ in terminis hoc videtur probari in. d. l. si quis in tantam. ibi ante euentū iudicialis ⁊c. videntur enim illa verba importare, ꝙ si quis post iudicis licentiā, ⁊ auctoritatem bona etiam ab alijs possessa ingrediatur, non incidat in penam violenti inuasoris de qua in.
6 d. l. si quis in tantaꝫ. ¶ †Tertio pro defensione dicti Mathei videtur facere, quia vt quis priuetur propter violētiā iure suo requiritur ꝙ vim intulerit, vt. d. l. si quis in tantā. quod non videtur verificari in casu isto, ex quo in fundo nullus fuit contradicens suo ingressu, ⁊ sic non inuenit resistentem propter quod cum defecerit persona vim passura videtur ꝙ vis non fuerit illata. ¶ Quarto ⁊ vltimo ex predictis videtur sumi clara defensio ipsius Mathei a pena predictā, quia non debet eam pati, nisi fuerit in dolo, at in
7 dolo nō videtur, †quia ex rationibus predictis videtur, a dolo excusandus cum ab eo quelibet causa excuset etiam non iusta. l. igitur. §. j. ff. de lib. cau. ⁊. l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. here. cum simi. ¶ Hec sunt, que in presenti consultatione videntur facere in fauorem dicti Mathei.

¶ Sed tamen diligentius animaduertendo predictis nō obstantibus contrariam opinionem probabiliorem de iure arbitror, ⁊ consequenter concludendum censeo Antonium predictum in suis petitionibus audiendum esse, ⁊ sic Matheum predictum ab omni iure (si quod in fundo habebat) cecidisse, ⁊ sic priuari deberi. ¶ Et pro fundamento presuppono in facto, ꝙ dictus Antonius tempore quo Matheus illum fundum inuasit, eundem pacifice possidebat, ⁊ iam per tres annos continue possederat, ⁊ ex iusta causa, ⁊ quod plus est sciente, ⁊ patiente dicto Matheo vt in pūcto narratur. ¶ Ex quo infertur necessario, ꝙ tūc
8 dictus Matheus nullo modo illum possidebat, †cuꝫ duo eandem rem eodem tempore possidere non possint. l. iij. §.
9 ex contrario cum sua materia. ff. de acqui. po. ¶ †Et ꝙ ipse Matheus non possideret ex alio concludenter probat quia scilicet ipse (vt dicitur in puncto) perijt licentiam, ⁊ mandatum iudicis de ingrediendo possessionem talis fundi cuius iudicis auctoritate ipse allegat se postea in fundū intrasse. Ex hoc enim (ni fallor) clare ostenditur ꝙ ipse nō possidebat quoniam tunc vanum prorsus, ⁊ inutile fuisset adire iudicē, ⁊ talem licentiā petere, cū ipse velut possessor per se ipsum, ⁊ suo iure, si possedisset, potuisset accedere ad fundum, in illum ingredi, ⁊ egressus ad eum reuerti ad ar-
10 bitriū suum. †Et alias frustra precibus petitur ꝙ iure cōmuni conceditur. l. fi. in fi. ff. ad municipi. l. imperatores. ff. de priui. cre. ⁊. l. j. C. de thesaur. lib. x. cum similibus.
11 ¶ †Secundo presuppono in iure, ꝙ quando aliquis rem ab alio possessam possessorem expellendo inuadit, ⁊ sic illū sua possessione spoliat dicitur commisisse vim expulsiuam, ⁊ vltra ꝙ tenetur ad restitutionem oblate possessionis per interdictum vnde vi, vt. ff. de vi ⁊ vi ar. ⁊. C. vnde vi. per totos, ⁊ est regula in. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. leg. iuli. de vi. ⁊ in. c. in litteris. ⁊ per totum titulum extra de restit. spo. patitur penā priuationis, ⁊ amissionis ipsius rei, si sua erat, sin autem penam eius estimationis, vt de hoc est tex. in. d. l. si quis in tantam. ⁊ in. §. sed nedum talia in fi. instit. vi bon. rap. ⁊ in. §. recuperande insti. de interd. ¶ Et adeo verum est hoc saltem, vt talis inuadēs priuari debeat omni suo iure, vt procedat etiam, si talem inuasionem precesserit sententia in fauorem inuadentis, vt est tex. in. l. meminerint. C. vnde vi. ⁊ ibi glo. ⁊ docto. ¶ Modo his positis dico, ꝙ ſm ea, que proponuntur in themate, more Sceuole iureconsulti respondendo casus presentis decisio redditur clara in fauorem dicti Antonij actoris, nam cum ille vt est dictum possideret dictum fundum, ⁊ quidem pacifice, bona fide, ⁊ ex iusta causa, ⁊ Matheus possessionem dicti fundi armata manu inuaserit, de quibus in puncto, dicitur ipsum Antonium spoliasse sua possessione, ⁊ in effectu vi eum de ipso fundo expulisse, vt sic merito pati debeat
12 penas iurium predictorum, †nam cum ipse Antonius nouerit armata manu, ⁊ per vim Matheum predictum intrasse fundum, ⁊ fecisse alia, que fecit non fuit ausus ad ipsum fundum amplius accedere suspicatus se per viꝫ repellendum propter quod ipse perdidit etiam ciuileꝫ possessionem, vt. l. clam possidere. §. fi. cum. l. seq. ff. de acquir. pos. ⁊ ibi per doc. ¶ Et licet ciuilis illa solo animo retineretur, vt. l. licet. C. de acqui. pos. tamen ab ea potest dici per vim
13 expulsus, vt. l. j. §. siue autem. ff. de vi ⁊ vi ar. † Et licet ille tex. loquatur de eo qui rediens non fuit admissus, tamen procedit etiam si quis non audeat reuerti, quia suspicatur se posse per vim repelli, vt salteꝫ vtile interdictum vnde vi sibi detur, vt ibi per glo. post Jo. ⁊ Azo. quam opinioneꝫ Bart. ibi sequitur dicens ꝙ est vera ⁊ ab omnibus tenet.
14 ¶ †Et ꝙ in pposito nostro iuste Antonius sic per talem suspitionē expulsus habeat remediuꝫ. d. l. si quis in tantā. ⁊ similium iurium voluit in terminis glo. in. d. l. in versicu. decimo si possessionem ⁊c. vbi allegat. d. §. siue autem, ⁊ eā sequitur ibi Bal. iij. col. in ver. decimo queritur ⁊c. conclu-
15 dens, †ꝙ quis tribus modis dicitur expulsus de possessione. ¶ Primo quando in fundo erat, ⁊ deiectus fuit. ¶ Secundo quando non erat, sed rediens non fuit admissus. ¶ Tertio quando timore ductus, ⁊ suspicans se vi repellendum non reuertitur, nam inquit Bal. ⁊ iste dicitur vi expulsus, ⁊ in quolibet ex dictis casibus habet locuꝫ remedium, ⁊ pena. d. l. si qs in tantā, vt per eū, p queꝫ in proprijs terminis deciditur casus noster quod etiaꝫ dixit Saly. ibi col. v. ver. sed addo ꝙ etiam si possidens. ¶ Et licet idem Saly. ibi in tertia col. versi. quero. xiiij. ⁊c. eam opi. restringat, quando ille, qui ingreditur habeat animū deijciendi reuerteteꝫ, vt sic concurrat animus vtriusqꝫ vt per eum. Tamen opinionem illam glos. ⁊ Bal. alij simpliciter sequuntur, vt per Corne. in consil. ccvij. incip. de pluribus hereditatibus col. pe. in fi. ij. vol. vbi ipse multū cōmendat ⁊ sequitur predictam declarationem Bal. simpliciter posi-
16 tam, †⁊ potest hoc ratione suaderi, quia cum vis fuerit in ingrediendo, eo quia armata manu factum est (vt in casu nostro) omnia sequentia a tali vi, ⁊ malo principio regulabuntur iuxta illud principium cuiusqꝫ rei spectanduꝫ, vt. l. iij. §. scio. ff. de mino. ⁊ tradit plene Albe. in dictionario in verbo argumentum in ver. a virtute princip(ij), ⁊ in simili cōsiderat Jo. fab. insti. de exhe. lib. in prin. an in aliquo fuerit
17 bonum, vel malum principium, vt per eum. ¶ †Preterea ex alio etiam clare probatur dicta expulsio, qꝛ in presenti iudicio Matheus dicit possessionem esse apud se, ⁊ ad se pertinere, ⁊ ita restituere negat, quod sufficit ad probandā expulsionem, quando probatur, ꝙ agens tempore ingressus rei possidebat, nam tunc absqꝫ alia probatione super hoc obtinebit actor in illo interdicto vnde vi, tanquam vi expulsus, ita singulariter dicūt Joan. and. Inno. ⁊ Anto. de but. in. c. suborta. de re iudi. loquentes de episcopo, qui intendebat remedium recuperande contra clericum, nam dicunt, ꝙ ex negatione clerici dicitur probari spoliatio, si de quasi possessione episcopi constabat, vt per eos. Si igitur (vt ex predictis constat). d. Anto. potest dici, vi expulsus per dictum Matheum sequitur aperte, ꝙ ei competit remedium. d. l. si quis in tantam, ⁊ similium prout ipse pro-
18 posuit. ¶ † Nec est opus disputare in proposito nostro vtrum. d. l. habeat locum in alijs violentijs de quibus per docto. maxime Bal. in. l. extat. ff. quod met. cau. ⁊ per Jaso. in. l. si quando. in prin. C. vnde vi, quia cum simus in casu isto in violentia expulsiua, de qua proprie loquitur ille
19 tex. ⁊ nemo dubitat, cessat omnis disputatio. ¶ Nec etiā ⁊ minus conuenit disputare, an termini. d. l. si quis in tantam. procedāt in terminis. d. l. si quando, vel econtra, licet vt audio quidam iudex plurimum super hoc institerit. Dico enim ꝙ est questio aliena prorsus a decisione nostri casus, ⁊ quando esset opus istud disserere diceremꝫ quamlibet
20 ex. d. ll. posse habere locum in terminis alterius. † Nam si quando per vim expellor (quo casu est locus. l. si quis) habet in loco bona, que subtrahantur, erit etiam locus remedio. d. l. si quando, ⁊ de hoc non credo quemqꝫ sane mētis hesitaturum, non tamen vltra prosequar, qꝛ penitus extra propositū. Sed ex predictis clarissime concludo. ¶ Primo ꝙ Matheus debet omnino restituere possessionem dicti fundi quo dictum Antonium spoliauit, ⁊ de hoc etiam ignorās nō arbitror dubitare, cum vulgo dici soleat de facto spoliatus

cto spoliatus, de facto induatur, et ei possessio restituatur. 21 †Et adeo ista regula in iure est potens, vt etiam predones de facto spoliati debeant ante omnia restitui, vt in c. in litteris. de resti. spo. et tradunt docto. in l. si quis ad se fundũ. C. ad leg. iul. de vi. et in d. l. si quis in tantam. ¶ †Secundo dico, quod iudex debet priuare ipsum Matheum omni iure, si quod habuisset in tali fundo iuxta remediũ d. l. si quis in tantam, et l. meminerint. eo. ti. prout positum fuit.

¶ Nec his conclusionibus sic iuridice firmatis obstant allegata. s. in contrarium in quibus videtur consistere tota difficultas presentis consultationis. Nam ex predictis, vbi recte considerentur colligitur responsio fere ad omnia, vt tamen veritas clarius elucescat singulatim omnibus respõdetur, et clare, vt infra. ¶ Ad primum itaque fundamentũ, dum dicitur, quod Matheus fecit, vt possessionem suam continuaret respondetur. Hoc non posse considerari, cum ille vere non possideret, vt. s. est probatum. 23 †Nec potest continuari possessio, que non est, vt verba ipsa demõstrant, et voluit Bar. in l. celsus. col. fi. ver. quando dicitur continuata. ff. de vsucap. et quod d. Matheus non possideret tempore inuasionis probat ex multis clariss. dominus Petrus aduocatus in suis allegationibus, ad quas me refero.

¶ Nec obst. asserta prima venditio facta Bartholomeo auctori dicti Mathei cum clausula constituti, et cum receptione per venditorem in emphiteosim, quoniam in primis dici potest, quod non est idem fundus, quem emit d. Bartholomeus cum isto, de quo est lis (vt audio) constare ex dictis testium si bene ponderentur. ¶ Secundo respondetur, quod esto, quod Bartholomeus predictus acquisiuisset possessionem, et dominium dicti fundi, quod non affirmo, non tamẽ sequitur, quod in Matheum eius successorem primum vel secundum fuerit possessio translata, dato quod adierit hereditatem, 24 †quoniam cum possessio sit facti per aditionem hereditatis, licet acquiratur dominium tamen possessio rei hereditarie non acquiritur nisi actualiter apprehendatur, vt est tex. apertus vbi ita declarant doc. in l. cum heredes. ff. de acqui. posses. vnde cum iste Matheus nunquam istum fundum corporaliter apprehenderit ante istam inuasionẽ non dicitur vnquam fuisse eius possessionem adeptus, et istud est reale fundamentum ad probandum quod d. Matheus nunquã possedit, et per consequens non potest dicere se continuasse possessionem. ¶ Et si dicatur quod per talem contractum cum predictis clausulis vna cum aditione d. Mathei dicitur ei quesitum dominium, et consequenter ratione dominij dicatur habere vis super possessione, vt sic illã licuerit ei quo 25 modocunque accipere. †Respondetur hoc esse omnino falsum, cum nihil commune habeat dominium cum possessione. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. et ibi 26 tradũt doc. et ego aliquando dixi. †Debet enim dñs omnino abstinere a violentia inferenda contra possessorem, et si possessor fuisset predo, iuxta c. in litteris. de restit. spol. et. s. etiam dixi, et est proprie tex. in d. l. si quis in tantam. inductus ad puniendas tales violentias que a dominis circa 27 res suas inferuntur. ¶ †Nec domini rerum debẽt conqueri cum eis a iure sit proditum remediũ realis actionis, vt. ff. et C. de rei vend. per totos, et hoc in iure est exploratissimũ.

¶ Non ob. secundum fundamentum, quod fit de iudicis licentia etc. et per regulam l. iuste possidet. ff. de acquir. pos. 28 †Quoniam respondetur, quod ea procedũt, quando licentia, et auctoritas iudicis iuridice, et valide, ac iuris ordine seruato interueniunt prout post glo. declarat Bar. in d. l. iuste possidet. vbi etiam dicunt alij maxime Jas. ij. col. ita etiã post alios dixit Bal. in d. l. si quis in tantam. col. v. versi. et scias quod interdum, vbi etiam Saly. in v. col. idem dixit. 29 †Hinc est, quod qui iudicis auctoritate, et licentia in validis, et sine ordine iuris concessis ingreditur fundum alienum nõ euitat penam intrantis rem alterius per statutum ordinatam, ita singulariter concludit do. Alexan. in consi. cxix. incip. titulus questiõis. vj. col. ver. et quod hoc, et fuit ista decisio Bar. in cons. xcj. incip. in questione vertente in curia. ij. col. et in d. l. iuste possidet, vbi etiam idem tenet Alex. vt 30 ibi refert, et sequitur Jas. in iiij. col. ver. extra gl. etc. †Modo in proposito dico, quod decretũ, auctoritas, et licentia que asseritur concessa (vltra quod non loquitur de fundo, de quo agimus) dicitur concessa iuris ordine non seruato, et sic inualide, quia scilicet ad eam d. Antonius verus possessor, et quem Matheus sciebat possidere (vt in puncto narratur) non fuit aliquo modo citatus prout requirebatur, vt sic eo comparente, et iura sua allegante iudex potuisset de causa cognoscere, et sic statuere prout ei visum fuerit iustum, vel eo non comparente tanquam contra contumacẽ procedere, iuxta ea que traduntur in l. prolatam. C. de sen. et interlocu. et in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Quicquid igitur in casu isto iudex decreuerit, aut d. Matheo concesserit non citato dicto Antonio possessore nulliter, et iniuste dicitur 31 fecisse, et iuris ordine non seruato. †Nec mirũ, quia cum defensio iure nature sit inducta, ac nemini neganda (que per non citatum fieri non potest, vt de se constat) nõ potest nec per ipsum Imperatorem tolli, et gesta per ipsum parte non citata sunt nulla, vt est text. in cle. pastoralis prope fi. de re iudi. et ibi plene tradunt doct. ¶ Et ex his sequitur, quod dictus Matheus sub pretextu predicte asserte licentie non potest se tueri, et excusari a pena d. l. si quis in tantam et d. l. meminerint. vt per doc. in locis predictis clare ostẽditur.

¶ Immo dicam fortius, quod dato millies, quod decretum iudicis ab initio valuisset, cum illud per annum, et vltra precesserit inuasionem, si postea Matheus volebat tali decreto vti, et ingredi possessiõem debebat nouiter citate d. Antonium verum possessorem, et non per vim armata manu inuadere fundum, quod cum non fecerit debet nedum restituere fundum, sed etiam omni suo iure priuari circa talem fundum, vt de hoc est tex. apertus in d. l. meminerint, et ibi tradunt doc. per quem tex. deciditur casus noster etiam quod decretum predictum fuisset legitime concessum, quod tamẽ 32 non fuit vt ex predictis constat. ¶ † Tertio non obstat, quod dictus Matheus non inuenerit resistentem, vt in tertio argumento dicebatur. Quoniam respondetur hoc nihil esse, nec ex eo quis dicitur excusari a pena dictarum ll. cum in proposito sufficiat, quod d. Antonius suspicatus se per vim repellendum non ausus fuerit ad fundum accedere, vt dixi .s. fundando conclusionem nostram, et ita in terminis declarat Cor. in d. consi. ccvij. col. pe. ij. vol. qui in indiuiduo in casu suo ita arguebat, et vt. s. reñdit, ad quem cum videri possit causa breuitatis me remitto. ¶ Demum non ob. quod dicebatur Matheum debere excusari a dolo, et sic a pena dictarũ legum, ex quo videbatur adesse aliquam causam etc. quoniam respondetur nullam adesse causam propter quã a dicta pena excusetur. ¶ Non quidem quod crediderit fundum ad se pertinere, quia vt in dictis iuribus dicitur proprie contra dominos sunt inducte ad refrenandas violentias. Non ex causa decreti obtenti, aut eo quod crediderit continuare possessionem suam, quia eis iam responsum est circa primum et secundum argumentum. ¶ Nec etiam potest defendi si dicat, quod cause predicte saltem a dolo excusant, vt in argumento dicitur, quia in primis potest dici, quod procederent ista, quando sine armis illud fecisset, vel alia violentia 33 †sed vtendo armis, et sic vim publicam inferendo iuxta. §. item lex iulia. insti. de publi. iudi. non dicitur carere dolo, quia semper in delictis presumitur. l. si non conuicij. C. de iniur. 34 et c. primo. extra de presumptio. ¶ † Preterea et aliter respondetur, quod in dictis iuribus, vt eorum pena locum habeat nõ consideratur dolus, sed violẽtia, que apparet simpliciter punitur, vt tradunt Bal. Saly. et alij in d. l. si quis in tantam. post gloss. ibi in ix. q. et ita communiter tenetur prout refert, et sequitur Cor. in dicto consi. ccvij. in vltimis verbis. ¶ Concluditur igitur ex predictis partes iudicare debentis esse. ¶ Primo vt faciat, et iudicet possessionẽ dicti fundi oĩno restitui d. Antonio iniuste spoliato, et hoc 35 caret probabili dubitatione, † cum ante omnia spoliatus quicunque sit etiam predo debet restitui, vt. l. si quis ad se. C. ad legem iuliam de vi. l. cum fundus. et l. colonus. ff. de vi et vi arma. et d. c. in litteris. ¶ Secundo vt per suam sententiam priuet dictum Matheum inuasorem omni iure, quod in dicto fundo haberet iuxta dictam l. si quis in tantam. et d. l. meminerint. et cum hoc simpliciter fuerit petitum dicitur vtriusque, vel alterutrius ex dictis legibus remedium intẽtatum, et ẽt omnium similium. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior Jurisconsultus Padue legẽs. 1526.

## SVMMARIVM

¶ Filia pro parte heres matris potest pro sua rata vti petitione hereditatis etiam contra rei hereditarie venditores.

¶ Et cū a patre dotaī, cēsetur de bonis pr̄is dotata, licet dictum fuerit, ꝙ etiam de bonis matris dotabatur.

¶ Et neutrum dicitur habere ex causa lucratiua.

1 Petitio hereditatis in bonis maternis filie competit, etiā contra rei hereditarie venditores.

2 Heres ꝛ petitor potest eligere hereditatis petitionem ad precium rei vendite contra venditorē, ꝛ pro herede possessorem quatenus est locupletior.

Vel realem actionem contra emptorem intentare quatenus venditor teneri potest.

3 Precium potest esse apud aliquem, non vt precium rei, sꝫ vt quantitas separata.

4 Pater vel administrator bonorū filie habentis bona materna, licet dotando dicat expresse, ꝙ dotē mixtim dat, tam de suis, q̄ꝫ de filie bonis, eo tamen non obstante, si idoneus sit facultatibus, de suo tantum dotasse dicit.

5 Cause due lucratiue respectu diuersitatis personarum, tēporum, ꝛ rerum possunt concurrere.

6 Matris bona iure nature filijs debentur.

Quibus testando iure institutionis tenetur aliquid relinquere.

7 Pater filiam etiam nuptam dotare compellitur.

8 Filia non dicitur habere dotem a patre constitutam ex lucratiua causa.

Et in necessitatibus nemo liberalis existit.

9 Hereditas parentum, ꝛ dos ab eis constituta non subiacent legibus de causa lucratiua disponentibus.

Et lex, vel statutum grauans causas lucratiuas, non procedit in casibus predictis.

10 Presentia non arguit intelligentiam, ꝛ dato ꝙ intelligentia probaretur, in actu damnoso non preiudicat.

11 Ius adeundi hereditatem spatio. xxx. anno. tollitur, ꝛ ita de consuetudine seruatur.

12 Filius exclusus vt filius ab adeundo hereditatem ob triginta annorum lapsum, an ꝛ quando vt coniunctus admitti potest.

13 Filius ꝛ filia presumitur hereditatem maternam iussu patris adiuisse ex longo tempore, quo pater ea vti administrator tenuit.

Item hoc procedit non solum in infante, sed etiam in maiori, vt. ī. nu. 16.

14 Pater retinendo bona materna filiorum presumitur ea vti vsufructuarius, ꝛ administrator retinere.

15 Via in dubio illa eligenda est, per quam dicitur quis fecisse actum permissum, ꝛ non per quam dicitur fecisse actum prohibitum.

## CONSILIVM XIX

Irrigat dominus verba mea in viam veritatis ꝛ iustitie. ¶ Viso eleganti consilio excellentissimi Cōsultoris, ꝛ comprobatione clarissimi subscribētis mihi de subscriptione requisito satis esset simpliciter, eorum conclusionem confirmare. ita eniꝫ per eos res discussa diligenter fuit, ꝛ abunde veritas demonstrata, vt aliam insuper demonstrationem superaddere tentans videar velle solem facibus illustrare, ꝛ frustra id ipsum contendere, iuxta. l. j. in fi. ff. de dote prelegata. ꝛ c. bene quidem. xcvj. distin. Verum vt consultanti morem geram, ꝛ ne impremeditatus comprobasse videar, paucula quedam subijciam, ꝛ veluti post terga optimorū messorum procedens spiculas quasdam recolligam.

1 ¶ † Verissima igitur, ꝛ iuridica est conclusio per excellentissimos patres firmata, vt scilicet domina Blanca possit, vt heres matris eius domine Helisabet pro tertia parte petere dictam tertiam parteꝫ hereditatis, seu estimationis ipsius a fratribus suis, apud quos reperitur, ꝛ in quorum vtilitatem hodie cōuersa est. ipsi enim predium illud, quod fuit domine Helisabet matris pro h̄ede in totum possidebant, ꝛ vt heredes vniuersales vendiderunt, seu a magnifico Comite Jacobo eoruꝫ patre vendi passi fuerunt, ita vt precium dicti predij in vtilitatem eius conuersum fuerit, ꝛ sic hodie reperiatur penes. d. fratres, apud quos paterna hereditas reperitur, ex quo conuenienter sequitur, vt petitione hereditatis pro. d. tertia parte conueniri potuerint, vt. l. si possessor. §. j. ꝛ. §. bone fidei. ꝛ. l. si ꝛ rem ꝛ precium. ꝛ. l. sequen. ff. de peti. here. iuncta. l. regulariter. ꝛ. l. pro herede. eo. titu. ꝛ est bonus tex. quem allegat primus consulens in. l. item veniunt. §. simili modo. in eo. titulo.

2 ¶ † Et licet predicta domina Blanca potuisset fortasse vti reali actione contra possessorem, ꝛ emptorem dicti predij pro sua rata iuxta. l. sed ꝛ si lege. §. item si rē. iunctis ibi dictis per Barto. ij. ꝛ. iij. col. ff. de peti. heredi. tamen potuit etiam precium ex venditione extractum (in quo. d. fratres reperiūtur locupletiores) petere ab eis, vt iuribus preallegatis, ꝛ. d. l. sed ꝛ si lege. §. si minori. Verus eniꝫ heres ꝛ petitor potest eligere. Et petitionem hereditatis ad precium contra venditorem, ꝛ pro herede possessorem, quatenus est locupletior, vel realem actionem contra emptoreꝫ, quatenus tamen venditor teneri potest, vt per Bartolum clarius per Pau. de castro in dicto. §. item si rem.

¶ Nec predicte cōclusioni ob. ꝙ. d. tertia pars predij, seu precium inde sumptum reperiatur apud ipsam dominam Blancam, vel eius maritum dominum Bartholomeum barrotinum ex causa dotis, ꝛ consequenter dicatur, ꝙ ipsa petat quod apud eam, vel eius maritum pro ea reperitur.

3 † Quoniam respondetur, ꝛ in primis dico ꝙ predium de quo agitur apud eum reperitur ex causa emptionis, vt ex instrumento ipsius constat, precium vero quod apud eum ex causa dotis videtur esse non reperitur apud eum, vt precium dicti predij, sed vt quantitas per se considerata. nam breui manu dicitur. d. Bartholomeus precium dicti predij soluisse prefato Comiti, ꝛ filijs eius, ꝛ postea ab eis ꝑ dotibus domine Blance dicitur recepisse libras. 6850. ꝛ sic quantitatem illaꝫ simpliciter, ꝛ non vt preciū dicti predij, arg. l. nuptura. ꝛ. l. licet. §. j. ff. de iure dotium. ꝛ. l. singularia. cum materia. ff. si certum petat. Precium ergo dicti predij dicitur virtualiter esse penes. d. fratres, vt heredes magnifici Comitis Jaco. eorum patris, ꝛ consequenter in eo dicuntur effecti locupletiores, ꝛ propterea recte ꝯcluditur pro dicta tertia parte eos peti. heredi. fuisse conuētos.

¶ Nec predictis ob. si dicatur, ꝙ quādo magnificus Comes dedit summam predictam pro dote dicatur computasse in eam predictam tertiam partem debitam domine Blance eius filie.

4 † Quoniam respondetur hoc non posse dici, quia (vt per excellentissi. Consulentem, ꝛ subscribentē dictum est) esset contra tex. in. l. fin. cum sua materia. C. de do. promiss. Nam si debitor filie, ꝛ administrator bonoruꝫ eius eam dotando dicat expresse ꝙ dat dotem mixtim taꝫ de suis, q̄ꝫ de filie bonis, eo nō obstante dicitur, tantum de suo dotasse, si idoneus sit facultatibus, vt. d. l. fi. vbi doctores dicunt, ꝛ ita communiter tenent doct. in. l. j. ff. solu. ma. vt ibi per dominum ꝛ patruum meum Soci. ꝛ per Jaso. ꝛ tradit Bal. nouellus in tracta. dotis in sexto priuil. vj. partis principalis. j. ꝛ. ij. col. prout ipsum allegat primus subscribens. quanto magis hoc dicendum est in casu nostro in quo magnificus Comes pater domine Blance nihil expꝛi sit, sed simpliciter pro filia dotem promisit, ꝛ soluit, ꝛ profecto non video probabilem dubitationem super hoc.

5 ¶ † Nec ratio duarum causarum lucratiuarum simul non concurrentium quicq̄ꝫ facit, quia vltra responsiones plene traditas. s. per predictos patres, vcꝫ vt regula illa in ꝑposito casu non procedat propter diuersitatem personarum, temporum, ꝛ rerum, iuxta communiter tradita per docto. in. l. meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. cum alijs supra per eos allegatis. Potest addi alia responsio, vt scilicet dicamus virtualiter, ꝛ quo ad iuris dispositionem in casu nostro nō concurrere causas lucratiuas, saltem vt pro lucratiuis habeantur.

6 † Nam cuꝫ bona matris quodammodo filijs debita videantur iure quodam nature, vt. l. scripto. in fine. ff. vnde libe. ꝛ. l. cum ratio. in prin. ff. de bonis damnatorum.

propter

propter quod compellitur ipsa mater testando aliquid filie iure institutionis relinquere, vt in.§.aliud quoq; capitulum.in auc. vt cum de appel.cogno.collati.viij.nõ videtur ꝙ do.Blanca succedendo pro sua rata matri eius quicquam lucrari dicatur, saltem quo ad hoc, vt pro causa lucratiua quo ad iuris effectus habeatur.† Similiter, ⁊ fortius dicẽdum videtur respectu dotis pro ea a patre date, qm̃ cum ipse pater teneatur, ⁊ compelli possit dotare filiã, vt.l.qui liberos.de ri.nup.⁊.l.fi.C.de do.promis.(etiam si iaz nupta esset) vt.s.per predictos patres dictũ est, ⁊ vltra alleg.per eos, idem voluit patruus, ⁊ dñs meus Socin. in consi.lvij.incip.in causa restitutionis.ij.col.iiij.volu. ⁊ dñs Franc.cur.in consi.xxvij.incip.magnificus vir. colũ.xv.in fi.⁊ consi.xcix.incip.visis, ⁊ diligenter.col.fi.† non videtur ꝙ dña Blanca recipiens dotem a magnifico comite Jacobo patre eius ɔstitutam, dicatur eam habere ex causa lucratiua, saltem quo ad iuris dispositionem, cũ alias in necessitatibus nemo liberalis existat.l.rem legatam.ff.de adimen.lega.hanc rationem in vtroq; dicto probat text. in.l. vnica.C.de impon.lucr.describ.lib.x.† vbi clare dicitur ꝙ hereditas parentum, atq; etiam dos ab eisdem constituta non subiacent legibus de lucratiua causa loquentibus, qr his casibus sub liberalitatis appellatione debitum nature persoluitur, ⁊ propter illum tex.inferunt ibi doct. vltra casum illius legis, ꝙ lex, vel statutum grauans causas lucratiuas non procedet in dictis casibus. Sic igitur, ⁊ nos in casu isto dicemus ꝙ lex prohibens duaꝝ causarum lucratiuarum ɔcursum (qđ est ad grauamẽ cause lucratiue, cum vna extinguat) non procedit in dote a patre constituta, nec in hereditate matris, vel saltem in altera, qđ sufficit. ⁊ ista consideratio (ni fallor) cadet in caput cuiuslibet sensati hominis, ⁊ per eam de plano tolli potest difficultas tacta per Barto.in.l.cum pater.§.pater filie.de leg.ij.aliter q̃z ipse, ⁊ alij ibi dicant. ¶ Nec predictis obst. ꝙ predicta domi. Blanca dicatur fuisse presens ⁊c.† qm̃ esto ꝙ eius presentia interuenerit, non arguitur intelligẽtia iuxta cõmuniter tradita per scriben.in.l.ij.§.fi.ff.solu.matri.cum simi.s.per Consulentem adductis, qđ ẽt vltra.s.alle.tradit dñs Cardi.in.c.fi.in ver.presentium.de maio.⁊ obed.⁊ idem plurima ɔgerens voluit Andr.barb.in consil.xxix.incipi. illud afferam in medium.col.xj.in fi.cum seq.j.volu.⁊ in ɔsil.iij. incip.clemẽtis Dei.vj.col.ij.volu. ¶ Et esto preterea ꝙ ẽt intelligentia probaretur, non tñ sequitur ꝙ illa preiudicauerit sibi in aliquo, ⁊ ɔsenserit actui eidem damnoso, iuxta singulare dictum Inn.in.c.cũ ingeniosi.de elec.cũ alijs adductis.s.per Cõsulẽtem, ⁊ subscribentẽ, ⁊ vltra eos plene prosequendo declarat And.barb.in ɔsi.xj.incip.illud afferam in medium.col.xvj.ij.volu. vbi ad hoc de more plurima cumulat. ¶ Sed ɔtra predictam conclusionẽ restat scrupulus non tactus.s.per predictos patres.† Nam (vt audio) a morte dñe Helisabet matris dñe Blance, de cuius hereditate agit̃, lapsi sunt anni.xxx.⁊ vltra, de quo tñ, qr precise nõ affirmatur, remitto me ad veritatem. Sed eo posito loquor, propter qđ videt̃ ꝙ dña Blãca amiserit facultatẽ adeũdi hereditatẽ matris, iuxta tradita per Bar. Bal.⁊ alios magis cõiter in.l.licet.C.de iu.delibe. ⁊ dixit Corn.in ɔsi.ccij.incip.circa presentem.vij.col.in fi.ij.volu. ⁊ in consi.xvj.incip.in presenti.in prin.iij.volu. vbi dicit ꝙ ista opi.seruatur de consuetudine, ⁊ in decisiuis habet̃ pro indubitata. ¶ † Nec defendi potest dña Blanca, si dicat, ꝙ lz sit exclusa tanq̃z filia per lapsum.xxx.annoꝝ, potest tñ admitti vt coniuncta, iuxta.l.j.§.sed videndum.ff.de successi.edi.⁊ vt videt̃ in simili determinare Bar.in ɔsi.cxxix. inci.quidam habuit vxorem ⁊c. qm̃ respondetur (posito ꝙ illa opinio sit vera) ꝙ procederet qñ non extarent alij filij, quibus ex capite filiationis hereditas deferatur. nam si extant, sunt impedimẽto illis qui tanq̃z coniuncti simpliciter venire volunt, ⁊ sic in ꝓposito nostro, cum extent alij filij.d. dñe Helisabet, non potest.d.dña Blanca exclusa tanq̃z filia, venire tanq̃z quelibet ɔiuncta.ita est gl.sing. ⁊ cõmuniter approbata in.d.§.sed videndum.⁊ in terminis declarat Cor.in.d.ɔsil.xvj.iij.colũ. ¶ Veruntñ hoc quoq; non obstante veram arbitror prepositam ɔclusionem per allegata.s.pro ea. Et ad predictam difficultatem respondendo, dico ꝙ predicta dña Blanca non petit dictam tertiaz partem quasi eam nunc adeat, sed eo ꝙ olim, ⁊ debito tempore ex patris voluntate adierit.† ⁊ q̃q̃z hoc directo probare non possit, tñ ita iura presumunt factum fuisse, attento ꝙ magnificus comes Jacobus pater eius longo tempore totum illud prediũ tenẽdo, ⁊ possidẽdo dicit̃ etiam partẽ dicte dñe Blance eius filie, vt pater, ⁊ legitimus administrator tenuisse, ꝓut poterat, iuxta.l.j.⁊ per totum.C. de bon.mater.⁊ ex dicta longa possess.(vt sic loquar) inducitur presumptio ꝙ omnia solenniter precesserint, ⁊ consequẽter ꝙ ipsa dña Blanca ex iussu, ⁊ volũtate patris adierit, prout ipsa alleg. ⁊ ita dictam suam tertiam partem sic aditam apud patrem vti legitimum eius administratorem reliquerit. ⁊ pro hoc est tex. ⁊ ibi Bar. ⁊ alij declarant in.l. qui in aliena.in fi.prin.in versi.sed si non adierit.ff.de acq. heredit.⁊ post alios ita ponit ibi Jas.in.iiij.nota. ⁊ de hoc est ibi cõmunis opi.⁊ ita in terminis nostris per illũ text. ⁊ alia quedam determinat Bar.in.d.consi.cxxix.versi.sed in questio.predicta.† ⁊ pro hoc ſm Bar.ibi facit ratio, qr ita presumendo magnificus comes Jacobus pater domi. Blance iuste, ⁊ lege permittente dicitur dictam tertiã partez retinuisse velut vsufructuarius, ⁊ legitimus administrator. vbi vero non ita presumeretur, diceretur dictã tertiam partem iniuste, ⁊ sine ratione detinuisse. quibus stantibus dicẽdum omnino est, ꝙ ita presumatur, vt sic ipse pater iuste, ⁊ permittente lege dicatur detinuisse, ⁊ sic non deliquisse iniuste retinẽdo argu.l.merito.ff.pro soc.† Semper.n.in dubio via illa eligenda est, per quã quis dicitur fecisse actũ permissum, ⁊ non per quam diceretur fecisse actum prohibitum. ⁊ ita in simili declarat Bar.in sua questio. que inci. debitor in diem. ⁊ tradit Cor.in.d.ɔsil.ccij.vij.colũ. ⁊ in.l. non hoc.C.vnde cogna.vbi etiam hoc tradit Alexã.in.ij. colum.versi.tertio mouetur.vbi hanc rationem defendit a quibusdam contra eam allegatis ibi per Paul.de castro. ¶ † Et licet in locis predictis doctor.loquantur, qñ filius erat infans, ⁊ sic in casu quo pater solus potest adire, iuxta l.si infanti.C.de iure delib.tñ idem est etiam in maiore concurrente longi temporis cursu, qui (vbi filius esset infans) non requiritur. Et differentia est, qr eo casu presumitur pater (qui poterat) solus adiuisse. In casu vero nostro presumitur ex longi temporis cursu, ꝙ filia iussu patris adierit, vt.s.dictum est. Laus Deo.

Socinus nepos Padue. 1526.

## CASUS

¶ Philippus Parmensis ex dña Catherina eius prima vxore suscepit filiam quandam nomine Presediam, decessit dña Catherina, relicta predicta Presedia eius filia, ⁊ herede vniuersali, ⁊ successiue decessit Jacoba mater dicte Catherine, ⁊ auia Presedie similiter relicta dicta Presedia eius nepte, ⁊ herede pro tertia parte. Deinde.d. Presedia nupsit Angelo de Castro plebis cum omnibus suis iuribus. ⁊ sic in eum transtulit omnia bona materna ⁊ auita. Et illa predictus Angelus iam prope triẽnium, vt maritus dicte Presedie, ⁊ velut bona dotalia tenuit, ⁊ possedit pacifice, ⁊ quiete, ⁊ ad presens tenet, ⁊ possidet.

¶ Accidit, ꝙ quidam Franciscus maria Perusinus pretendens Philippum predictum sibi debere certam quantitatem grani occasione cuiusdam damni sibi iam dati (vt asserit) per dictum Philippum, ⁊ cum Philippus sit absens, vult ꝙ dña Presedia, ⁊ Angelus sibi de dicta quantitate grani satisfaciant, dicens ꝙ omnium bonorum dicte Presedie debet̃ Philippo patri vsufructus, de quo vsufructu intendit sibi satisfieri, ⁊ ita litem contra eos mouit.

¶ Queritur an sit audiendus.

## SVMMARIVM

¶ Pater tenetur dotare filiam.

¶ Pater ɔsentiendo bona aduentitia esse apud geneꝝ, credit̃ dotasse filiaz in eoꝝ vsufructu, si aliã dotẽ non dederit.

2 Fructus dotis debent esse apud maritũ pro oneribus matrimonij.
3 Consuetudini standum est.
4 Nemo plus iuris in alium transfert, q̃ ipse habeat.
5 Pater de iure filiam dotare tenetur.
Pater permittendo vsumfructum bonorum aduentitiorum esse apud filiam ꝛ generum, censetur pro explendo eius officio, talem vsumfructum tacite in dotem dare.
Tacitum operatur sicut expressum.
6 Actio personalis personam sequitur, etiam non fundum, nulla bonorum facta hypotheca.
7 Pignoris obligatio ẽ accessoria ad psonalẽ obligationẽ.
8 Debitor actione personali obligatus si sit ꝯdemnatus, executio sententie in eius bonis fieri potest.

## CONSILIVM XX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ꝛ iustitie. ¶ In presenti consultatione paucis agam, tum q: res caret omni difficultate, ꝛ veritas ipsa per se splendet verborum non indigẽs adminiculo, vt.l.j.C.si mino.ab her.se absti.cum etiã ꝛ maxime, q: sum hic Citonij excelse reip. Senẽsis cõmissarius absq; aliquo libro, ꝛ ideo loquar conclusiue, ꝛ sine allegationum copia. dico igitur, ꝛ concludo predictam Presediam, ꝛ Angelum eius maritũ ex causa predicta nullo modo molestari posse, ꝛ quidem ex duplici capite. ¶ Primo q: nõ videtur verum ꝙ ad presens, Philippus predictus debeat habere vsumfructum dictorũ bonorum, † q̃m licet alias bonorum aduentitiorꝫ filio quesitorum pater sit vsufructuarius, vt.l.j.ꝛ per totum tit.C.de bon.mater. ꝛ in.l. cum oportet.C.de bon.libe.ꝛ institu.per quas perso.nob. acqui.§.j.tñ in casu nostro ad presens nõ potest ita dici, q: cum bona, de quibus agimus, teneãtur per.d.Angelum, ex causa dotis, ꝛ velut dotalia, † debẽt illorum fructus esse apud euz pro oneribus matrimonij, prout est de natura dotis.l.dotis fructus.in prin.ff.de iu.do.ꝛ.l.pro oneribus.C. eo.cum simi.ꝛ tradunt doc.in.l.j.ff.solu.mat. ¶ Et si dicatur ꝙ non fuerunt expressim data pro dote, respondetur ꝙ hoc inter tales personas rusticales non est de ꝯsuetudine. sed ꝯsuetudo est ꝙ iste mulieres, que proprium aliquid habent, tradant se nuptui cum suis iuribus, ꝛ ita iura sua censentur data pro dotibus. † cui ꝯsuetudini stãduz est, vt.l.ij. .C.que sit lon.consue.ꝛ.l.de quibus.ff.de legi.cum similib. ¶ Sed dicet aliquis, (ꝛ in hoc videtur difficultas) esto qd̃ sint apud Angelum ex causa dotis, ꝛ ita voluerit Presedia in eum trãsferre, non videt̃ ꝙ sit trãslatus vsusfructus illorum bonoꝝ, qui erat Philippi patris, † cũ nemo plus iuris transferat, q̃ ipse habet.l.nemo plus iuris.ff.de reg. iur.ꝛ.l.traditio.ff.de acq.rer.do.cum simi. Sed ad hoc respondetur, † ꝛ ꝯsidero ꝙ Philippus pater de iure tenebatur dotare.d.Presediã filiam eius, vt.l.fi.C.de do.ꝓmis. vnde cũ pater matrimonio filie predicte ꝯsenserit, ꝛ passus fuerit bonoꝝ illorum vsumfructũ esse apud ipsum Angelum eius generꝝ, dicitur pro eius officio explendo hoc fecisse, vt talẽ vsumfructũ pro dote ꝯcedat. alioquin filia eius a patre nihil pro dote diceret̃ habere. ꝛ cũ hoc tacite videatur actum, tantũ debet operari, quantũ si fuisset expressum. l.cũ quid.ff.si cer.pet.ꝛ multo magis ita dõm esset si pater hoc expresse aliquo modo declarasset. si igitur (vt ex predictis pꝫ) vsusfructus.d.bonorũ nullo modo pertinet ad.d. Philippũ, sequit̃ ꝙ.d.Franciscus maria nullo modo dꝫ audiri. † Scd̃o ex alio hoc clare ostenditur, q̃m si quod ius Franciscus maria hꝫ contra Philippũ, illud in primis dꝫ in ius deducere, ꝛ facere ita, vt Philippus eius debitor declaret̃, cum ad illud Philippus personaliter teneat̃, iuxta.§.j.insti.de ac.ꝛ nõ sint ꝓ tali debito obligata eius bona, cũ de tali obligatione nulla reperiatur ꝯuentio, nec simus in casu, in quo tacite pignus ꝯbatur, iuxta ea que hñr .C.in quib.casib.pig.taci.ꝯba.per to.ꝛ postq̃ fuerit declaratus per viã iuris debitor in aliqua quantitate, dꝫ contra eũ agi, ꝛ non ꝯtra bona sua existẽtia apud tertiũ possessorẽ, cuz super illis nullũ ius reale sit quesitũ predicto Francisco marie. vnde cũ nondum sit declaratus debitor predictus Philippus in aliqua quãtitate, durꝫ ꝛ iniustum vr̃, ꝙ Franciscus maria procedat ꝯtra predictũ vsumfructũ veluti sibi obligatũ, † cuꝫ pignoris obligatio sit accessoria ad psonalẽ obligationẽ per iura vulgaria. ¶ † Bene fateor ꝙ postq̃.d.Philippus fuisset declaratus debitor, ꝛ condẽnatus, posset pro executione sñie ꝓcedi ꝯtra bona eius, iuxta.l.a diuo pio.§.j.ꝛ.ij.ꝛ per to.ff.de re iudi. Sed prius cõtra bona procedi non põt, ꝛ sic male procedit̃ ꝯtra predictũ vsumfructũ. Et hec ꝓcedunt ẽt ꝙ ad presens vsusfructus pertineret ad.d.Philippũ. ¶ Sed tñ cuꝫ ad eũ non pertineat, vt.s̃.dictũ est, presens disputatio non est necessaria. Igitur omnibus bene ꝯsideratis concludo predictum Franciscum mariã nullo modo audiendũ, per.s̃.deducta.

Marianus Socinus iunior, iurisconsul. Citonij.

## SVMMARIVM

¶ Donatio omniũ bonoꝝ presentiũ, ꝛ futuroꝝ regulr̃ non vꝫ, valet tñ vbi per eã non auferat̃ libera testamẽti factio.
¶ Donatio potest dici causa mortis, etiam ꝙ nõ sit dictuz, nec res sit tradita.
¶ Hereditas per pactum dari non potest, ꝛ quõ intelligat̃.

1 Donatio omnium bonorum presentium, ꝛ futurorum, non valet, nil reseruato. ꝛ.ĩ.nume.8.
Etiã si sit facta per hec verba, vbicunq; reperient̃, lꝫ non sit dictum, omnium bonorum presentium, ꝛ futurorum.
2 Donatio causa mortis an dicatur, q̃n in ea est appositum, ꝙ nullo modo reuocari possit.ꝛ.ĩ.nume.5.
3 Pactum de hereditate viuentis nõ valet. ꝛ vide.ĩ.nu.10.
4 Donatio vt dicatur causa mortis facta, sufficit ꝙ fiat sub mortis cogitatione, licet in ea nõ dicatur causa mortis.
Nec traditio in hoc casu est necessaria.
6 Que postea fiunt, prioribus derogant.
7 Donatio cã mortis non reuocata suum sortitur effectum.
9 Donatio omnium bonorum quare non valeat.
11 Argumentum a sufficiẽti partium numeratione procedit.
12 Donatio causa mortis quinq; testes requirit.
13 Donationem faciens cum duobus testibus, censetur facere donationem inter viuos.
Et quis non censetur eligere viam, per quam sua volũtas impugnetur.
14 Donatio inter viuos duos testes requirit.
15 Donatio in qua fit mentio mortis donatoris, an dicat̃ donatio causa mortis.
16 Donatio debet interpretari, vel causa mortis, vel inter viuos, vt valere potest.
17 Donatio que nõ potest stare vt donatio causa mortis propter aliquid ꝯtra eius naturã, dr̃ donatio inter viuos.

## CONSILIVM XXI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ꝛ iustitie. ¶ Presens casus modicam hꝫ dubitationem, ꝛ ob eam cãm breuibus rẽ absoluam, qd̃ eo maxime faciam, q: ad presens oĩbus libris careo degens in terra Citonij excelse reip. Senensis cõmissarius. Procedã ergo ꝯclusiue, ꝛ omni fere postposita allegatione. ¶ Et lꝫ parum ꝯsideranti videat̃ fortasse donationẽ factam de oĩbus bonis Andree, Mariani, Lini, ꝛ certis alijs psonis p Bernardinũ fratrẽ eius germanũ non valere, † eo q: vr̃ donatio omniũ bonoꝝ presentiũ, ꝛ futuroꝝ, nihil dẽpto, que de iure non subsistit, iuxta.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta.cũ materia.ff.de verb.ob. ¶ Et lꝫ non dicat̃ in donatione ista expresse oĩa bona presentia, ꝛ futura. tñ satis hoc vr̃ dictũ, cum dicat̃ vbicũq; reperientur, que verba sunt tp̃is futuri, ꝛ satis vr̃r impedire validitatẽ donationis, cũ s̃m talia verba videat̃ Bernardinus priuari libera testãdi facultate, cũ referant donationẽ ad tp̃s mortis donantis, quo tp̃e nihil ei remaneret, vt testari posset, ergo ꝛc. iuxta not.in.d.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta. ¶ † Et si dicatur ꝙ vr̃ donatio causa mortis, ꝛ nõ inter viuos,

ter viuos,cum dicatur facta post mortem. Respõdetur ꝙ immo non põt dici causa mortis,cũ in ea dicatur, ꝙ nullo modo valeat reuocari,vt tradit̃ in.l.vbi ita donat̃.ff.de do na.cã mor. ℭ 3 †Item ⁊ ex alio,q̃ recte ꝯsiderando per istã donationem vr̃ dispositum de hereditate viuẽtis Bernar dini,⁊ ea vr̃ data per pacta inter viuos,que iure non tole rãtur,vt.l.fi.C.de pac.⁊.l.lз inter priuatos.C.eo.ti. ℭ Re ctius tñ,⁊ diligentius aiaduertendum ꝯriam opin.de iure esse veriorem arbitror,vcз donationẽ predictam in quali bet sui parte valere,⁊ ꝯñr ꝙ hodie mortuo predicto Ber nardino non facta alia dispositione bonoꝝ suoꝝ detractis in vna manu flor.50.pro duobus filijs Martini,⁊ in alia manu floren.lxxx.pro filijs Antonij iuxta formã predicte donationis oĩa alia bona,quecunqз fuerint.d.Bernardi ni donatoris de iure pertinent ad predictũ Andream do natariũ. ℭ 4 †Et pro intelligentia,⁊ declaratione huius cõ clusionis aduertendũ est,ꝙ predicta donatio põt duplici modo interpretari.primo vt sit donatio cã mortis,⁊ lз non interuenerit traditio,nec ẽt fuerit expresse dictum ꝙ dona bat̃ causa mortis,prout sepe in.d.donatione ꝯtingere so let,tñ sufficit ꝙ fiat sub mortis cogitatione,vt.l.senatus.§. mortis cã.⁊.l.mortis cã capitur.ff.de don.cau.mor. ⁊ tra ditio non est necessaria,vt.l.ij.in fi.eo.ti.⁊ in eis tradũt cõ muniter doc. ℭ 5 †Nec hoc tenendo obstaret ꝙ in hac do natione dicat̃ tit.⁊ causa donationis inter viuos , nec ẽt ꝙ dicat̃ irreuocabiliter,ita vt nullo mõ valeat reuocari , que sunt ꝯria donationi cã mort.vt.l.vbi ita donat̃.ff.de dona. cau.mor.qm̃ responderi põt ad primum,ꝙ cũ fuerit facta post mortem donantis,⁊ sic cũ mortis cogitatione,⁊ cũ fa cultate reuocandi(vt modo dicã)que proprie ꝯueniunt do nationi cã mortis,⁊ non simplici donationi inter viuos, iu xta.§.j.iuncto.§.alie.instit.de donat.dici dз,⁊ denominari potius a natura,⁊ qualitate eius,q̃ꝫ a nomine expresso, ar gu.l.insulã.ff.de prescrip.ver.cũ simi. ℭ Ad scðm rñdetur ꝙ lз dicat̃ irreuocabiliter ⁊c. tñ paulo post,expresse sibi re seruat donator facultatem reuocandi,qñ voluerit, ⁊ aliter quolibet disponendi,vt pз in versic.cũ hac ꝯditione,⁊ pa cto ꝙ ipse Bernardinus reseruauit sibi arbitriũ,⁊ ptãtem posse disponere,⁊ voluntatẽ suã mutare,⁊ cuilibet sibi pla cuerit dare,⁊ donare tã in vita,q̃ꝫ in morte.Si ergo dona tor poterat qñcũqз,⁊ per quãcunqз dispositionem reuoca re donationẽ predictam,sequit̃ ꝙ non erat donatio irreuo cabilis. ℭ Et lз antea dictũ fuerit irreuocabilr̃,tñ postea 6 ab eo recessum est.†Ea.n.que postea fiunt,derogant prio ribus per iura vulgaria. ℭ Et ex his vr̃ ꝙ ista opi.de iure defendi possit,vcз ꝙ donatio, de qua agit̃, dẽat appellari 7 donatio cã mortis,⁊ ꝫз eius naturã debeat regulari. †quo posito seqtur ꝙ cũ.d.Bernardinus donator,nunq̃ꝫ illã re uocauerit,nec aliter aliquo mõ disposuerit,sed tacitus,⁊ in testatus decesserit.d.donatio dз sortiri plenissimũ robur, ⁊ effectũ,⁊ irreuocabiliter,iuxta.l.non vr̃.cum sua gl.ff.de don.cã mor. ℭ Nõ ob.que in ꝯriũ allegata fuerunt, q̃ nõ procedũt respectu donationis cã mortis.⁊ ratio est,q̃ per cã non tollitur libera facultas testãdi,ex quo ad arbitrium donatoris põt reuocari per.s̃.dicta.sed bene procedunt in donatione inter viuos facta de oĩbus bonis presentibus,⁊ futuris.q̃ ex quo si valeret,sumeret vires,⁊ effectũ irreuo cabilẽ ab initio donatori diceret̃ ablata libera testamẽti fa ctio,qð esset ꝯtra bonos mores,⁊ propterea iure statutum est,vt nõ valeat,iuxta not.ꝑ Bar.⁊ alios in.d.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta.ff.de ver.ob.⁊ ista puto de iure clarissi ma. ℭ Potest tñ ⁊ scðo modo.d.donatio interpretari, vt sit donatio inter viuos,collata post mortẽ, vt.s.tũc sortia tur effectum,sit tñ ab initio valida,⁊ irreuocabilis,ꝑut pri ma verba donationis exprimere vñr,quo posito vr̃ ꝙ alle gata.s̃.in ꝯriũ ꝯclusioni.s̃.facte obstent,vt mõ dixi. ℭ Ve runtñ eis non obstan.eam ꝯclusionem verissimã arbitror, 8 ẽt ꝙ donatio ista possit dici inter viuos.†nam qð dicit̃, ꝙ donatio oĩum bonoꝝ, presentiuз,⁊ futuroꝝ,de iure nõ va let,procedit nisi donator reseruauerit sibi aliqd,de quo pos sit testari.nã tunc propter reseruationẽ predictam ꝯseruat̃ valida donatio,cũ per eam non dicat̃ ablata libera testi fa ctio.ita declarat Bar.in.d.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta. (si recte memini)in ver.idẽ puto ⁊c.⁊ ibi cuз sequunt̃ cõiter doc.maxime do.Ias.qui per hanc decis.Bar.infert deter minationẽ ad plures casus,super qbus dicit se ꝯsuluisse,vt 9 per eum.†Sola ergo ratio ꝙ donatio oĩum bonoꝝ ⁊c. nõ valet,ea est q̃ ea data valida,donatori auferr̃ libera testa menti factio,vt est dictũ.vbi aũt talis ratio cessat, donatio (sicut ceteri ꝯctus)vз,⁊ seruari dз,vt in.d.§.alie.isti. de do na.facit reg.l.sicut ab initio.C.de ac.⁊ obl. valet.n.arg. in iure a cessante rõne.vt.l.adigere.§.q̃ꝫuis.ff.de iu.patr.⁊.c. cũ cessante.extra de appel.cũ simi.Sed sic est in casu nr̃o, ꝙ per hãc donationẽ non dr̃ sublata donatori libera testa mẽti factio,imo fuit expresse reseruata, ⁊ de oĩbus bonis, vt pз in ꝯctu donationis in.d.ver.cum hac tñ ꝯditione ⁊c. 10 ergo clare seqtur talem donationẽ valere. ℭ † Nec demũ ob.ꝙ dicebat̃ hereditatẽ non posse dari inter viuos,per.l. lз inter priuatos.C.de pac.qm̃ rñdetur illud procedere,qñ disponitur vt de hereditate,⁊ qs vult sibi facere successorẽ per ꝯctũ.Illud.n.fieri non põt, sed qñ fit dispositio oĩum bonoꝝ per viã donationis,aliud est,vt ibi per doc.q̃ si fa cultas testandi quoquo mõ dr̃ reseruata,dispositio,seu do natio de iure subsistit,per ꝑdicta.Cũ igit̃ in casu nr̃o dispo sitio sit facta per viã donationis, ⁊ facultas testandi ẽt de oĩbus bonis sit reseruata,Concludẽdũ est dispositionem, ⁊ donationẽ,de qua agit̃,omni iure valere,⁊ per ꝯñs bona oĩa.d.donatoris ptinere ad.d.Andreã exceptis florẽ.50. ⁊ ẽt.lxxx.vt.s̃.dixi,⁊ prout in donatione exprimit̃. ℭ Siue ergo velimus donationẽ istaз fuisse cã mortis,siue inter vi uos,cũ aliter īterpretari nõ põt,semp,⁊ quolз casu de iure 11 subsistit,vt ex predictis ꝯstat. ℭ † Arguendo igit̃ a suffi ciẽti partiũ enumeratione,iuxta tradita per Bar.⁊ alios, in.l.patre furioso.ff.de his q sunt sui,vel alie.iur. Conclu dendũ est hanc donationẽ omni iure valere,vt.s̃.dictũ est.

Marianus Socinus iunior iuriscon.Citonij.

## ADDITIO

ℭ Post redditum ꝯsil. in fauorẽ donationis fuit ostensum statutũ,quo cauetur in qualibet vltima voluntate reqri ad minus quatuor testes, ꝑꝑ qð satis clare ꝯstat, donationẽ, de qua agimus non potuisse valere,vt donationẽ cã mor tis,attẽto ꝙ in donatiõe ista solũ duo testes interuenerũt, prout nuꝑ demõstratũ fuit. ℭ Et vbi illud statutũ nõ esset, 12 ita ẽt de iure cõi idez dðm esset,†q̃ regulr̃ in donatione cã mortis reqruntur qnqз testes.vt.l.fi.⁊ ibi per oẽs doct.C. de dona. cã mor. ℭ Et ex his infert̃ ꝙ vera interpretatio predicte donationis est,vt dicat̃ donatio inter viuos colla ta post mortẽ,prout.s̃.in ꝯsil.dixi in scðo mõ interpretandi 13 dictã donationẽ. ℭ † Nã cũ donator tm̃ duos testes adhi buerit,credit̃ voluisse eaз donationẽ facere,in qua duo tm̃ testes sufficiãt,vt sic potius dicat̃ fecisse actũ validũ,q̃ꝫ in validũ,iuxta reg.l.quotiẽs.ff.ð reb.dub.cũ simi.⁊ ne alias dicat̃ elegisse viã ad impugnandã eius voluntatẽ,iuxta.l.si 14 miles,qui destinauerat.ff.de mili.testa.†Vñ cum in dona tione inter viuos,sicut in ceteris ꝯctibus sufficiant duo te stes.vt.l.vbi numerus.ff.de testi.⁊ in ꝑposito casu fuerunt tm̃ adhibiti duo testes,seqtur ꝙ de intentione Bernardi ni predicti fuit facere donationẽ inter viuos,⁊ non cã mor tis.ita eꝯ arguit Cor.in ꝯsi.cxxvj.incip.lз in hac.ij.col.v. tertio q̃ fuerũt adhibiti qnqз testes.j.volu. dicẽs in casu suo donationẽ quandã ideo dẽre interpretari cã mortis, ⁊ non inter viuos,q̃ donator adhibuit qnqз testes, prout in 15 donatione cã mortis reqritur,vt mõ dixi. ℭ † Nec ob. qð in pñti donatione fiat mẽtio mortis ipsius donatoris,dum dr̃, post mortẽ,ꝑꝑ qð vr̃ argui ꝙ dicat̃ donatio cã mortis, ⁊ nõ inter viuos,iuxta.l.seia.ꝑpe fi.cũ ibi no.ff.de do. ple. qm̃ in primis rñdetur ꝙ si verba attẽdimus, clariora sunt vba ꝙ sit donatio inter viuos, cũ expresse dicat̃,titulo ⁊ cã donatio.inter viuos ⁊c.vñ cũ circa hoc simus in re clara, ⁊ vbis expressis,nõ est opus ꝯiecturis, vt.l.ꝯtinuus.§.cuз ita.ff.de ver.ob.nec disputationi dз dari locus ꝑꝑ expressa verba,sed eis acqescendũ est,vt.l.ille, aut ille.§.cũ in ver bis.ff.de leg.iij.Illud aũt ꝙ dicat̃ donatio cã mortis,eo ꝙ de morte mẽtio fiat,procedit per ꝯiecturas,⁊ iuris presum ptiones,qbus(vt dictũ est)in re clara nõ est locus. ℭ Pre terea,⁊ scðo,rñdet̃ ꝙ arg. ꝑcedere posset,qñ donatio pos

set valere, vti facta inter viuos, & et vt mortis causa donatio. nã tunc fortasse, q2 sit facta mentio mortis, posset dici
16 donatio cã mortis. † sed qñ vt donatio cã mortis, non põt valere, sed tñ valere potest, vt donatio inter viuos, non est dubiũ, q eo modo dz interpretari, quo valere põt, vt. d. l. si quotiẽs. & c. si papa. de priuil. li. vj. Alioqn diceretur donans elegisse viã ad impugnãda sua iudicia 3. d. l. si miles. qui destinauerat. & §. dixi. & pro hoc in fortioribus termi-
17 nis, vñ. l. vbi ita donat. ff. de don. cã mor. † nam ibi nedũ facta erat mẽtio mortis, sed dictũ erat q mortis cã donabatur. & tñ q2 illa stare non põt propter pactũ, de quo ibi, dicitur donatio inter viuos. & repio q ita in terminis nostris arguit, & 2cludit Cor. in 2si. ccxxiij. incip. in hac 2sultatione. ij. col. j. vol. vbi plura ad ppositum 2gerit, que dñs iudicans videre poterit, & iõ aliter non referã. Concluditur ergo donationẽ, de qua agit, omnino esse interpretandã inter viuos, vt in 2sil. dictuz fuit. Et per 2ñs nihil obstare q in ea nõ interuenerint quatuor testes, qui a statuto in vltimis voluntatibus reqrunt per predicta, & predictã donationẽ inter viuos valere, & tenere, vt. §. in consil. dixi, & declaraui.

Marianus Socinus iunior, iurisconsult. Senis.

## SVMMARIVM

¶ Bona immobilia sine cause cognitione, & iudicis decreto alienari non possunt.
¶ Gesta per tutorem, ante 2fectũ inuentariũ sunt inualida.
¶ Tutor debet expresse promittere q suscipiet defensionez minorum, alias tutela non valet.

1 Veritas per se splẽdet, & verborũ adminiculo non indiget.
2 Alienatio predij minoris sine cause cognitione, & iudicis decreto non valet.
3 Tutor ante inuentarij confectionem nil gerere potest.
4 Tutor si non promittit expresse suscipere defensionem pupillorum, tutela est nulla.

## CONSILIVM XXII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Ista consultatio caret probabili dubitatione, & plene discussa, & declarata est p precedentẽ Consultorẽ, doctorem qdem excellentissimũ, & mihi vti fratrem boñ. & ob eam cãm non puto
1 insistendũ. † veritas. n. per se splendet, & verbo2 non indiget adminiculo, vt. l. j. C. si mino. ab her. se absti. & rei abunde demõstrate frustra qs addere demonstrationẽ tentat. l. j. in fi. ff. de do. prele. & vbi vellem multũ insistere, nequaq possem, cũ hic Citonij existens penitus libris careã, & publicis occupationibus 2tinue sim implicitus. ¶ Igit 2cludendo siue loquendo placet mihi 2clusio. §. firmata per clarissimũ Consultorẽ, vcz q alienatio molẽdini pro rata predicto2 mino2 facta per dñam Ludouicam eo2 matrem, vt tutricẽ, & curatricem ipso2 de iure non subsistit, & ab initio fuit ipso iure nulla, & 2ñr non impedit, quin per predictos minores vti dños molendini predicti pro eo2 rata possint dictã eo2 ratam vendicare per fundamẽta, & rõnes per pre-
2 dictũ Cõsultorẽ allegata. ¶ † Presertim q2 fuit talis alienatio facta sine cãe cognitione, & absq3 iudicis dcreto, que in alienatione prediorum minoru3 sunt necessaria, vt. l. ob ea. & l. si prediũ. C. de pred. min. & tradit auus meus, & dñs Mari. soci. in 2si. xxij. incip. sequẽdo ordinẽ. prope fi. cum
3 simi. §. per Consultorẽ allegatis. ¶ † Preterea vltra adducta per Cõsultorẽ probatur predicta 2clusio, q2 de iure est, q omnia gesta per tutorẽ ante 2fectum inuentariũ sint inualida, vt. l. legitimos. vbi tradit Bar. ff. de legi. tu. & plenius tradit idẽ Bar. (si recte memini) in. l. tutor, qui repertoriũ. iij. col. ff. d admi. tu. vbi per illũ tex. dicit q anteq tutor 2ficiat inuentariũ, nihil pro pupillis gerere potest, nec tutelã administrare. & cum Bar. transeunt cõmuniter docto. in locis predictis. Sed sic est in proposito casu q dña Ludouica, tutrix, & curatrix, nullum 2fecit inuentariũ bono2, que tunc erant ipsorum mino2 (vt mihi presupponitur) ergo seqtur q gesta per eam, & per 2sequens alienatio predicta dicit fuisse ipso iure nulla. & per hoc (si recte recolo) videtur tex. clarus in. l. fi. C. arbit. tu. & ibi dicunt docto.
4 ¶ † Confirmatur 2clusio. §. posita ex alio, q2 si recte acceptio tutele, & cure facta per dictam dñam Ludouicam inspiciatur, apparebit q non fuit iuridice facta ex eo saltem, qm dicta dña Ludouica non pmisit suscipere defensionem ipsorum mino2, iuxta. l. fi. §. defensionem. C. de admini. tuto. Reqritur enim q hoc per tutorem expresse promittatur, vt tradit Bar. in. l. legitimos. ppe fin. (ni fallor) ff. de legi. tuto. vbi dicit q propter talem defectũ fecit annullari multas tutelas. & ibi eũ sequuntur alij docto. Si igitur illa non dicit legitime tutelam assumpsisse, seqtur q omnia gesta per eã, velut tutricem, de iure non subsistant, & sic q alienatio, de qua agitur, pro rata dicto2 minorum diciturfuisse nullius momenti, vt. §. conclusum fuit. Laus Deo.

Soci. nepos Citonij. 1524.

## CASVS

¶ In facto narratur, q quidam Laurentius cum iam emerit a Constãtino de clanciano vnum prediũ expost, & ex interuallo promisit eidem Constãtino illud predium reuendere intra certũ tp̃s, & pro certo precio inter eos conuẽto, & intra illud tẽpus ad omnem petitionem dicti Constãtini, sub pena floreno2 centum, quotiens ipse Laurentius p missis per ipsum 2trafaceret, & in promissione adest clausula illa, qua pena soluta &c. & fuit dicta promissio iuramento firmata, vt ex instrumenti inspectione apparet. Cuius copia transmittitur.
¶ Fuit Laurẽtius intra tempus constitutum interpellatus, & fuit in mora, & sic dicitur suis promissionibus contrafecisse, & per consequẽs incidisse in dictam penam floren. cẽtũ.
¶ Demum dictus Laurentius reuẽdidit dictum predium, nulla facta mentione pene, in quam ipse iam inciderat, & instrumẽti huius reuenditionis copia transmittitur, tã originalis, q etiam sumpti postea, & publicati per notarium, qui de ea reuenditione fuerat rogatus.
¶ Queritur modo, & dubitat, vtrum mediante predicta reuenditione, & clausulis in ea positis Constantinus predictus dicatur predicto Laurentio remisisse. d. penam cẽtuz floreno2um, vel alias in ea sibi aliquo modo preiudicasse, ita vt eam petere non possit.

## SVMMARIVM

¶ Recipiens sortem, vel principale debitum an, & quãdo dicatur penam remittere.
¶ Iniquũ vñ, q quis rem, & penam 2sequat, & qñ pcedat.
Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. ¶ Et si presens consultatio modicam videatur habere dubitationem (vt ex .i. dicendis apparebit) tñ aliquibus fortasse videri poterit prima fronte predictos hẽdes domini Ambrosij non teneri ad predictas marchas .xvij. auri, nec ad aliquid aliud. † Nam quando procurator alicuius procuratorio nomine accipit pecuniam mutuo pro suo principali ipse dominus principalis obligatur & non procurator contra quẽ nulla cõpetit actio, vt .l. si pupilli .§. j. ff. de neg. gest. & ibi declarat Bar. Sed dominus Ambrosius predictus Ambasciator christianissimi Regis videtur vti pcurator & procuratorio nomine .d. Regis accepisse Marchas auri predictas ad cãbium vt videtur probari ex litteris cãbij, de quibus in puncto dum dicit̃ tolti p il christianissimo Re, &c. & dum in subscriptione dicit̃, Ambrosio de Fiorẽza Ambasciator del christianissimo &c. Nam ex his verbis argui videtur, ꝙ ipse erat procurator predicti Regis & ꝙ tanꝙ procurator, seu procuratorio nomine eiusdẽ cõtraxit, merito videtur posse concludi, quod non ipse, sed solum predictus Rex ex tali mutuo fuerit obligatus. Et vbi velimus ipsum Ambasciatorẽ cõsiderare non vt procuratorem, sed vt nuncium, prout ei magis videt̃ eius officium conuenire † si quidem nuncius est qui vicem gerit epistole, estq; velut pica, organum, & vox domini mittentis ipsum vt declarat Specu. in titu. de procura. §. vt autẽ, ꝗ ver. & no. quod proprie videtur considerari in Ambasciatore, intelligo tñ ꝙ nuncius nõ sit procurator stricte & proprie, nam large omnis nuncius dicitur procurator cum mandatuz habeat non autem per contrarium, vt no. in gl. penulti. in .l. multum interest .C. si quis alteri vel sibi. tradit speculator in .d. ver. & not. & declarat Pau. de ca. in .d. l. si pupilli .§. primo in secunda columna. de nego. gest. & adhuc videtur ꝙ predictus dominus Ambrosius ex tali mutuo, seu receptione ad cãbiuz nullo modo obligatus fuerit & similiter ẽt nec ex fideiussione facta per .d. Thomam soderinum. † Quoniam qui contrahũt cum nuncio, nõ ipsum sed dominum obligant, Sicut etiam non ipsi nuncio, sed Domino obligãtur, vt voluit glo. fi. post prin. in .d. §. j. vbi eã in hoc sequuntur Bar. Pau. de ca. & alij & videtur hoc probari in .l. si ex contractu iuncta glo. C. quod cũ eo. & in .l. fi. ff. quod iussu cum alijs alle. p gl. in .d. §. j. ¶ Nec videtur obstare predictis ꝙ dominus Ambrosius nõ habuerit speciale mandatum ad accipiendam pecuniam mutuo. Quoniam satis videtur esse ꝙ habuerit generale mandatum a christianissimo Rege permanendi, & negotiãdi p ipso in ciuitate VENETIARVM. † Nam ex eo infertur ꝙ virtualiter dicit̃ habuisse mandatũ ad omnia, ꝗ erant illi necessaria pro eius mãdato expresso exequendo arg. l. ad legatum, & .l. ad rem mobilem .ff. de procurat. & .l. ij. cum mã. ff. de iuris. om. iudi. Unde cum illi Ambasciatori fuerit necessariũ, vt ibi permanere posset & p christianissimo Rege negociari, accipere pecuniam mutuo sub fenore vel ad cambium, & illud fecerit perinde est ac si ad illud habuerit speciale mãdatũ, qr virtualiter dicitur tacite illud habuisse, ita singulariter declarat Pau. de ca. in .d. §. j. ij. col. versi. & aduerte qr glo. &c. dicens, ꝙ ẽt in tali casu potest ille tex. intelligi, & concludens, ꝙ etiam in tali casu solus dominus & non procurator vel nuncius tenebit, fecit ipse quod rex ipse facturus fuisset vt dixit Alb. de rosa. in .d. §. prio. volens & ipse hunc casum equiparari casui, in quo interuenisset expressum, & speciale mandatuz. ¶ Et si nec vt procuratorẽ nec vt nunciũ circa pecuniam receptam volumus considerare .d. dominum Ambrosiuz considerabimus eũ vt negociorꝫ gestor. ¶ Quo posito adhuc idez vr̃ dõm vt. s. ipse aut eius heredes, non teneãtur, per tex. in .d. §. j. cum his que ibi dicunt doc. quando considerãt casuz qñ quis nulluz habebat mãdatuz vt ibi p bar. Alberi. Pau. de cast. Jas. & alios ¶ Hec sunt que in fauorem heredum predicti domini Ambrosij cõsiderari possunt ex quibus prima fronte parum considerantibus videbitur fortasse eos in aliquo non teneri. ¶ His tamen non obstãtibus que vere casuz ppositũ non attingunt arbitror de iure verius ac ẽt summe eqtati consentaneũ, ꝙ hẽdes predicti dñi Ambrosij oĩno teneant̃ predicto Thome soderino, vel eius heredibus ad marchas .xvij. auri de qbus agitur, & ẽt ad alia omnia p indẽnitate ipsius Thome, & eius hẽdũ, & qr ꝙ de ipso domino Ambrosio, & de ipso Thoma si viuerent dicendum esset, idem de eorum heredibus hodie illis defunctis dicendum est, † cum in eos oĩs actio actiua, & passiua pro hẽditaria portione translata sit iuxta .l. i. C. si cer. pe. cũ simili. hẽs. n. & defunctus eadem psona reputãtur, vt in auc. de iureiurã. a moriẽ. presti. in pricip. colũ. v. solum de ipsis principalibus loquar. ¶ Dico ergo & ɔcludo predictũ dñm Ambrosiũ stãtibus his que in puncto narrant̃ omnino & absq; dubitatiõe obligatum esse predicto thome, vt .s. & hoc ex pluribus, & maxiẽ .i. scriptis. Et ɔsiderãdũ est pro demonstratiõe veritatis ꝙ duplex fuit celebratus ɔctus cũ dño Ambrosio. ¶ Primus fuit ɔctus mutui, seu dationis ad cãbiũ quẽ cũ eo iniuit ille mercator dñs Ludo. de affaitatis. ¶ Scd̃s fuit ɔctus mandati quẽ (passiue recipiẽs mandatũ) cuz eo iniuit predictus Thomas soderinus. † Nam cum ipse pro dño ambrosio subscripserit lr̃as cãbij, & p eo se obligauerit, & ad eius instantiã & ɔñter dicatur pro eo fideiusisse dr̃ cũ eo ɔtraxisse mandatũ vt sic pro suo interesse actionem mãdati habeat aduersus .d. dñm Ambrosiũ iuxta .l. qui fidẽ & .l. q patitur .ff. man. & .l. si fideiussor .C. eo. & in qualibet eaꝝ doct. dicunt, & illa iura faciunt in fortioribus terminis. Nã si illud pcedit qñ fideiubeo p te tm̃ presente & paciente. vt .d. iuribus fortius in casu nostro vbi Thomas predictus subscripsit, & se obligauit & ita fideiussit requisitus a domino Ambrosio, vt in puncto narrat̃. ¶ Istis sic positis dico, ꝙ dominus Ambrosius triplici via seu fundamento, & qdem quolibet per se principaliter considerato potest cogi ad soluendas predictas Marchas .xvij. auri pdicto thome soderino. ¶ Et prio rõne cessionis ipsi Thome facte per dñm Ludoui. de affaitatis principalẽ creditorẽ de oĩbus iuribus & actiõibus sibi cõpetẽtibus ɔ. d. dñz ambrosium. † Nã .d. thomas cessionarius dicit̃ pcurator cedẽtis & in rẽ suaz, vt declarat specu. in titu. de cessio. act. §. ij. ver. & no. ꝙ supra in forma &c. tradit An. in consi. lxxxix. cessionarius in prin. dixit Bal. in .l. q stipendia .C. de procura. & voluit idem Bal. in .l. i. C. de actio. & obliga. iij. & iiij. co. & dici solet ꝙ cessionarius efficit̃ creditor debitoris ɔ quẽ fit cessio, vt voluit Jaco. bu. in .l. i. ff. si cer. peta. quem refert & sequitur ibi Alex. & ƺ Deci. ibi in fi. prie lec. ita tƺ cõis opi. & ita clare firmat Ro. in consi. cxlij. qd̃ cessionarius &c. vbi hoc pbat bõis rõnibus potest ergo .d. thomas, vt cessionarius & pcurator in rem suã, & ẽt vt creditor omne ius pponere ɔ dñz Ambrosiũ, quod ipsi principali creditori competebat. ¶ Et hoc dico, siue cessio iam facta fuerit tẽpore quo .d. thomas fuit coactus soluere, siue ẽt ex post facto, & ẽt qñcũq; in futuꝝ fieret si nõdũ facta esset † naz cũ ad .d. Marcas .xvij. essent duo obligati, vƺ dñs Ambrosius principaliter, & dñs thomas accessoriẽ, dñs thomas soluẽdo presumit̃ soluere pro sua obligatione .l. si stichũ .§. si mãdato .ff. de solu. & iõ seqt̃ ꝙ ex quo vere actio aduersus principalem nõ est sublata põt fieri cessio ẽt ex post facto, vt declarat Bar. & oẽs sequnt̃ in .l. Modestinus .ij. col. ver. ij. casu &c. ff. de solu. & ita p hanc primã viã erit plene ɔsultum dño thome aduersus dñm Ambrosiuz ¶ Et si dicat̃ ꝙ hec procederet qñ dñs Ambrosius fuisset principali creditori obligatus, qd̃ vr̃ falsum p ea q. s. in contrarium deducta fuerunt. Videt̃ ꝙ imo ille dominus Ambrosius absq; dubio erat obligatus domino Ludo. principali creditori cui contra ipsum actio cõpetebat. ve. competit quam cedere potuit vel posset, si nondum cessit. Nam lƺ dominus Ambrosius fecisset mẽtionez christianissimi Regis & se, p eo pecuniã dixerit accepisse tñ qcqd ẽ ipso Rege sit dõz an. s. ex tali receptiõe pecunie ad cãbiũ sit obligatus dõm oĩo ẽ ꝙ ipse dñs ambrosius remãserit ex tali ɔctu oblr̃atus duplici rõne. Pria ẽ, qr i le spãlr, & nominatiƺ se oblr̃auit dũ dixit ponete a ɔto mio ꝗ vba sonãt hoc vcƺ & ð tali pecunia faciatis seu scribatis me debitorẽ

vt est notissimum. Sic ergo patet q̃ ille voluit fieri debitor
9 ⁊ ita se obligare † quo stante regula allegata in contrariũ
de qua in.d.l.si pupilli.§.j.de nego.gest. limitatur. Nam
regula procedit, quãdo ille qui pro alio accipit se nõ obli
gauerit. Ita declarant ibi Bar. Albe. Bal. Pau.de ca.
⁊ alij,⁊ tradit Bal.in.l.si quis seruo.ij.col.C.quod cũ eo.
¶ Secunda ratio est, q: predictus dominus Ludo. ha-
buit animum obligãdi ipsum dominum Ambrosiũ reci-
pientem, ⁊ eius contemplatione pecuniam numerauit.
Esto q̃ ẽt id fecisset contemplatione cristianissimi Regis
de quo an sit verum, non curo disserere. ¶ Hoc autẽ pro
batur primo ex eo, q: dominus Ludouicus nõ plene con
fidens de ipso domino Ambrosio voluit q̃ alius subscri-
beret litteras cambij,⁊ ita pro domino Ambrosio fideiu-
beret. Nam si creditor non dedisset pecuniam contempla
tione domini Ambrosij recipientis,⁊ eum noluisset obli-
gare, non conueniebat de eo confidere, vel non confidere,
vt de de se patet. Confidentia.n. vel difidentia in propo-
sito nostro sunt accidentia ad debitorem, ⁊ creditorẽ,⁊ si-
10 ne eis esse non possunt † sicut nec qualitas sine subiecto.l.
eius qui in prouincia,⁊ ibi tradunt doc.ff.si cer.peta.dixit
Bal.in.l.certũ.e. tit.⁊ tradit Deci.in.ꝯsi.ccxxij.viso pun
cto.ij.col. ¶ Hoc idem secundo apparet ex eo, q: domi-
nus Thomas in effectu fideiussit pro domino Ambrosio,
⁊ consequenter presupponit illum obligatum, cuius obli-
gationi principali tanq̃ accessorium quoddam accesse-
rit obligatio.d. Thome fideiussoris.l.j.⁊ ibi docto.ff.de
fideiuſ.⁊ insti.eo.in prin.in.§.j.⁊ clarius in.§.fideiussores.
Nam vt ibi dicit obligatio fideiussoris accessio est obliga
11 tionis principalis † ⁊ ideo sequit, q̃ sine principali obliga
tione dari non potest fideiussio, cum accessorium non detur
sine principali, vt ibi.⁊.l.ij.ff.de pecul.lega.cũ similibus.
¶ Preterea, ⁊ tertio q̃ dominus Ludouicus habuerit
animum obligandi.d.dominũ Ambrosiũ, probat presum
12 ptione legali. ¶ † Nam ẽt si nulle extant coniecture lex in
dubio presumit contrahentem cum procura. alicuius pro
curatorio nomine habuisse animum obligandi vtrũq; do
minum.s.⁊ procuratorem, vt declarat signanter Albe.
de rosa.in.d.l.si pupilli.§.j.ff.de neg.gest.in fi. vbi ẽt idẽ di
cit Pau.de cast.col.fi.in v̄.in dubio ceteris paribus ⁊c.
qui etiam dicit q̃ forte quis dicit contrahere contempla-
tione procuratoris tantum cum quo contraxit. ¶ Sed si-
ue hoc, siue aliud qd̃ contemplatione vtriusq; contraxerit
teneamus in casu isto, res de plano procedit, q̃ dominus
Ambrosius qui pecuniam suscepit, fuerit obligatus, cum
eius contemplatione,⁊ animo eum obligandi presumatur
13 dominus Ludoui.contraxisse. ¶ † Nec obst.d.§.j. ⁊ que
ibi dicunt Bar.⁊ alij, q: ille tex.clare loq̃, q̃n contractus
fuit celebratus cõtemplatione domini ⁊ nõ procura. Nec
procurator aliquo modo se obligauit,⁊ in his terminis ꝓ
cedit conclusio Barto.⁊ aliorum in contrarium allega.
¶ At in casu nostro mutuum fuit datum contemplatiõe
recipientis domini Ambrosi,⁊ ipse etiam se obligauit, vt
ex predictis constat, quorum duorum alterum solum ꝑ se
sufficeret, vt concludunt doc.oẽs in.d.§.j. ¶ Et ex his ostẽ
ditur nõ esse necessarium ingredi illam disputationẽ, vtrũ
s. allegata in contrarium procedant solum quando datum
erat speciale mandatum, in qua Bar.⁊ pleriq; alij tenue
runt q̃ sic, vt per Bar.ibi.ij.col.in versi.predicta vera ⁊c.
licet alij pleriq; ꝯriũ dixerunt, vt supra in ꝯrium allegaba
tur. Nam quicquid in eo articulo sit dicendũ de quo ad
presens non disputabo dico, quod ex altero ex duobus
fundamentis predictis, ⁊ ex quolibet sequitur veris-
sima ista conclusio, q̃ dominus Ambrosius ex recep-
tione dictarum Marcharum.xvij.auri ad cambium fuit
obligatus predicto domino Ludouico, quo stãte sequit
q̃ dominus Thomas soderinus, vigore cessionis eidem
facte per predictum dominum Ludouicum potest iure
optimo a gere contra predictum dominum Ambrosium.
14 ¶ † Secundo principaliter (vbi predicta cessio facta non
probaretur) per aliã viã potest dominus Ambrosius agi
ad soluẽdas.d. Marchas.xvij.auri dño Thome predicto
vz ratione promissionis, ⁊ fideiussionis ab eo facte ad in
stantiam ⁊ reqſitionẽ.d.dñi Ambrosij ⁊ solutionis iñ se-
quute ex illa.n.orit actio mãdati aduersus eũ pro oi iteres

se dicti domini Thome fideiussoris vt.l. fideiussorem.C.de
15 fideiuſ.⁊.l.qui fidẽ.ff.eod.cum simili.⁊.s̃.dictum fuit. † nã
licet nõ sit factũ speciale mandatum ipsi domino Thome
q̃ solueret, tamẽ cum dicatur factum q̃ promittat ⁊ fide-
iubeat dicit etiam virtualiter ⁊.l.interpretatione factũ, q̃
soluat, cum illud sit quedam consequentia fideiussionis, de
hoc est tex. ⁊ ibi Bar.⁊ alij dicũt in.l.indebitam.ff.de cõ
di.inde.⁊ vigore huius mãdati, quicquid dominus Tho-
mas soluerit recipere potest actiõe mãdati a domino Am
brosio, pro quo soluit, vt.l.titius in fi.⁊ ibi no.ff.de procu.
voluit gl.in.l.ij.⁊ ibi doc.ff.de neg. gest. tradit speculator
in titu.de procura.in prin.ver.sed nunquid defensor vbi al
legat inter alia.d.l.titius.⁊ idem Specula.in titu.de iudi.
deleg.§.superest videre prope finẽ,⁊ est tex.clarus,⁊ ibi di
16 cunt Ang.⁊ alij in.l.ij.C.mand.⁊ in.c.ij.de fideiuſ.† vbi ẽt
clare probatur q̃ fideiussor debet totaliter conseruari in-
demnis per principalem debitorem,⁊ tradit Lauren. cal-
ca.in consi.xxxiiij.q: propter mortem.j.col.⁊ q: hec in iu-
re sunt clarissima non insistam super eis. ¶ Solum autem
stat dificultas in allegatis supra in contrarium ex q̃bus vr̃
q̃ dominus Thomas repetere, quod soluit, debeat, nõ a
domino Ambrosio sed a cristianissimo Rege pro quo do
minus Ambrosius, vt eius orator dr̃ se suscepisse.d.mar-
chas.xvij.auri,⁊ sic ẽt vr̃ q̃ dominus Thomas solũ pro
christianissimo Rege fideiusserit, eũq; habeat obligatũ ⁊
ab eo repetere possit. ¶ Ueruntamen ad hec,⁊ alia in con
trariũ allegata de facili respondet ⁊ dico q̃ (quicquid de
rege christianissimo sit dicendũ, vtrum.s.ipse teneat domi
no Thome vel non) dominus Ambrosius omnino actio
ne mandati (vt supra dictum est) tenetur predicto domi-
no Thome eius fideiussori in omne illud qd̃ pro eo solue-
rit,⁊ hoc per illas duas rationes de quibus in primo prin
cipali fundamento dictum fuit. ¶ Prima.s. q̃ dominus
Ambrosius ad.d. Marchas auri se obligauit, vt supra
fuit ostensum,⁊ quemadmodum obligauit se principaliter
ad eas restituendas principali creditori, vt ei qui pro eo.d.
marchas erat soluturus iuxta tenorẽ lr̃a⁊ cãbij, ita ẽt dici
tur virtualiter se obligasse fideiussori velut accessorio, si qd
pro eo soluerit vigore mandati quod eidem de soluendo
dicit in effectu fecisse per predicta. ¶ Secunda ratio est q:
dominus Thomas predictus dicitur fideiussisse,⁊ ita mã
datum de soluendo virtualiter recepisse,⁊ postea re ipsa
soluisse contemplatione,⁊ intuitu domini Ambrosij q̃ eũ
velut amicũ de tali fideiussiõe reqſiuit, vt in pũcto dicitur.
17 ¶ † Ex qualitate.n. personarum perpendit cuius contem
platione fiat ⁊ amicitia arguit cõtẽplatione amici contra-
ctum celebratum,⁊ obligationem susceptam ſm Pau.de
cast.in.d.l.si pupilli.§.j.col.fi.ver.sed quid in dubio de ne
go. gest.qui allegat tex.vbi hoc bene probatur in.§.ſʒ si
18 ego ibi quod si amicitia ⁊c.e.l. ¶ † Et subdit Pau.de ca
stro. q̃ in dubio ceteris paribus qui cum procuratore con
traxit dicit id fecisse vel contẽplatione vtriusq;.s. domini
⁊ procura. (prout ẽt ibi dicit Albe.de rosa.) vel contem-
platione procuratoris solũ cũ quo psonaliter celebratur
contractus. ¶ Quancunq; autem partem predicte disiun
ctiue teneas, verũ est in proposito q̃ dominus Thomas
fideiubendo ⁊ se obligando dicit recepisse mandatũ a do-
mino Ambrosio,⁊ ita cum eo contraxisse ipsius contẽpla
tione vt sic dicamus animum domini Thome fuisse obligã
di dominum Ambrosiũ ⁊ hoc posito sequit q̃ aduersus
eum dicit hẽre actionem ad.d. Marchas.xvij. auri ⁊ ꝓ
eius indẽnitate ar.l.cumqui.C.si cer.peta.⁊ tradunt doc.
19 in.d.§.j. ¶ † Et pro istis allego optimum tex.in.l.si procu
ratorem.§.si tutores.ff.man.vbi si tutor mandat emi fũuʒ
pro pupillo ⁊ sic id faciat tutorio nomine oritur ex tali mã
dato actio respiciens psonã tutoris actiue ⁊ passiue, ille.n.
tutor obligat ⁊ obligatur ⁊ ita habet actionem mandati
directã ⁊ tenetur cõtraria,⁊ ita illũ tex. dclarat Are.sic cõ
cludendo in consilio.xxiiij.diligenter.iij.colum. Sic ergo
in casu isto concludẽdũ est q̃ lʒ dominus Ambrosius dica
tur pro rege recepisse pecuniam, ⁊ nomine administrato-
rio videat mãdasse dño Thome, q̃ promitteret,⁊ sic etiã
q̃ solueret tamen ipse ex tali mãdato obligatur ⁊ contraria
actione mandati cõueniri potest pro indẽnitate dñi Tho-
20 me ſm qd̃ supra dictum fuit. ¶ † Ad allegata autem in cõ
trarium

trarium respondetur ꝙ procedunt, nisi ille, qui alterius nomine ꝯͬxit se obligauerit, vel etiam nisi ille, qui secum ꝯͬxit, ꝯtraxerit ꝯtemplatione ipsius, vt per Bar. Alb. ⁊ Pau. de cast. ⁊ alios in. d. §. i. ⁊ supra etiam dictum fuit, ⁊ alterū istoꝝ sufficeret de per se, vt per doc. ibi. Vñ cū in casu isto, vtrūqꝫ ꝯcurrat res sine dubio ꝓcedit, ⁊ de plano ꝯcludendum est, dñm Ambrosium teneri, vt supra. 21 † Due etenim rationes sunt, vna fortiores. auc. itaqꝫ. vbi Bart. ⁊ alij. C. cōmu. de succes. ¶ Tertio principaliter ex alio (vltra iam dicta) predictus dominus Ambrosius dicit̃ obligatus domino Thome restituere dictas marchas. xvij. auri, ⁊ ipsuꝫ oino indemneꝫ ꝯseruare. nam (vt mihi narratur) ex stilo, ⁊ ꝯsuetudine mercatoꝝ clarissimum est, ⁊ indubitatuꝫ, ꝙ dominus Ambrosius tenetur, vt. s̃. Sic enim omnes mercatores asserunt vbiqꝫ obseruari quando similis casus contingit. 22 ¶ † Quo stante dico, ꝙ cum casus iste sit casus mercantilis debet in eo attendi, ⁊ seruari stilus mercatoꝝ ⁊ cōsuetudo, quicqd alias esset sm iuris subtilitatem, sicut ēt de statutis mercatoꝝ dicitur per glo. ⁊ doc. maxime Bal. ⁊ Saly. in. l. ij. C. de cōsti. pecu. ⁊ per Bal. in sua Margarita. in verbo statutum. mihi in. iiij. col. 23 ¶ † Nam valet argumen. de statutis ad ꝯsuetudinem, cum sint paris potentie. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non scripto. insti. de iure natu. gent. ⁊ ciui. ⁊ vtrobiqꝫ tradunt doct. ⁊ plene etiam traditur in. l. ij. C. que sit longa ꝯsuetudo. Sicut ergo mercatorum statuta in causis istis mercantilibus seruari debent. ita etiam seruari debet eoꝝ ꝯsuetudo, ⁊ stilus. Et consuetudo ista dicit̃ fundari in iure cōmuni, qꝛ. s. sic fideiubens pro vno, vel aliter ꝯtrahens cum aliquo nomine alterius ꝯtrahente credit̃ in dubio illud fecisse ꝯtemplatione eius, cum quo ꝯͬhit, vel pro quo fideiussit, vt est in casu nostro, sm quod supra dictum fuit. 24 † Et nimirum, si ꝯsuetudo ista seruanda est, qꝛ id, quod venit ex ꝯsuetudine dicitur tacite actum inter partes. l. qđ si nolit. §. quia assidua. ff. de edili. edic. ⁊ sic dicit̃ (vt ita dixerim) tacitum pactum, vt recte intuenti ꝓbatur in. d. l. de qbus. in fi. ⁊ in. l. sed ea. ff. de legi. Et voluit Joan. andre. in. c. sacrosancta. in princ. de elect. dum dicit pactum, ⁊ ꝯsuetudinem equiparari. Et certe si in casu isto fuisset pactum factum, ꝙ dominus Ambrosius teneretur nulli dubium esset eum teneri. ita ergo est dicendum ꝓpter ꝯsuetudinem predictam arguendo de pacto ad ꝯsuetudinem, iuxta nota. per glo. in verbo, officiali, in. c. ij. de consuetu. lib. vj. cum simi. ¶ Et hoc eo maxime dicendum videt̃ qꝛ summa equitas est, ⁊ naturali ratione ꝯueniens ꝙ dñs Thomas qui requisitus a domino Ambrosio, ⁊ ad eius instantiam promisit, ⁊ soluere postea coactus fuit, ab eodem repetere possit, ⁊ non habeat necesse peregrinari in Galliam, ⁊ a christianissimo Rege petere. Deus enim scit quando sibi esset per eam viam satisfactū, ⁊ forsitan Rex ipse non ratificaret, ꝓpter quod forte in eū nulla actio cōpeteret, vt videtur probare in simili. l. si cum venderet. §. diuisione. ff. de euictio. Bono ergo ⁊ equo conuenit dominum Ambrosium esse obligatuꝫ domino Thome predicto. 25 ¶ † Quo stante sequitur quod talis equitas in ista causa mercantili debet omnino attendi, quia in causis similibus ꝓceditur ex bono, ⁊ equo, vt inquit Bartol. in. l. si fideiussor. §. quedam. ⁊. l. quintus. ff. manda. Bald. in. l. si pro ea. iij. colum. C. eo. in consil. cccc. In libris. colū. penul. ⁊ in consil. cccclxvj. Ad intelligentiam. ij. colum. qnto volu. Et nō attendunt̃ ea que sunt de apicibus iuris, vt in locis predictis tradit̃, ⁊ dicaꝫ de apicibus iuris esse hoc ꝙ dominus Ambrosius non teneatur, qꝛ pecuniam recepit pro Rege, ⁊ nō fuit expresse dictum, ꝙ ipse obligaret̃, satis ergo est sm bonā equitatē istis reiectis, ꝙ dñs Thomas ꝓmiserit, ⁊ soluerit pro ipso dño Ambrosio, ⁊ eius ꝯtemplatione, vt ex predictis ꝯstat. ¶ Hec que de tertio isto principali fundamento dixi, vcꝫ, de ꝯsuetudine mercatoꝝ, ⁊ de bona equitate in causis eoꝝ seruāda sint dicta ex abundāti. Procederent. n. ēt si forte ex aliqua iuris subtilitate dñs Ambrosius posset defendi. ¶ Verū necessaria in ꝓposito non sunt, qm̃ veritas est, ꝙ dñs Ambrosius ex omni iuris, ⁊ rigoris dispositione, ⁊ subtilitate dr̃ obligatus dño Thome ꝓut supra in primo, ⁊ scđo fundamento abunde demōstratū fuit. Sic ergo stat firma ꝯclusio ipsum dñm Ambrosium teneri vt supra, nedum mercantiliter loquendo, sed etiam sm rigorem, ⁊ dispositioneꝫ iuris cōis. ¶ Et qđ de dño Ambrosio, ⁊ dño Thoma principalibus dictum est. hodie eis defunctis dđm est de eoꝝ heredibus. ¶ Nec est opus in allegatis in ꝯtrariuꝫ vlterius insistere. Qm̃ ex predictis sunt clarissime sublata. naꝫ siue dicamus dñm Ambrosium oratorem christianissimi Regis, ꝓcuratorem, siue nuncium, siue negocioꝝ gestorem eius fuisse in illa pecunia accipienda, semꝑ ⁊ quolibet casu tenebit̃, cum ipse se obligauerit, ⁊ etiam, qꝛ eius ꝯtemplatione cū eo fuerit ꝯtractum, vt ex predictis constat, ⁊ ꝓut est magistralis ⁊ cōis doctrina Bar. ⁊ alioꝝ in. d. §. i. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens. 1532.

## CASVS

¶ Spectabilis dñs Jacobus de Malchiauellis nobilis Ferrariensis in suo testamēto inter cetera reliquit dñe Lucie eius vxori pro dotibus ab ea per ipsuꝫ testatorē iam receptis, ⁊ pro augmento dotis q̃daꝫ predia longe maioris estimationis q̃ꝫ esset quantitas debita, que predia per eam teneri voluit donec vixerit, ⁊ ea mortua voluit, ꝙ heredes eius teneant̃ illa restituere Magnifico dño Thome filio, ⁊ hr̃di ipsius testatoris, vel ipsius dñi Thome ltimis descēdentibus, ⁊ hr̃dibus soluentibus eisdem hr̃dibus dñe Lucie sūmam, quā eideꝫ debebat, vcꝫ, libras qnqꝫ millia marche. ⁊ hoc in amplissima forma, vt ex ipso testō apparet in quo testō in alio caplō ꝓhibuit predictū Thomā filium, ⁊ hr̃dem oia ⁊ singula bona, ⁊ iura sibi relicta alienare in forma amplissima. Et hoc qꝛ voluit, ꝙ iure fideicōmissi post dictū dñm Thomā deuenirēt ad eius ltimos descēdentes masculos in infinitū, ⁊ illis deficiētibus ad quosdā đ agnatione sua de Malchiauellis simil̃r in infinitum, ⁊ post eos ad quasdā ecclesias, ꝓut hec oia ex tenore testamēti latius videri possunt cuius testamenti copia transmittitur.

¶ Mortuo testatore dña Lucia eius vxor vixit per multos annos. ⁊ illa predia sm ordinē testatoris, tenuit, ⁊ possedit, ⁊ eis vsa ⁊ gauisa fuit, ⁊ tandem decessit.

¶ Nunc dñs Thomas ꝑdictus vellet dicta predia redimere pro libris qnqꝫ millibus, iuxta formā testamēti, ⁊ hoc ex eo maxime cupit, qꝛ re ipsa, ⁊ cōi estimatione dcā ꝑdia sūt circa duplū maioris estimatiōis dcis libris qnqꝫ millibus.

¶ Vex non hꝫ vnde ꝑdctas libras soluat, nisi aliqd de bonis eidē a pr̃e relictis vēdat, vnde talem pecuniā recipiat. Et inter cetera sunt q̃dam valles, que sunt parui fructus, ex quibus eas vēdendo posset talem pecuniam suscipere, ⁊ predia predicta redimere, ex qbus fructus maiores quasi in triplum percipiuntur q̃ꝫ ex dictis vallibus.

¶ Queritur modo nunqd nō obstantibus ꝓhibitione alienationis, ⁊ fideicōmisso, de quibus in testō predicto, possit dictas valles vēdere, ita vt valeat vēditio omni iure, ⁊ emptor sit securus. Attēto, ꝙ illa predia que redimenť erūt, fideicommisso supposita, sicut alia eius bona. Et fideicommissum, ⁊ hereditas dicti testatoris pinguis, seu pinguior efficietur, et in euidentem eius vtilitatem erunt predicta venditio, ⁊ redemptio, ⁊ etiam ex alijs causis, prout per dominum Consultorem cōsiderari poterit, ⁊ petitur consilium pro iustitia.

## SVMMARIVM

¶ Grauatus per fideicommissum, vel prohibitus alienare, ꝙ in ceteris casibus alienare potest, maxime pro legitima ⁊ trebellianica.

1. Filius potest bona fideicommisso supposita vsqꝫ ad suam legitimam ⁊ trebellianicam alienare.
2. Trebellianica per patrem in filijs primi gradus prohiberi non potest, ⁊ est communis opinio.
3. Bona subiecta fideicōmisso, si non sint alia bona, possunt alienari pro satisfaciendo creditoribus illius, qui fideicommissum fecit.
4. Bona alienari prohibita possunt alienari pro restitutione dotis facienda vxori testatoris.

5 Bona subiecta fideicommisso possunt alienari ex voluntate prohibentis inherendo menti, et rationi prohibitionis sue, licet videatur fieri contra testatoris verba.

Menti testatoris magis quam verborum cortici est inherendum.

6 Volens vnum censet velle omne aliud, sine quo istud vnum esse non pot in necessarium antecedens sue dispositionis.

7 Dispositio testatoris sic debet interpretari, prout verosimiliter ipse disponens interrogatus verosimiliter respondisset.

8 Bona fideicommisso subiecta alienari possunt quando talis alienatio foret ad vtilitatem fideicommissi.

9 Bona dotalia licet alienari non possint mulieris fauore, tamen si alienatio ei esset vtilis, valeret, non obstante prohibitione.

10 Bona ecclesie licet alienari non possint, tamen si fiat ad ecclesie vtilitatem, quia vendatur fundus vilis pro emendo vtiliori, valet.

11 Actus quando alicuius fauore prohibetur, si actus geritur, et illius, cuius fauore prohibetur, interest potius actum valere, quam annullari, actus eo casu prohibitione non obstante valebit.

12 Vincula duo vno sunt fortiora.

## CONSILIUM XXVIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis et iustitie. ¶ Quia difficultas, de qua in presenti consultatione non pendet in aliqua curia, neque sup ea pro nunc expectatur aliqua iudicis sententia, sed solum petitur a me pro vera informatione, vt dicam, quid de iure sentiam, non vtar vicissitudine argumentorum ad partes, sed conclusiue loquendo paucissimis verbis vtar non instando in copia allegationum, sed solum in demonstranda veritate. ¶ Inspecto itaque testamento predicto, in capitulis, de quibus in puncto, considerata etiam facti contingentia, prout mihi presupponitur, indubitanter arbitror, et ita de iure esse concludo, quod Magnificus dominus Thomas predictas valles vendere poterit, et venditio perpetuo valebit, securumque reddet emptorem non obstantibus, fideicommisso, et prohibitione alienationis, de quibus in dicto testamento. Et hoc ex pluribus fundamentis distincte et principaliter consideratis. ¶ † Et primo dico, quod predictus dominus Thomas de bonis sibi relictis a patre pot alienare, quantum eius legitima patitur, quam ipse de rebus hereditarijs habere debet, vt l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test. et inmunem ab omni onere, iuxta l. quoniam in prioribus. cum similibus eo. tit. et quia in iure hoc est clarissimum, vt per doc. in dictis locis. et in l. in quartam. ff. ad l. falci. in l. filium quem habentem. C. famil. hercis. et in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. i. super eo aliter non insisto. ¶ Verum quia possibile est ex causa legitime predicte aliqua esse alienata, hoc posito pro vero (sine preiudicio veritatis) dico, quod poterit alienare pro sua trebellianica, vt tradunt doc. in locis predictis, et videtur probari in l. marcellus. §. resque. ff. ad trebel. ¶ Et si dicatur, quod in casu isto trebellianica non videtur posse detrahi, quia videtur a testatore prohibita, per illa verba dum in testamento dicitur, in totum, et sine aliqua detractione etc. respondetur (posito, quod talia verba importent prohibitionem, † et posito etiam quod regulariter trebellianica prohiberi possit, de quibus tamen posset dubitari) et dico, quod regula ista fallit in liberis primi gradus, et sic in filijs (prout erat iste dominus Thomas) in eis enim fauore filialis coniunctionis, iure cautum est, ne pater prohibere possit detractionem trebellianice, vt voluit Bal. per illum tex. in l. iubemus. C. ad treb. vbi etiam ita volunt Saly. Fulg. et Corn. et hodie de hoc videtur communis opi. vt tradit Jas. in d. l. marcellus. col. xj. vbi hanc opi. sequendo dicit, quod est communis, et eam tanquam communem, et veram sequitur Deci. in consi. lxxxi. In casu proposito. ij. col. et in consil. cclxix. Consultus ab illustr. col. fi. et in consi. ccxxviij. In casu ad me transmisso. in ij. col. et eam etiam tenuerunt quamplures alij excellentissimi doctores, quos si opus esset, seriose referrem, et secundum istam opi. alias consului, et ita fuit iudicatum apud Veronam, et in dicto consilio apertissime demonstraui, ex pluribus rationibus, quod ista opinio, vltra id, quod est communis, est etiam equissima, et in puncto iuris vera, nunc autem aliter non prosequar, sed concludo, quod alienationes, que per dictum dominum Thomam fierent, non obstante fideicommisso conseruarentur, nedum pro sua legitima, quodam iure nature debita, sed etiam pro trebellianica, que tempore fideicommissi restituendi detrahenda esset. ¶ † Secundo principaliter ex alio dico,

3 quod alienatio predicta fieri pot, et facta erit omnino conseruanda, quia quando testator, qui alienationem prohibuit, et fideicommissum fecit, est debitor in aliqua summa vt creditori satisfiat, pot alienare de rebus prohibitis, et fideicommisso subiectis, et alienatio perpetuo valet, vt est tex. in d. l. filiusfa. §. diui. ibi, sed hoc neque creditoribus etc. et ibi tradunt omnes doct. modo tamen non sint in hereditate bona alia non subiecta fideicommisso, ex quibus creditori possit satisfieri, vt est tex. apertus in l. pater filium. §. i. seu in fi. prin. ibi, si non erit aliud in hereditate. ff. de lega. iij. et tradunt omnes doc. in d. §. diui. vbi aliquando dixi. et ista in iure est conclusio vera et indubitata. Sed in proposito testator erat debitor in dicta summa librarum quinque millium sue vxori pro suis dotibus, (vt in puncto) ergo pro illis exsoluendis pot alienari de bonis ab ipso testatore relictis, licet sint fideicommisso subiecta, attento (prout in facto presupponitur) quod aliud non sit in hereditate ex quo dicta quantitas exsolui possit, quod non sit fideicommisso subiectum, et ita est communis opi. vt scribit Corne. in consi. xxxviij.

4 Placet mihi. iiij. col. in fine. i. volu. † concludens, quod pro restitutione dotis facienda vxori testatoris pot alienari de rebus alienari prohibitis, ab ipso testatore, vt per eum. Et licet in casu isto testator videatur ipse satisfecisse sue vxori, et creditrici relinquendo ei dicta predia, et sic videatur, quod hodie non sit amplius debita quantitas predicta, nec est, qui eam petat, immo heredes predicte vxoris dicunt eis plene satisfactum, et nollent predia ipsa restituere. Tamen attento, quod testator ordinauit post mortem vxoris predia illa redimi potest adhuc dici debitum perdurare, et illa predia videntur relicta loco pignoris cum pleno vsufructu, et cum hoc, quod redimi non possint durante vita vxoris, sed solum ea mortua, vt in testamento dicitur. Cum igitur illa mortua sit, venit tempus quo testator voluit predia illa redimi, et de debita quantitate satisfieri, merito ergo dicendum est, quod pro dicta quantitate possint vendi aliqua bona de hereditate, licet fuerint fideicommisso subiecta, cum in ea aliud non sit, vnde dicta quantitas extrahi possit pro predicta. ¶ Preterea dici potest, quod attenta dispositione testatoris hereditas sua sit quodammodo debitrix iuri fideicommissi, vt scilicet post mortem dicte vxoris predia illa redempta fideicommisso subijciantur, et dicantur prohibita alienari, quod est ad pinguedinem, et augmentum illius fideicommissi, vt infra etiam dicetur. Unde vt huic debito ab ipso testatore ordinato satisfieri possit, conuenit vt de hereditate aliqua bona vendantur, licet sint fideicommisso subiecta, cum aliter satisfieri non possit, per iam dicta. ¶ Tertio ex alio similiter principaliter moueor. †

5 Nam quando res fideicommisso subiecta, et alienari prohibita, alienatur, si alienatio fiat ex voluntate prohibentis inherendo menti, et rationi sue in prohibitione considerate, debet tunc alienatio valere, et conseruari, licet videatur fieri contra verba testatoris alienationis prohibitiua. Mauult enim lex menti, et voluntati testantis inherere, quam corticibus verborum, vt l. tertia. C. de liberis preteri. l. quoniam indignum. C. de testame. l. cum virum. C. de fideconmis. cum multis similibus. Ita in pulcherrimo casu consuluit Ange. in consil. clxix. Super puncto suprascripto. prima et secunda colum. maxime in prima ratione, vt ibi per eum, et hanc regulam in prohibitione alienationis, tradit Jas. in dicto. §. diui. in septima limitatione regule affirmatiue mihi colum. xj. versicu. septimo rationabiliter limita. Sed sic est in proposito, quod voluntas, et mens testatoris prohibentis, et ratio propter quam prohibuit alienationem non repugnant alienationi, que fit de dictis vallibus, pro dictis predijs redimendis, vt nunc ostendam. ergo etc. ¶ Hoc autem probatur primo, quia testator ea mente, et ea ratione alienationem prohibuit, vt sua hereditas predicto domino Thome relicta, et fideicommisso subiecta plenior, et vberior sub tali fideicommisso remaneret, et eueniente casu ad fideicommissarios perueniret. Sed ista ratio, et mens testantis per venditionem dictorum vallium, et redemptionem prediorum predictorum ampliatur, et vberius obseruatur. ergo etc. Nam redempta predia

predia erunt sub fideicommisso sicut alia bona domino Thome relicta a testatore que ut in puncto presupponit sunt longe maioris precij, et maioris fructus, quam sint .d. valles, merito igitur fideicommissum fiet uberius, et ita voluntati, et menti testatoris magis inseruietur. ¶ Secundo, quod ista venditio fieri possit ex volũtate testãtis euidentissime, ostenditur. 6 † Nam tritissima regula est in iure, quod qui in sua dispositione vult vnum quid, censetur velle omne aliud, sine quo istud vnum esse non potest in necessarium antecedens sue dispositionis. vt. l. nec is. §. i. et l. illud. ff. de acquir. heredi. l. si iter legatum. ff. de serui. l. veteres. et ibi notatur. ff. de itine. actuque priua. et in. §. idemque iuris. insti. qui et ex qui. ca. man. non poss. cum multis similibus. et tradunt docto. per illum tex. in. l. ij. ff. de iurisdi. omni. iudi. Sed in proposito testator voluit, quod dicta predia mortua vxore per dominum Thomam redimantur, et quod per eum soluantur libre quinque mille, vt in testamẽto dicitur, ergo voluit, quod de sua hereditate predicte libre assumi possint. Illud autem fieri non põt, nisi vendatur aliquid de bonis fideicõmisso subiectis, cum alia non sint. Igitur necessarie voluit aliquid vendi, cuius aliter redemptio prediorum predictorum fieri nõ posset per predicta, et in hoc apud me nulla est dubietas. Maxime attento, quod valles predicte ea de causa vẽdende (vt est dictũ) sunt longe minoris precij minorisque fructus, quam sint predia redimẽda. ¶ Et ex his sumitur tertia probatio presumpte voluntatis testantis. nam non est dubium, quod si testator viueret, et interrogaretur, an vellet fieri venditionẽ .d. vallium, vt predia predicta redimi possint, rñderet omnino, quod ita vellet, et quod ita faciendo nihil fiet contra eius voluntatẽ sumpto argumẽto ab vtilitate fideicõmissi, et a necessario antecedẽti sue dispositionis. 7 † Sed in iure est vulgata regula, quod dispositio testatoris, et cuiusque sic debet interpretari, et declarari, prout verosimiliter ipse disponens interrogatus rñderet, vt est vulgatissima glo. cõiter approbata in. l. tale pactũ. §. fina. ff. de pac. ergo talis vẽditio debet posse fieri, ex quo sic testator verosimiliter interrogatus rñderet, vt dixi. 8 ¶ † Quarto principaliter hanc venditionẽ fieri posse (etiam quod de redemptione predicta testator nihil disposuisset) videtur probari, ex eo, quia vt supra dictum fuit, fiet ad finem vt bona fideicõmisso subiecta, plura sint pinguiora, et maioris precij, prout erunt, facta postea redemptione prediorum, que nunc tenentur per heredes predicte dñe Lucie vxoris testatoris, erit. n. hoc in effectu quedam permutatio vnius rei in aliam ad cõmodum, et vtilitatem fideicõmissi, et consequenter eorum, quibus fideicõmissum relictum est, quorum contemplatione dicitur facta prohibitio alienationis, quo sic posito, videtur quod talis venditio (vt inde fiat redemptio predicta, et sic ista permutatio) fieri possit. Non obstãte prohibitione in testamento facta, alioquin sequeretur, quod prohibitio ista sic in fauorem fideicõmissi, et eorum, quibus fideicõmissum relinquitur facta, operaretur eorum detrimentũ contra reg. l. quod fauore. C. de legi. l. si mancipia. ff. de fun. instruc. et l. si iudex circũuento. ff. de mino. facit. l. iij. §. oue. in fi. ff. de carbonia. edic. l. non eo minus. C. de procura. et l. in ratione. la. ij. §. tam et si. in fin. ff. ad legẽ falci. et tradunt Bal. et alij in dictis locis, maxime in. d. l. quod fauore. Et hoc fundamentũ comprobatur primo. 9 † Nam licet res dotalis alienari prohibeatur. vt. ff. de fundo dotali. per totũ. et instit. quibus alien. licet vel non. in prin. cum similibus. et hoc fauore mulieris, ne. s. illa ex tali alienatione aliquid detrimenti patiatur. Tamen quotiẽs alienatio esset vtilis ipsi mulieri, puta quia emeretur statim res vtilior, et sic videretur fieri permutatio in vtilitatẽ ipsius mulieris, talis alienatio, siue permutatio fieri potest, et facta valet, et non obstante prohibitione generali in iure facta ne res dotales alienentur, tex. est clarus, et ibi doc. dicunt in. l. ita constante. ff. de iure dotiũ. facit lex mutus. §. manente. eo. titu. et l. quãuis. ff. solu. matrimo. dum in eis iuribus dicitur, vt fundũ idoneũ emat etc. et ita egregie concludit insignis doc. do. Bald. nouel. in suo tractatu de dotib. in. vij. parte principali, in primo priuilegio, in scda et tertia fallentia. et sequuntur docto. in. l. i. ff. solu. matri. Sic igitur in proposito nostro videtur dicendum, vt scilicet non obstante generali prohibitione alienationis per testatorem facta, possit in casu isto Magnificus dominus Thomas .d. valles alienare pro redimẽdis predictis predijs, quod (vt supra dictum est) erit in euidentẽ vtilitatẽ fi-

10 deicõmissi, et eorum quibus fideicõmissum debetur. ¶ † Secundo facit, quod de rebus ecclesie dicitur, vt scilicet dicantur prohibite alienari generaliter, vt in toto titu. extra de reb. eccle. alie. vel non. et in auc. hoc ius porrectum. et ibi per doct. C. de sacrosan. eccle. et tamen si quid alienetur de rebus ecclesiasticis pro vtilitate ecclesie, puta vt ei vtilior fundus ematur, talis alienatio valet, et de iure conseruatur, nõ obstante generali prohibitione alienationis, vt tradit Cardi. in clemẽ. i. in prin. de reb. eccle. non alienan. et dixit Bald. in. l. cum hij. §. eam. ff. de trans. Refert et sequitur Andre. barb. in rub. de rebus eccle. alien. vel non. col. iiij. versic. tertio limita. et in dies videmus, quod ecclesie, vel in eis prelati alienãt, si in ecclesie vtilitatẽ alienatio fiat, prohibitio. n. alienatiõis que dicitur facta fauore ecclesie non attenditur, quando ex alienatione maior vtilitas ecclesie resultat per predicta. Sic ergo videtur dicendum in proposito, scilicet quod prohibitio alienationis facta fauore fideicõmissi, seu eorum, quibus fideicõmissum relinquitur non debet attendi, quando ex alienatione resultat maior ipsorum vtilitas, prout in 11 casu isto continget secundum quod supra dictum est. ¶ † Faciat, et quod generaliter dicit Imo. in. l. cum lex. prope finem. ff. de fideius. dum declarando tex. et glo. in clemẽ. prima. de iure patrona. dicit quod quãdo actus prohibetur fauore alicuius, si actus geritur, et illius, cuius fauore prohibebatur, interest potius actum valere, quam annullari, actus eo casu valebit, non obstante prohibitione, et ita dicendum erit in casu nostro, venditio enim dictarum vallium cũ redemptione aliorũ prediorum valebit, quia fideicõmissariorum, quorum causa prohibita erat magis intererit eam valere, quam esse nullam. ¶ Possent ad hoc plura alia similia allegari, sed gratia breuitatis, et quia hec sufficiunt, vlterius non insisto. Sed ex iam dictis quolibet ex preallegatis fundamentis principaliter distincto, et per se considerato, concludo. quod pro redemptione prediorum predictorum ab heredibus domine Lucie per Magnificum dominum Thomam omni iure permittente fieri potest venditio dictarum vallium, et quod earum emptor securus perpetuo erit, non obstante prohibitione alienationis, neque fideicõmisso, de quibus in testamento.

¶ Et hoc ipsi domino Thome permittitur, vel pro sua legitima (vt dicũt) iure nature debita, et pro trebellianica vt in primo fundamento dictum fuit, si modo tantum importẽt nec earum equiualẽs hucusque alienatum fuerit, prout saltem de trebellianica mihi asseritur. ¶ Vel pro exsoluẽdo ere alieno, aut dotis domine Lucie cum eius augumẽto secundum quod testator erat obligatus, aut redemptionis dictorum prediorum debite quodãmodo predicto fideicõmisso, vel his quibus relinquitur, prout dixi in scdo fundamento. ¶ Vel tertio, quia sic dicitur fuisse de voluntate testatoris prohibentis alienationem, et fideicõmittentis, et quia alienatio predicta menti, et rationi testatoris in ipsa prohibitione non repugnat, sed potius ei adheret secundum quod in tertio fundamento dictum fuit. ¶ Vel et quarto et vltimo, quia ista alienatio vallium cum redemptione predicta redundabunt in euidentem, et maximam vtilitatem, et augmentum fideicõmissi predicti, et eorum quibus taliter fideicõmissum relinquitur, vt dixi in quarto fũdamento. ¶ Et licet quodlibet ex predictis fundamentis (si vera sunt in facto, vt presupponuntur) per se sufficeret ad validandã alienationẽ de dictis vallibus faciendam, vt constat ex predictis. Itẽ oĩa simul iuncta, et considerata, saltẽ vltima tria, rem ipsam ponũt procul ab omni difficultate, et omnino in12 dubiam constituunt. † Plura. n. vincula sunt vno fortiora. auc. itaque. cum simi. C. cõia de suc. et ibi no. Bar. ¶ Faciat tritũ illud dictũ, singula, que non prosunt, multa collecta iuuant. vt no. glo. per illum text. in. l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. et in. l. ij. §. etas. ff. de excusa. tuto. facit. l. instrumenta. C. de probatio. et tradunt doct. in. c. fina. de successio. ab intestato. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens in prima sede iuris ciuilis de sero. 1533.

## CASVS

¶ Nobilis, et speciosa virgo domina Anna Belinger filia Excellentissimi iuris vtriusque doctoris domini Jo. belinger, Augustensis asserit se contraxisse matrimoniũ cum egregio

adolescente dño Jacobo ollor, ⁊ ita asserens coram iudi-ce competente, petit sic declarari, ⁊ illum adolescenté cogi ad eam tanq̃ legitimã vxorem suscipiendam ⁊ tractandã. Et ad hoc ꝓbandum dicit, ꝙ adolescens predictus post multas litteras ad eã missas, ⁊ post multa verba hincinde habita mediante quadã internũcia misit ad eam lr̃as per quandã mulieré, que inter eos erat nũcia, que optime tenorem lr̃aꝝ sciebat, in qbus adolescens dicebat, ꝙ si illa vellet illum in maritũ ipse volebat eam in vxorem, ⁊ ita illam per illas lr̃as, seu per verba de presenti in lr̃is ꝯtenta accipiebat ꝑ sua lrima vxore. Et hoc idem habebat. d. nuncia in mãdatis, ꝓut ipsa retulit. Quibus lr̃is receptis, ⁊ bene intellectis, ostensisq̃ matri sue, ⁊ qbusdã eius sororibus de qbus voluit confidere, decreuit illum accipe in suum virũ. ⁊ ita nuncie rñdit, ꝙ erat ꝯtenta, ⁊ illum adolescentẽ accipiebat in suum lrimum maritum. Et cum ista rñsio fuisset per nunciam adolescenti relata, letissimum se ostẽdit, ⁊ oĩa comprobauit. Et hincinde isti adolescentes, tanq̃ vir, ⁊ vxor munera sibi inuicem more patrie trãsmiserunt. Et ita per aliqđ tp̃s in hac mutua voluntate permanserunt secrete tamen, expectantes occasioné eam ipsam propalandi.

¶ Deinde virgo bona mente ducta, ⁊ de fide adolescentis ꝯfisa ad bonum finem lr̃as illas restituit eidem, donaq̃ repetijt remittens ea, que ab eo receperat.

¶ Et ad probationem predictoꝝ adducit in testes matré, ⁊ sororem, item illam nunciam, que omnes apertissime, ⁊ explicite deponũt, ⁊ concordant tenorem litterarum fuisse, vt supra ⁊ virginem, (vt dictum est) statim consensisse, iuuenemq̃ consensum virginis acceptasse, vt supra, ⁊ ita inter predictos adolescentes matrimonium contractum fuisse, ⁊ hincinde munera missa esse, vt supra.

¶ Ex parte adolescẽtis negat̃ ꝯctum fuisse matrimonium. Sed ille dicit lr̃as illas fuisse amatorias, quas ipse fatetur, scripsisse, ⁊ sibi esse remissas, ⁊ asserit se eas lacerasse.

¶ Istis sic stantibus querit̃ nunquid matrimonium predictum dicatur legitime probari?

## SVMMARIVM

¶ De causa matrimonij quomodo, scilicet ⁊ per quos testes probetur matrimonium, ⁊ an per litteras contrahi possit, ⁊ pulchra quedã, an per matrem, ⁊ sorores puelle probetur matrimonium.

1. Matrimonium per litteras cõtrahi potest, dũmodo recipiens litteras suum consensum significet scribẽti in eadem voluntate illuc vsq̃ permanenti.
2. Matrimonium consensu perficitur.
3. Verba in matrimonio ẽm opinio. cõmu. non sunt necessaria, sed solus sufficit consensus.
4. Matrimonium per nuncium ⁊ epistolam contrahi potest.
5. Littere vbi interueniunt, vel nuncius, dr̃ quid verbis fieri. Et nuncium mittere, ⁊ litteras scribere, ⁊ presentialiter loqui equiparantur, vbi auditus non requiritur.
6. Testes an debeant esse rogati in matrimonio contrahendo, vel dissoluendo.
7. Testes regulariter in actibus hominũ non debent esse rogati, casibus quibusdam exceptis.
8. Femina põt esse testis, qñ agitur de matrimonio ꝓbando.
9. Secus si ageretur de separatione federis.
10. Causa criminalis ⁊ matrimonialis in hoc equiparantur, quia testibus in dictis causis examinatis non defertur iuramentum in defectum probationis.
11. Mater ⁊ soror possunt esse testes in causa matrimoniali.
12. Frater ⁊ soror a testificãdo pro fr̃e, ⁊ sorore nõ repellunt̃.
13. Familiaris an in testé admittat̃ maxime in mr̃moniali cã.
14. Testes masculi debent esse annis quattuordecim, ⁊ femine duodecim in causa ciuili.
15. Testimonium matris, fratruꝫ, ⁊ soroꝝ in causa matrimoniali an sit suspectum, data disparitate sponsi, ⁊ sponse.
16. Nuncius, seu mediator, vel prosoneta an possit esse testis parte contradicente in causa matrimoniali, vbi late.
17. Testis vnius fides suppletur per alios.
18. Testes dicẽtes eadé verba formalia, an ⁊ qñ sint suspecti.
19. Testium numerus superabundans defectũ alioꝝ supplet.
20. Testes deponentes eundem premeditatumq̃ sermonem an sint suspecti, statur arbitrio iudicis.
21. Testes, vbi agitur de probanda verborum formalitate, si deponunt eundem premeditatumq̃ sermonem non repelluntur, ⁊ si non sic deponerent, non probarent.
22. Testis vnus si dicat Titium ꝓmisisse duo solidos, ⁊ alius testis dicat, ꝙ promisit. xxiiij. denarios, non probant, quando de verbis formalibus interrogantur.
23. Testis vnus si dicat, quod testator dixit titius heres esto, ⁊ alius quod dixit, Titium heredem instituo, sunt singulares, ⁊ non probant, quando de forma verboruꝫ testatoris interrogantur.
24. Testes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores, ⁊. j. nu. 27.
25. Testis ille dicit̃ omni exceptione maior, qui nulla exceptione remoueri potest.
26. Testis qualitas, videlicet, ꝙ sit omni exceptione maior, cũ sit intrinseca, ⁊ in quolibet presumpta, in quo non probatur contrarium, non est alleganda, nec deducenda,
28. Testes in comparatione litterarum debent deponere, ꝙ viderunt scribere, nec sufficit dicere, ꝙ cognoscunt litteras alicuius ex pluribus alijs scriptis per eum.
29. Quos deus coniunxit, homo non separet.
30. Anima est cunctis rebus preferenda.
31. Culpa vbi non est, fauore anime timenda est. Delictum in dubio melius est presumere, vt aie ꝯsulatur.
32. Abstinere tutius est q̃ celebrare.
33. Pro anime salute eligẽda est via etiã ꝯtra regulas iuris.
34. Copulatos melius est aliquos remanere, qui forte ab initio nõ essent iugales, q̃ legitime coniunctos contra precepta domini separare.

## CONSILIVM XXIX

58 Matrimonium contra interdictum ecclesia contractuꝫ dicitur nullum.
59 Matrimonij prohibito per sedem apostolicam, facta impedit contrahendum.& contractum dirimit.
61 Prohibitio illa dicitur perpetua, que ad tempus certum non est restricta.
62 Papa in certis gradibus dispensare potest.
64 In matrimonijs tanta est sedis apostolice auctoritas, qꝺ per eam possunt induci impedimenta, que & contractus matrimonium dirimant.
65 Deus non dicitur eos coniunxisse, qui contra prohibitionem apostolice sedis contraxerunt.
66 Papa ex cā dispensat, vt incestuosus matrimoniuꝫ ɔ̄hat.
67 Declaratio ad.c.transmissa. de eo qui cog. consang.vxo. sue, & nume.sequen.
68 Incestuosus non habet sponsam, vel vxorē, sed illa hꝫ illū.
70 Termini semper habiles presupponuntur.
71 Pape prohibitio qꝫ sit vana, dicendum non est.
72 Prohibitio expressa hominis, quando concurrit cū prohibitione legis de non alienando operatur, vt facta alienatio non valeat.
74 Cap.ex tenore.qui filij sint legiti.quomodo procedat.

Consilium.xxxi.

## CONSILIVM XXXI

DIrigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Themate predicto considerato perspectis etiam processu, ⁊ dispensatione, de quibus in themate fit mentio, videtur prima fronte dicendũ filios predicti dñi Hieronymi ex Pasqua predicta tanꝗ̃ legitimos succedere debuisse vna cum alijs filijs eiusdem dñi Hieronymi. 1 † Nam lꝫ ipsi nati fuerint ex coitu non matrimoniali, tñ cum postea pater eorum dñs Hieronymus cum Pasqua eius matre matrimoniuꝫ contraxerit, vt de eo constat publicum instrumentum, dicũtur per subsequens matrimoniuꝫ legitimati, vt. l. cum quis. C. de nat. libe. in. §. fi. insti. de nup. in auc. quib. mod. na. effici. legitimi. in prin. colum. vj. ⁊ in. c. tanta. vbi plene per Canon. qui filij sint legitimi. ¶ Nec huic conclusioni vidẽtur obstare duo, que in themate narrantur. ¶ Et primo dum dicitur ꝙ illud subsequens matrimonium non tenuit, eo ꝙ tunc temporis ipsa dña Pasqua habebat alium virum. Quñ ad hoc primo videtur posse responderi illud absolute negando, naꝫ falsum videtur ꝙ illa vnꝗ̃ habuerit aliuꝫ virum, nec videtur in processu concludenter probari de aliquo matrimonio dicte Pasque, presertim tempore quo, eam in vxorem accepit dñs Hieronymus. ¶ Scdo etiam responderi potest, qꝛ dato ꝙ aliquo modo probaretur, ꝙ Pasqua habuisset alium virum, tñ illud ignorabat dñs Hieronymus, quo stante, lꝫ inter eos matrimonium nõ valuerit, tñ suscepti filij dicuntur legitimi de iure ciuili, saltem quo ad ipsum dñm Hieronymum eorum patrem propter eius ignorantiam, vt est glos. singularis cõmuniter approbata, in. l. qui contra. super verbo accerrimi. in fi. C. de incest. nup. de iure vero canonico dicuntur simpliciter, ⁊ absolute legitimi, etiam ꝙ solus dñs Hieronymus impedimentum matrimonij ignoraret, 2 † sufficit enim alterutrius ignorantia, vt proles legitima dicatur, text. est in. c. ex tenore. vbi omnes docto. tradunt, qui filij sint legitimi. ¶ Et licet in themate allegetur scientia dñi Hieronymi, tñ cuꝫ sit facti, debet probari, ⁊ non videtur ꝙ in processu recte probetur. ¶ De rationibus autem, cur allegatum primuꝫ matrimonium Pasque predicte, non videatur probari, vt in prima responsione. Vel saltem scientia domi. Hieronymi, vt in scda responsione inferius apparebit. ¶ Scdo videtur obstare cõclusioni predicte, qꝛ ex alio dictus subsequẽs matrimonium non videtur fuisse validum, qꝛ. s. fuit contractum per dñm Hieronymũ prohibente sede apostolica, qꝛ in dispensatione, que facta fuit, ꝙ ipse remaneret in matrimonio cum dña Laura tertia eius vxore, cuꝫ qua incestas nuptias contraxerat, fuit expresse dictum ꝙ quicunqꝫ illorum superuixerit alteri, remaneat perpetuo sine spe coniugij, ⁊ sic videtur dñs Hieronymus expresse per Papam prohibitus contrahere matrimoniũ post mortem dñe Laure. Igitur videtur ꝙ matrimonium cum. d. Pasqua contractum contra prohibitionem sedis apostolice non valuerit. ¶ 3 † Veruntñ videtur ad hoc posse respõderi. primo ꝙ Papa non debet per suam prohibitionem impedire libertatem matrimonij fauore publico, iuxta. l. i. cuꝫ materia. ff. solu. mat. lꝫ enim forte satis condecẽs, ⁊ honestum esset abstinere propter prohibitioneꝫ Pape, si tñ contrahatur, videtur ꝙ valeat, ⁊ sit indissolubile, iuxta illud, quos Deus coniunxit, homo non separet. ¶ Et maxime hoc dicenduꝫ in proposito, qꝛ prohibitio videtur facta ſm formam iuris cõmunis. 4 † nam qui cõmittit incestuꝫ dicitur perpetuo remanere sine spe coniugij, vt in. c. transmisse. in fi. de eo qui cogno. consan. vxo. vnde sicut de iure communi sic prohibitus, si contrahit, valide contrahit, vt in. d. c. transmisse. in prin. ⁊ ibi dicunt docto. ⁊ est glo. in. c. i. eod. ti. cum simi. ita videtur dicenduꝫ respectu istius prohibitionis facte in predicta dispensatione. ¶ Scdo etiam videtur ꝙ responderi possit, qꝛ ista prohibitio non debet nocere filijs ex tali matrimonio natis, nam ipsi videntur posse dici simpliciter legitimi propter ignorantiam. d. Pasque. Illa enim prout verisimile est talem prohibitionem ignorabat, vnde videtur ꝙ sola eius ignorantia sufficiat ad faciendos filios legitimos per tex. in. d. c. ex tenore. cum his, que ibi dicũt docto. qui filij sint legiti. ¶ Hec sunt, que in fauorem filiorꝫ dicte Pasque allegari possunt, que certe plurimum videntur vrgere, ⁊ quemlibet prima facie in hãc sententiaꝫ trahere possent. ¶ Veruntñ eis non obstantibus maturius, ⁊ diligentius omnia considerando arbitror contrariam opin. de iure veriorem, vt. s. predicti filij ex dicta Pasqua non possint dici legitimi, ita vt patri eorum dicantur, cuꝫ alijs filijs successisse, ⁊ hoc duplici fundamento, quolibet eorum per se, ⁊ distincte, ⁊ principaliter considerato. ¶ Et primũ fundamentum est ex nullitate matrimonij causata ex persona dicte Pasque, qꝛ. s. illa (vt in pũcto allegatur) habebat alium virum tunc superuiuentem, vcꝫ magistrum Pauluꝫ fabrum lignarium, alias marangonum, hoc ipsum sciente dño Hieronymo predicto, ⁊ totũ hoc (si recte aduertatur) concludenter probatur in processu, vꝫ. ¶ Primo ꝙ Pasqua predicta erat coniuncta matrimonio cum dicto magistro Paulo. ¶ Secundo ꝙ hoc erat notũ etiam ipsi do. Hieronymo. ¶ Primum autem multum concludenter probatur, primo per duos testes, qui explicite, ⁊ clare deponunt de ipso ꝯtractu matrimonij asserentes se fuisse presentes, ⁊ audiuisse inter predictos matrimonium contrahi per verba de presenti per interrogationeꝫ, ⁊ responsioneꝫ, prout moris est. Testes autem sunt venerabilis don Hieronymus de caliarijs in ordine quartus testis, ⁊ dña Lucia vxor Hieronymi de Placentia in ordine quintus testis, vnde cum satis aperte isti testes de tali matrimonio deponãt cum concludenti causa scientie, nõ videtur dubitandum. 5 † Regulariter enim duo testes sufficiunt ad quodlibet probandum, iuxta illud in ore duorum, vel trium, stat omne verbuꝫ. vt legitur Deuteron. c. xvij. Mattei. c. xviij. ⁊ ad Corinthios. c. xiij. ⁊ in. c. in omni negocio. extra de testi. ⁊ probatur hoc in. l. vbi numerus. ff. de testi. cum simili. ¶ Nec isti probationi obstant quedam, que (vt audio) per partem aduersam allegantur contra predictos testes, seu eorum depositionem, quñ (vt verum fatear) pro maiori parte leuissima sunt, ⁊ facillime tolluntur, vt eleganter ostẽdit insignis, ⁊ excellentissimus aduocatus. Dico enim in primis, ꝙ don Hieronymus quartus testis, deponẽs ꝙ Pasqua tanꝗ̃ vxor, ⁊ matrimonio coniuncta stetit, ⁊ habitauit cum dicto magistro Paulo in domo eius habitationis, iam de matrimonio deponit, ⁊ statim cõcludenteꝫ causam scientie allegat, qꝛ. s. dictus magister Paulus se presente despõsauit, ꝙ omnia debet intelligi per verba de presenti, cum statim dicat ꝙ inter predictos facta fuerunt verba, contractus matrimonij, que non sunt de futuro, qꝛ tunc dicerentur verba sponsaliorum, vt est notissimum, 6 † ⁊ alias dicta testium sunt adiuuanda. ⁊ concordanda, iuxta. c. cuꝫ tu. ⁊ ibi per doct. extra de testi. Scit ergo dictus testis, qđ Pasqua contraxerit cum magistro Paulo matrimoniũ, ⁊ tanꝗ̃ vxor, ⁊ sic non tanꝗ̃ ancilla, vel concubina, cuꝫ eo habitabat, quia ipse fuit presens despõsationi de ea facte per verba. s. de presenti, ⁊ sic contractui matrimonij inter predictos celebrato, ex quo ipse scit, ꝙ simul cuꝫ magistro Paulo habitabat, vt eius vxor dicens etiam, ꝙ suo iudicio (hoc est si bene recordatur) ipse fecit inter predictos iugales verba contractus matrimonij, ⁊ lꝫ dicat ꝙ nõ recordetur precise, quibus verbis vsus fuerit, non tñ ex hoc est inferendum, ꝙ verba potuerint esse de futuro, 7 † ⁊ sic ꝙ probatio sit dubia, ⁊ sic non attendenda, iuxta. c. in presentia. cum materia. de proba. quñ hoc repugnaret menti dicti testis, ⁊ alijs suis verbis. Ipse enim de matrimonio intendit deponere, ⁊ in hoc explicite dicit ꝙ fuerũt facta verba contractus matrimonij, sed cum illa fieri possint diuersa in sono tendentia, tñ semper ad idem, ipse non recordatur precise, que verba precise ipse protulerit, sed bene scit ꝙ fuerunt verba in similibus contractibus fieri solita, ⁊ importantia contractum matrimonij, prout ipsemet testis clare exprimit, cuius depositio (ni fallor) est satis clara, ⁊ explicita cum concludentissima causa sciẽtie, nec debet cauillari, sed potius adiuuari, vt dixi, ⁊ que deposuit cuꝫ explicite, ⁊ desolute deposuerit, presumendum est ꝙ recte memoria tenuerit a die, quo facta fuerunt, vsqꝫ ad diem depositionis. cum sit sacerdos, ⁊ vir optime conditionis, ⁊ fame, ⁊ de co

non cadit sinistra suspicio. ¶ Et licet in eius examine scriptum sit, ꝙ ipse dixit non recordari an fuerit citatus, tñ illud non est attendendum, qꝛ est inaduertenter scriptuȝ, cuȝ ipse testis (vt mihi presupponit) expresse id dixisse neget, ⁊ ꝯtriuȝ expresse dicat, vcȝ ꝙ citatus fuit, ⁊ ꝙ nõ iuisset ad testificandũ, nisi fuisset citatus, qđ ẽt in dubio ꝑꝑ religionẽ, ⁊ integritatem eius credendũ esset, † ⁊ alias credendum non

8 vr̃ notario, ⁊ eius scripture in depositione alicuius testis in eo, qđ ipse testis negat se dixisse, vt tradit Alexan. in consil. lxxiiij. viso testamento. iiij. colum. j. volu. ¶ Et preterea ex eo qđ scriptum est non esset inferendum, ꝙ de matrimonio non bene recordari potest, cum contrarium appareat ex explicita eius depositione, nec enim valet ista consequentia, ego non sum memor eius, qđ his diebus contigit, ergo non possum recordari eius, qđ iam annis. xx. accidit, qꝛ in particularibus non arguitur de vno ad aliud, nec ex diuersis bene infertur per iura vulgaria, ⁊ quottidie hoc videmus ꝙ aliquis est recte memor facti antiquissimi, ⁊ tñ non recordatur, quid nudius tertius cõmederit, ⁊ id sepe contingit propter factorum diuersitatem, ⁊ mentis applicationem, que magis vni facto, q̃ȝ alteri applicatur, ⁊ hoc satis est ad propositum, qꝛ ꝙ duo contrahant matrimonium, est actus maximi momẽti, ⁊ cui verosimiliter quilibet presens mentem applicet, ⁊ in memoria collocet, qđ non sic est de quadam simplici citatione, que vno verbo, ⁊ transeũter fieri solet. ¶ Ulterius etiam dico ꝙ ista argumẽtatio que fit in contrarium posset procedere in dubio, sed in casu nostro sumus extra omnem dubitationem, cum ipse testis deponat clare, ⁊ explicite, ⁊ non sub dubio circa matrimonium contractum se presente, vnde cum simus in claris nõ est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. Concludendum ergo est istum don Hieronymuȝ quartuȝ testem, optime, ⁊ explicite de matrimonio deponere cum concludenti ratione. ¶ Qui etiam subdit ꝙ de tali matrimonio erat publica vox, ⁊ fama in contrata sancti Zenonis, vbi dictus magister Paulus habitabat, ⁊ in ciuitate Verone, qđ debet intelligi apud illos, qui de predictis notitiam habebant, non autem indistincte apud omnes ciues Veronenses, seu in dicta ciuitate habitantes. † nam qñ te-

9 stis deponit de fama, ⁊ dicit se audiuisse a maiori parte ⁊c. debet intelligi. s. eorum qui poterant illud audire, ⁊ cognoscere, ſm qđ singulariter dixit Anto. de but. in. c. quid per nouale. v. colum. de verbo. signi. prout refert, ⁊ seqtur Alexan. in. l. de minore. §. plurium. ff. de questio. in appostil. ad Bar. super verbo quero, quid si ⁊c. ⁊ Fely. in. c. cum oporteat. colum. viij. versi. adde dñm Ant. de accusat. ¶ Et ex his recte aduertenti dicũtur sublate omnes oppositiones, que per partem aduersam fiebant ꝯtra depositioneȝ istius quarti testis, vna tantum excepta, que etiam respicit dñaȝ Luciam quintum testem, de qua. ĩ. tangam. Illa enim sola videtur prima facie habere aliquem colorem, alie vero omnes sunt leuissime, ⁊ cauillose, ⁊ facile tolluntur, vt ex predictis patet, ⁊ etiam ex allegationibus excellentissimi aduocati, qui sigillatim omnes apertissime remouet. ¶ Depositio vero, seu attestatio domi. Lucie predicte clarissima est, ita vt tergiuersari non possit, attestatur enim matrimoniuȝ predictum per verba de presenti, ⁊ annuli dationem contractum fuisse inter predictos Paulum, ⁊ Pasquam, cuȝ concludentissima causa sciẽtie, vt ex lectura depositionis eius cognoscitur. ¶ Sed videtur ꝙ dicta attestatio nõ sit

10 attendenda ex pluribus. ¶ Et primo qꝛ mulier est, † nam sicut mulier nõ solet posse testificari in causa criminali propter eius grauitatem, iuxta glo. in. c. mulierem. xxxiij. q. v. ⁊ in. c. forus. §. testes. in ver. non femina. extra de verbo. signi. ita videtur ꝙ nec in causa matrimoniali testificari possit, cuȝ ⁊ ipsa causa dicatur grauis, iuxta. c. i. de ꝯsang. ⁊ affini. ⁊ no. Abb. in. c. si pro debilitate. iiij. nota. de offi. delega. ⁊ propterea equiparari debet cause criminali, vt videtur concludere Alex. in consil. cxliij. qm̃ abunde, alias est. cclxxxviij. circa medium. ij. volu. ⁊ Dec. in consi. cxxxiij. vi-

11 so processu. ij. colum. ¶ † Secundo qꝛ illa dicit se fuisse mediatricem predicti matrimonij. quo posito eius testificatio non videtur iuridica, nisi deposuerit de consensu vtriusq; partis, iuxta doc. Bar. in. l. deferre. prope fin. prin. ff. de iurisi. ⁊ videtur tex. quem ibi allegat Bar. in. §. qm̃. in auc. de testi. colum. vij. ¶ Tertio qꝛ dicta dña Lucia reperitur in suis dictis deponere falsuȝ, primo in eo qđ asserit, ꝙ Pasqua remanserat vidua ex quodam coadiutore cãcellarie, quod tñ non erat verum, qꝛ ille habebat aliam vxorem, secundo dum asserit ꝙ predicti contractui matrimonij inter Pasquam, ⁊ magistrum Paulum, erat presens quidam Sanctus vulpatus, nam ⁊ hoc videtur falsum, cum ille di-

12 cat se non fuisse presentem tali matrimonio, † vnde cũ ista dña Lucia in predictis falsa deponat, non dicitur testis fidelis, qꝛ falsus in vno censetur falsus in omnibus, ⁊ dictis eius credi non debet, iuxta. l. qui falsa. cum glo. ff. de testib. ¶ Quarto qꝛ illa videtur sibi quodãmodo contradicere. asserit enim nuptias factas in cena satis laute, ⁊ tñ dicit ꝙ non interuenit, si igitur non fuit presens, videt̃ ꝙ de tali cena, ⁊ nuptijs illis nihil testificari possit. ¶ His tñ non obstantibus, dico ꝙ attestatio dñe Lucie attendi debet, ⁊ ei

13 tanq̃ȝ fideli credendum est. ¶ † Nec obst. dum primo dicitur ꝙ ratione sexus muliebris debet repelli ⁊c. qm̃ respondetur, ꝙ allegata in contrariuȝ non sunt vera, qꝛ immo clarum est mulierem in causa matrimonij esse testem idoneũ, vt est tex. in. c. super eo. el. ij. de testi. ⁊ ibi tradit Abb. in tertio nota. ⁊ sequuntur cõmuniter docto. tradit etiam Henric. boic. in. c. qm̃. de testi. concludens ꝙ in causa matrimoniali etiaȝ de iure canonico mulier potest esse testis, ⁊ ita est cõmunis opinio, vt quottidie seruari videmus. Non ergo est verum, ꝙ in hoc causa matrimonialis equiperetur cause criminali. ¶ Et vltra predicta ꝙ in causa matrimonij femina admittatur in testem etiam si sit coniuncta, probatur clare in. c. videtur. xxxv. q. vj. vbi dicitur ꝙ etiam coniuncti vtriusq; sexus in testificationeȝ cause matrimonialis ad-

14 mittantur, quod tñ non est in causa criminali. ¶ † Et allegata equiperatio si in aliquo procedit, est in eo, ꝙ non deferatur iuramentum in defectum semiplene probationis, ꝑut isto casu loquuntur glo. ⁊ doc. in. c. mulieri. de iureiuran. ⁊ in. c. fi. eo. ti. ⁊ Bal. in. l. bonefidei. j. colum. versi. item in causis criminalibus. C. de reb. credit. quos allegat Alexã.

15 in dicto cõsil. cxliij. eo enim respectu † causa matrimonialis potest dici causa grauis, vt declarat Deci. in consi. clxiij. in causa matrimonij. v. colum. versi. non obst. ꝙ causa matrimonialis. ⁊ ibi dicit ex eo non esse inferendum, ꝙ in causa

16 matrimonij ordinaria probatio non sufficiat. ¶ † Preterea dici posset ꝙ allegata in contrariũ procederent qñ mulier adhibetur in testeȝ ad separationẽ federis matrimonij directe, prout loquitur. d. c. j. de consangui. ⁊ affini. ⁊ videtur velle Alex. in. d. consi. cxliij. nam tunc strictius procedendum est, q̃ȝ si de probando matrimonio agatur, cũ probatio matrimonij sit fauorabilior, ⁊ ita si recte cõsideratur videtur velle Dec. in. d. consi. clxiij. ⁊ Jo. crot. in tracta. de testi. car. ix. iij. colum. in versi. tertia sit conclusio. ¶ Nec dicatur ꝙ in presenti casu videatur agi de separatione matrimonij, qꝛ dico ꝙ principaliter depositio testium tendit ad probandum matrimoninm inter magistrum Paulum, ⁊ Pasquam, lȝ ex eo resultet nullitas alterius matrimonij per Pasquam contracti cum dño Hieronymo predicto.

17 † Solum ergo inspici debet id, ad qđ principaliter tendit, ⁊ dirigitur dictum testis, argu. l. si quis nec causaȝ. ff. si certa peta. ⁊ ita etiam concludit Deci. in dicto consil. clxiij. v. colum. versi. secundo respondetur, ꝙ text. vbi proprie loquitur qñ agitur de probatione matrimonij in preiudicium alterius matrimonij. ¶ Et vltra etiam dico, ꝙ cum. d. dñs Hieronymus iam sit mortuus, non potest dici ꝙ agatur aliquo modo de separatione matrimonij, qꝛ etiam ꝙ tale pretensum matrimonium tenuerit, iam morte fuisset dissolutum. ¶ Hec tñ dicta sint ex abundanti, qꝛ prima responsio ad allegata in contrarium sufficit, ⁊ optime concludit,

18 a qua non intẽdo recedere. † Et maxime qꝛ multi sunt, qui tenent ꝙ femine in causa matrimoniali possunt esse testes, etiaȝ ꝙ de separatione agatur, vt dixit Dec. in ꝯsil. cccxlij. in casu partus. j. colum. ¶ Non obst. scđo ꝙ de mediatrice dicebatur, qm̃ respondetur ꝙ allegata in contrariuȝ debent intelligi respectu probationis plene per soluȝ mediatorem, seu prosonetam faciende, nam illam faceret, qñ de voluntate vtriusq; partis examinaretur, ⁊ non aliter. item

⁊ secundo

⁊ secundo debent intelligi, vt .s. inuitus testimoniũ dicere
19 non cogatur, nisi vtraq; parte volente, †sed si ab vna tãtũ
parte pductus velit testificari admitti dz sicut alius testis,
ita voluit glo. in .d. §. qñ. de testi. in contrarium allega. vbi
etiam ita tenent Jaco. de beluis. ⁊ Ange. ita etiam tenent
Cy. Bal. ⁊ Saly. in .l. omnibus. C. de testi. vbi Bal. asse-
rit istam opinionem esse veram, quam etiaz tenet Abb. in.
c. pen. de testi. cogen. cum alijs allegatis per clarissimũ ad
uocatum, ⁊ vltra eum ita tenet Alberi. in tracta. de testib.
in quarta parte. x. colum. versi. videndum est ergo quid de
prosoneta. vbi hanc opinionẽ defendit ab allegatis in con
trarium, maxime a. c. i. de testi. li. vj. quod allegabatur per
locum a speciali, hanc opinionem etiam sequitur Alexan.
in consi. cxxvij. viso processu cause. ij. colum. vers. non obst.
etiam. vij. volu. Ange. aret. in §. pater. ij. colum. versi. quid
de prosoneta. insti. de testa. Corne. in consil. xxxiij. visa co-
pia processus. v. colum. versi. nec obstat. ij. volu. ⁊ Curt. se-
nior in tracta. de testi. in. xliij. conclusione, ⁊ eandem opinio
nem asserendo eam esse cõmunem, sequitur Andr. barba.
in consi. xl. a Joue principium. x. colum. versi. octauo licet
ista. iij. volu. sic ergo ex his concluditur, ẜm cõmunem, ⁊ ve
ram opinionem, q prosoneta, siue mediator, ⁊ ita in casu
isto ista dña Lucia, esto q fuerit mediatrix, potest si velit
etiam vna tantum parte instante, ⁊ altera contradicente te
stificari, ⁊ eius dicto, sicut ⁊ alterius testis credendum est
per predicta. ¶ Posset ⁊ alijs medijs ista secunda oppo-
sitio tolli, sed q2 quod dictum est sufficit, ⁊ tollit omnez diffi
cultatem gratia breuitatis aliter non insisto. ¶ Non obst.
modo q tertio loco opponebatur, q2 primo responderi po
test, q immo non dicitur in aliquo dixisse falsum, q2 non di
citur iuridice probatum contrarium eius, qđ illa deponit.
Et discurrendo vtrunq; dictum, circa principium, dum di-
xit q Pasqua remanserat vidua ex quodam coadiuto-
re ⁊c. dico q hoc non est probatum etiam falsum, nam ex
quo simul cum illo habitabat tanq̃ vxor, potest verosimili
ter dici q fuisset vxor, ⁊ ita ex eo postea remansisset vidua.
¶ Et lz probetur q ille habebat aliam vxorem (posito tñ
q ita pbetur sine veri preiudicio) non tñ sequitur q Pa
squa non fuerit retenta tanq̃ vxor. Nam lz de iure duas
vxores quis habere non possit, de facto tñ sepe videmus
cõtrarium, ⁊ in hac possibilitate, ⁊ verosimilitudine, de qua
20 supra fundatur dictum istius testis, †⁊ qui vult dicere hoc
esse falsum, ⁊ ita de crimine istam testem redarguere, debet
hoc concludenter probare. cuz in criminibus probationes
debeant esse luce meridiana clariores. l. fina. ⁊ ibi per om-
nes docto. C. de probat. vnde cum possibile sit, q fuerit vt
vxor retenta, nõ potest dici q ista testis in hoc dicto falsũ
deposuerit, ⁊ maxime hoc dicendum est in proposito, q2 in
ista teste in hoc dicto, non videtur q possit cadere falsitas,
21 †q2 cum in falso requiratur dolus. l. nec exemplum. C. de
fals. non potest dici, neq; excogitari aliqs dolus circa istud
dictum, cum in se nihil releuet, sed testis ita dixit ex sui cre
dulitate, ⁊ consequẽter si falsum in se esset illa dicitur igno
ranter dixisse, quo posito non procedit regula in cõtrariũ
allegata, vt declarat Bal. in. l. si ex falsis. in fi. C. de trans.
vbi etiam concludit Joã. Maria Riminal. in vlti. colum.
¶ Maxime cum in. d. teste caderet probabilis dubitatio,
q2. s. videbat illam Pasquam habitasse cum illo coadiuto
re, vel forte etiaz illud, qđ deposuit intellexerat ab illa Pa
squa, qñ. n. cadit probabilis dubitatio dictum Bal. in. l. si
ex falsis. procedit sine scrupulo, vt declarat ibi Alex. in vl-
tima colum. ⁊ Fely. in. c. fraternitatis. colum. fin. versi. sed
primo fallit, de heret. ¶ Preterea testis non dixit q Pa
squa fuisset vxor illius coadiutoris, sed q remanserat vi-
dua ex eo, quod quidem stare potest etiam, q nõ fuerit ma
22 ritus eius, †cum vidua ẜm propriam significationem dica
tur que est sine viro, vt declarat Abb. in. c. ex tenore. in fi.
de foro compet. ¶ Et maxime illa Pasqua poterat dici
vidua ex dicto coadiutore, q2 post eius mortem remanse-
rat destituta omni auxilio, vt eadem testis deponit, nã mu-
lier terreno auxilio destituta potest dici vidua, vt declarat
Alberic. de rosat. in dictionario suo, in verbo vidua. xiij.
¶ Circa scđm, dum ista testis dixit q matrimonium predi
ctum fuit celebratum in presentia Sancti vulpati, similiter

dico q non probatur falsum, credi eniz debet q fuerit pre
sens, prout testis ista asserit, ⁊ maxime q2 ipsemet Sãctus,
vt ferret testimonium super dicto matrimonio ad instãtiaz
filiorum legitimorum dicti dñi Hieronymi scolaini iura-
mentum suscepit, lz postea (non sine sinistra suspitione) no-
luerit vnq̃ examinari pro dictis filijs, prout etiaz dicit cla
rissimus aduocatus. ¶ Nec obst. q ipse Sanctus postea
pro dicta Pasqua examinatus, neget se fuisse presentem
matrimonio, de quo agitur, qñ illi in hoc credendum non
23 est, nec eius testificatio videtur admittenda, †q2 dicitur in-
famis, ⁊ falsarius, ⁊ velut talis fuit a quodaz officio remo
tus. Item etiam dicitur notorius adulter, ⁊ cõcubinarius,
vt deducitur per clarissimum aduocatũ, hi enim qui istis,
⁊ similibus maculis notãtur, non sunt idonei testes, vt per
Specu. in titu. de testi. §. i. versi. item excipitur q est fur, in
versi. item excipitur q est infamis. ⁊ versi. item q est concu
binarius. ¶ Et ista procedunt etiam si sola infamia facti
24 notaretur. d. Sanctus, †naz cum simus in causa matrimo
niali, ⁊ sic in causa graui, iuxta not. per glo. primam, ⁊ do-
cto. ibi in. c. mulieri. de iureiuran. etiam sola infamia facti
notatus non dicitur testis integer, vt not. in. l. cassius. ff. de
senat. ⁊ per glo. ⁊ Bar. in. l. iij. §. due cause. ff. de carb. edic.
cum simi. vt scribit Alex. in consi. clij. viso processu cause.
ij. colum. v. volum. qui proprie loquitur in causa matrimo
niali. ¶ Qui etiam subdit, q de iure canonico hoc non vi-
detur dubium, cuz in eo vt testis repellatur, sufficit q sit ve
re criminosus, lz non sit per sententiam damnatus, iuxta.
25 c. super eo. el primo, de testi. †in causa autez matrimoniali,
de qua agitur, non est dubium q iuri canonico standuz est,
vt in. c. fi. de secun. nup. ⁊ dixit Alexã. in loco preallegato,
ergo ⁊c. ¶ Immo videtur generalius posse dici, q quili-
bet vitiosus potest a testimonio repelli, vt per Specu. in ti
tu. de testi. §. fi. prope fi. ibi ⁊ generaliter. sic ergo debet iste
Sãctus, qui viciosus probat, a testimonio repelli. ¶ Nec
dicatur q lz fuerit, non tñ est ad presens viciosus, q2 im-
mo etiam de presenti est talis, vt ex processu constat, ⁊ vbi
non ita probaretur, de iure presumeretur, vt per Spec. in.
d. §. j. versi. item q olim fuit criminosus. ⁊ ibi hoc sequitur
26 Joan. and. in additione parua. ¶ †Et in specie q infamis
infamia facti in causa matrimoniali non sit idoneus testis,
determinat Jaco. de sancto Georgio in. l. testiuz. §. l. iulia.
iij. colum. ff. de testi. ¶ Et maxime isto casu dictum predi-
cti Sancti non est attendendum in fauorem. d. Pasque,
q2 dicitur fuisse eius concubina, ⁊ adhuc durat affectio in-
ter eos, iuxta no. per Bal. in. l. ij. in vltimis verbis. C. de te
stib. ⁊ per Ange. in. l. sed si quis. §. j. in fi. ff. si quis cautio. ⁊
tradit excellẽs aduocatus. ¶ Et si quis velit q iste San-
ctus in totũ non repellatur, negari tñ non potest quin pro
pter predicta plurimum de eius fide diminuatur, vt tradit
Crot. in trac. de testi. car. ix. in. iiij. colum. quo posito sequi
tur q magis attendi debet dictũ istius dñe Lucie, que om
ni caret suspitione. ¶ Vel saltem q solum dictuz predicti
Sancti non sufficiat ad redarguendam dñam Luciam de
falso, cum hoc esset facere illam criminosam, ad qđ proba
tiones luce meridiana clariores requiruntur, vt. s. dictum
27 fuit. ¶ †Scđo principaliter ad illam tertiam obiectionem
responderi potest, q allegata in ea procedere possent, qñ il
lud, in quo testis dicitur dixisse falsum respiceret substan-
tialia negocij, super quo examinatur, non autem qñ illud
tale esset aliquid alienum, ⁊ extraneum a negocio princi-
pali, ⁊ sic extrinsecus venisset considerãdum, nec ex eo qua
lificaretur fides ipsius testis. Nam tunc falsitas super eo,
⁊ minus varietas nõ viciaret dictum testis in negocio prin
cipali recte, ⁊ concludenter deponentis, q2 ex tali falsitate
28 testis non dicitur periurus, †cum sit q iuramentum simpli
citer prestitum per testem non debet referri ad impertinen
tia, ⁊ extranea, ita singulariter declarat Bald. in. d. l. si ex
falsis. in fi. C. de transac. vbi etiam Saly. in fi. ⁊ alij sequun
tur, maxime Jas. ⁊ Riminal. ⁊ fuit hoc dictum Specu. in
titu. de teste. §. j. versic. item q aliquid de suo addit. tradũt
Inno. ⁊ alij Cano. in. c. fraternitatis. de hereti. maxime Fe
lyn. colum. fina. docto. maxime Alex. ⁊ Moder. in. l. i. §. si
quis simpliciter. ff. de verbo. obli. ⁊ Dec. in consi. cv. ⁊ pro
tenui. iij. colum. ⁊ in. d. consil. clxiij. vj. colum. tradit etiam

Corne.consil.cxlix.visis nõnullis.colum.fina.ij.volumi.&
est de intentione Bar.in.l.eos.ij.colum.ff.ad.l.cornel.de
fals.dum dicit varietatem testis non circa principale nõ vi
ciare testimonium,prout etiam dixit Alexan.in consi.v.in
causa inquisitionis.iij.colum.j.vol.Sed sic est ꝙ ea in qui
bus ista testis redarguitur de falso non respiciunt negociũ
principale,sed aliena ab eo, & extranea sunt, & extrinsecus
veniunt consideranda, ergo ex tali falsitate, posito qđ ita
esset,non debet dictum eius super negocio principali re-
probari.¶ Istud autem de se notissimum est, nam ꝙ Pa
squa remanserit vidua ex illo coadiutore, vel nõ, nihil per
tinet ad matrimonium contractum cum ea per dictum ma
gistrum Paulum marangonum,similiter etiam ꝙ dictus
Sanctus fuerit presens tali matrimonio,vel non,nihil ad
illud pertinet, si aliunde, ꝗ̃ ab eo legitime tale matrimo-
niũ probatur,prout vere,& ꝯcludenter probatur per duos
testes predictos.¶ Demum non ob.quarta obiectio,qꝛ le
uissima est,& nullius momẽti,in primis.n.tollitur per scđaꝫ
responsionem.s.dictã ad tertiam obiectionem, qm̃ ꝙ in ce
na illa fuerint facte nuptie satis laute, vel ne, non pertinet
ad veritatem matrimonij,qđ concludenter probatur, & de
quo principaliter agitur,sed ab eo est quid separatum,& ex
trinsecus considerandum venit.¶ Scđo etiam dico ꝙ li-
cet dña Lucia nõ fuerit presens tali cene,& nuptijs, de qui
bus testificatur,tñ testificatio eius intelligi debet de audi-
tu,& quatenus illi relatum fuit,& eo modo potest de illis te
29 stificari,licet non interuenerit.† Debent enim dicta testiũ
adiuuari,& suppleri,non autem calumniari, ſm Bald. in.
l.de quibus.colum.fina.ff.de legibus.& in.c.preterea.de te
sti.tradit Alexan.in consi.cxlix.viso processu.secunda co-
lum.quinto volum.& in consilio.cj.super primo dubio.vj.
colum.iij.volumi.& Deci.in consil.cclxxj.viso processu.j.
colum.cum multis alijs,qui ad hoc allegari possent.¶ Et
ex his defendit totaliter depositio istius do.Lucie. ¶ Et
vbi quis pertinaciter vellet, ꝙ per allegata ꝯtra eaꝫ fides
eius esset in aliquo diminuta(quod tñ est omnino falsum)
dicendum est ꝙ suppletur ex integerrima fide alterius te-
30 stis.s.don Hieronymi de caliarijs.† Ipse enim cuꝫ sit opti
me conditionis,& fame,& in sacerdotali dignitate constitu
tus, dicitur maioris fidei ꝗ̃ sint alij testes, iuxta nota. per
Abb.in.c.ad nostram.de probat.cum concordan.vt scri-
bit Alex.in consil.xliij.ex his que prope fin.vij.volu. eius
ergo fides integerrima supplere dicitur defectum dñe Lu
cie si quis esset,ita vt per hos duos testes plena probatio
dicatur fieri,vt per illum tex.no.Bal. & Ang. in.l.si quis
ex argentarijs.§.i.ff.de eden.& tradit Cor. in consil.cxlvij.
viso processu.iiij.colum.ij.volu.& in consi.xciiij.viso proces
su.iij.colum.iij.volu.¶ Sed aduertendum est, qꝛ videtur
per istos testes non fieri plenam probationem,eo qꝛ viden
tur varij,& singulares in eorum depositione,nam don Hie
ronymus dicit ꝙ ipse fecit verba matrimonialia iter Pa
squam,& Paulum predictum. At dña Lucia dicit ꝙ ta-
31 lia verba fecit quidam dñs Righetus notarius,† quilibet
enim eorum in suo dicto videtur singularis, & ideo non vi-
detur ꝙ probet.l.iurisiurandi.C.de testi.cum simili. immo
videtur ꝙ tanꝗ̃ varij sint repellẽdi,arg.l.qui falsa.ff.de te
sti.¶ Uerumtñ ad hoc etiam de facili respõdetur, & ex pre
dictis colligitur responsio,dico enim in primis ꝙ isti duo
testes,in eo,de quo probando agitur sunt contestes, & con
cordes,vcꝫ ꝙ magister Paulus cõtraxerit matrimoniuꝫ
cum Pasqua,nam quilibet ipsorum testiuꝫ deponit de ip
sis verbis matrimonialibus factis de presenti inter illos,&
ꝙ erant presentes,& in eodem loco,vt ex eorum depositio-
ne constat,sunt ergo contestes,& cõcludenter matrimoniuꝫ
predictum(de quo solo probando agitur) probant ,& hoc
sufficit,varietas autẽ super eo,qui fecerit verba matrimo
nialia non debet depositionem testium viciare in eo,in quo
sunt concordes,cum illa respiciat aliud,ꝗ̃ essentiam matri
monij,& iam.s.dictum est,nedum varietatem,sed nec falsi
tatem in extrinsecis viciare testificationeꝫ.¶ Et hoc ex eo
maxime dicenduꝫ est in casu isto,qꝛ predicti testes in eo, in
quo varij videntur,non se firmant,qꝛ nullus eorum de hoc
recordatur,ita vt precise afferat,qđ dicit,nam ille don Hie
ronymus,dicit ꝙ iudicio suo(ꝙ est dicere,si bene recorda-
tur)ipse fecit verba contractus matrimonij,& sic non om-
nino illud affirmat,dña autem Lucia dicit ꝙ non recolit,
quis fuit sermonis istius matrimonij celebrator, sed cre-
dit fuisse dñm Righettum notarium, & sic etiam ipsa non
omnino affirmat,sed dubitatiue deponit super eo, & iuxta
suam recordationem,de qua tñ non confidit,& sic recte in-
tuendo, vterqꝫ eorum vult dicere, lꝫ ita mihi videatur , tñ
non omnino firmo,sed remitto me ad veritateꝫ,sic igit̃ seq
tur ꝙ varietas ista alleg.non est certa, iõ non dꝫ ex ea vi-
32 ciari istoꝝ testiuꝫ depositio clara,& certa.† certa.n.sunt ac-
cipienda , & incerta dimitenda,iuxta.c.iuuenis.cũ ibi not.
de sponsa.maxime attento ꝙ non respicit substantialia ma
trimonij,qꝛ siue vnus,siue alter ea verba fecerit, verum est
33 ea facta fuisse,& matrimonium contractuꝫ.¶ † Et qñ don
Hieronymus precise assereret se illa verba fecisse, ei lꝫ soli
in hoc esset credendum,cum deponat de facto proprio,ꝑ-
ut singulariter determinat Salyc.in.l.si quis decurio.iiij.
opposit.C.de fals.cum concordantibus,vt per Alex. con-
si.clxvij.in causa vertente.colum.fin.vij.volu.¶ Reiectis
itaqꝫ omnibus, que contra predictos testes opponeban-
tur,remanet eorum testificatio iuridica,& omnino attẽden
da per predicta,& sic remanet firma conclusio ꝙ predictuꝫ
matrimonium inter Pasquam,& Paulum marangonuꝫ
legitime dicitur probatum per predictos duos testes, qui
clare,& explicite de veritate ipsius deponunt.¶ Immo di
co,ꝙ si etiam esset vnus solus testis de veritate in casu isto
ꝓbaret, attento ꝙ cum eo ꝯcurrerent depositiones multo
rum testium de fama dicti matrimonij, & plures alie conie
cture,seu presumptiones predicti matrimonij, vt ex proces
34 su constat.† Nam in casu matrimonij non est dicenduꝫ, ꝙ
requiruntur meliores probationes, ꝗ̃ in causa criminali,
cum in ea requirantur probationes luce meridiana clario-
res.l.fi.C.de proba.& .s.dictum fuit, sed vel pares proba-
tiones sufficiũt,si velimus ꝙ cause criminali equiparetur,
vel faciliores negando illam eqparationeꝫ,prout certe ne
35 ganda est,vt superius dictũ fuit.† sed sic est ꝙ in causa cri-
minali vnus testis de veritate,duo de fama cum alijs con-
iecturis,puta cũ aliquo indicio legitime probato probant
concludenter delictum,vt per Bal.in.l.si quis ex argenta
rijs.§.j.in.iiij.nota.ff.de eden.& per Are.in.c.veniens.vij.
colum.ff.de testi.vbi etiam tradit Felyn. plura congerens,
in.v.colum.versi.sed limita primo.& per Crot. in tract. de
testi.car.ix.colum.iij.versic.quarta conclusio. ergo multo
fortius hoc dicendum est in causa matrimonij,& sic in casu
isto,in quo(vt dixi)nedum vnus,sed duo testes sunt de ve-
ritate,& multi de fama,& etiam plures,& diuerse estant con
iecture legitime probate,vt constat ex processu,& eas pro-
sequtur clarissimus aduocatus,ita in proposito arguit Are
ti.in consi.xiij.viso diligenter.vj.colum.& Dec.in ꝯsi.clxiij.
in causa matrimoniali.colum.fina.¶ Hoc tñ ex abundan
ti dictum sit.Cuꝫ per dictos duos testes de perse perfecta
probatio habeatur.Et propterea breuitati ꝯsulendo, non
prosequar,nec instabo super probatione fame , & plurium
coniecturaruꝫ,seu presumptionis predicti matrimonij tan
quam super non necessario,sed de his remitto me ad pro-
cessuꝫ,& ad clarissimũ aduocatum qui diligẽter omnia con
siderat, satis enim est in proposito matrimoniũ predictum
per prenominatos duos testes concludenter probari,vt ex
predictis cõstat.¶ Scđm autem,de quo.s.vcꝫ ꝙ do.Hie
ronymus sciret predictum matrimonium etiam satis dici-
tur probatuꝫ,vt elegãter deducit insignis aduocatus, & ex
pluribus,& maxime ex eo,ꝙ de tali matrimonio in loco,in
quo habitabat cõuersabatur,& viuebat do. Hieronymus
erat publica vox,& fama,prout per multos testes clare de-
36 ponitur.† Est enim in iure cõmunis, & verissima conclusio
ꝙ eius,qđ publice scitur,& cognoscitur,presumitur scien-
tia,& cognitio apud eos qui in loco conuersantur, & habi-
tant, vt voluit gl.in ver.ostenderis.in.l.si tutor petitus.C.
de peric.tu.& ibi illam glo.not. & sequuntur Barto.Bal.
Ang.& Saly.& alij docto.cõmuniter,idem not.gl. in ver.
cognouerint.in.§.qui enim excusare.insti.de excusa.tu.vbi
etiam hoc sequuntur doc.maxime Ang.are.est etiam glo.
in verbo allegans.in.c.j.de postul.prela.vbi etiam docto.
tradunt.¶ Facit etiam glos.cum multis concordantibus
in ea

37 in ea allegatis in.c.qđ dicitis.xvj.distin.†& ꝙ presumatur scientia eius,de quo est publica vox,& fama,ↄcludit Barto.in.l.quidam decedens.§.fi.ff.de admi.tu.in.l.is potest. mihi in.v.colum.ff.de acqui.her.dum querit,qualiter scientia probetur,in.l.absenti.j.colum.ff.de donati. in.l.celsus. iiij.colum.ff.de vsucap.in.l.qui rome.§.duo fratres. in.iij. q.ff.de ver.obl.& in.l.si cui.§.hisdem.ff.de accusa.idem voluit Bal.in.l.vnica.in fi.prin.C.de cadu.tollen.vbi etiam idem dixit Jaco.de sancto Georgio,Bal. in.l.quicūq3.j. colum.C.de ser.fugiti.& in consi.ccccxxxiiij. premittendu3 est.v.volu.Ang.in.l.& si scisses.C.de admi.tu.Saly.in.l. ea quidem.colū.xxix. & in.l.qui de crimine.iij.colum.C.de accusat.& in.l.j.C.de his qui latron.in fi.hoc etiam tradūt Jmo.Alex.& alij in.d.l.is potest. maxime Jas. colum.xij. ver.extra istas fallentias.qui etiam idem scribit in.l.si per errorem.iij.colum.ff.de iurisdi.om.iudi.versi.sexto limita. dñs Alex. in consi.xxxvj.visis his.ij.colum.j.volu.domi. meus Soci.in consi.xlix.capio primum.vij.colum.And. barba.in consil.xvij.a Joue principium.v.colum.iij.volu. Hippoly.de Marsil.in consi.cvij.post redditū consilium. iij.colum.& Deci.in consi.cliiij.casus de quo queritur.post medium.cum concordantibus,de quibus in locis predictis,& tradit etiam hoc insignis doc.dñs Joā.franc.balb. in repe.d.l.celsus.de vsucap.colum.xx.in ver.septima conclusio &c. Ex his ergo concluditur,ꝙ dictus dñs Hieronymus sciebat predictam Pasquam coniunctam esse matrimonio cū dicto magistro Paulo,vel saltem ꝙ scire presumebatur.¶Et licet aliqñ ṡm aliquos ignorantia per iuramentum probetur,tñ illud non potest procedere in casu isto ex multis,maxime cū ia3 ille sit mortuus,& de sua ignorantia iurare non possit,imo si esset viuus non iuraret,cum alias fassus fuerit se scire predictum matrimonium, vt in processu cōstat,& tangit clarissimus aduocatus.¶Et predicta ↄfessio,seu assertio etiam ꝙ fuisset facta absente parte in proposito sufficeret ad probandam malam conscientiam dicti dñi Hieronymi,cum istud pendeat ab eius solo

38 animo.†Mala enim fides,& scientia alicuius rei, probatur si constet eum coram aliquibus dixisse se id scire, scdm Bar.in.d.l.celsus.de vsucap.loco preallegato,refert,& in pulchro casu sequitur Alex.in cōsi.clxxxvij. in hac causa. iij.colum.ij.vol.vbi etiam ad hoc plures alleg.vt per eum, & And.barba.in consi.lij.illud in medium afferam.vij.colum.iij.volu.

39 ¶†Stante igitur matrimonio predicto,cum scientia dñi Hieronymi,sequitur ꝙ liberi nati ex ipsa Pasqua,& dño Hieronymo,non possunt aliquo modo dici legitimi,cu3 inter eos matrimoniū fieri non potuerit vtroq3 eorum sciente impedimentum, & sic existente in mala fide, iuxta not.in.l.qui contra.C.de inces.nup.& in.c. ex tenore. qui filij sint legiti.cum simi.¶Non omitto ꝙ vbi scientia dñi Hieronymi non fuisset probata,posset dici filios eius, & dicte Pasque non fuisse legitimatos per assertum subsequens matrimonium,

40 †nam illud qđ dicitur in.l.qui contra.C.de incest.nupt.& in.c.ex tenore. qui filij sint legiti. de ignorantia alterius coniugum,vt.s.propter eam filij legitimi dicantur,videtur ꝙ debeat intelligi respectu filiorū qui ex tali putatiuo matrimonio nascuntur postꝗ̄ contractu3 fuerit,l3 inualide,nam cum ipsi nascantur in figura matrimonij,satis conuenit bonam fidem parentu3 eis prodesse, & ita proprie loquitur.d.c.ex tenore.vbi hoc clare videtur probari,dum dicitur,& dum ipsa coniux legitima putaretur,filium ex eadem suscepit &c.non autem videtur ꝙ procedere possit,qñ filij per prius erant nati ex coitu damnato,prout in casu nostro ex adulterio, nam cum ipsi iam ex adulterio nati fuerint,& sic extra figurā matrimonij, & tempore quo de matrimonio non cogitabatur, nec etiam aliquo modo contrahi poterat,non videtur rationi cōsonu3, ꝙ ex asserto postea subsecuto matrimonio(nullo iure valido)legitimētur,etiam posito ꝙ dñs Hieronymus ignorasset impedimentu3,

41 †nam legitimatio que fit per subsequēs matrimonium procedit per fictionem translatiuam, q2.s. matrimonium,qđ sequitur retrotrahit ad tempus conceptionis filiorum,& sic per talem fictionē3 illi videntur nati ex legitimo matrimonio,ita tradunt Albe.Bal.Ange.& alij in.l.paulus.alias incipit eum qui.ff.de sta.homi.& tradunt Cano.in.c.tanta.extra qui filij sint legit.

42 †ista autem fictio requirit duo extrema,& sic duo tempora habilia, vc3 extremum,a quo habile essentialiter, & vere, & extremum, ad quod habile potētialiter,put declarat Bart.& omnes sequuntur in.l.si is qui pro emptore.mihi colum.xxj.ff.de vsucap.sed in casu isto nullum extremum esset habile, ergo &c.Extremum enim a quo, vc3 tempus quo assertum matrimonium de contractu non potest dici habile essentialiter,& vere,q2 matrimonium tale fuit omnino inualidum propter impedimentum,de quo.s.& extremu3, ad qđ etia3 non potest dici habile potentialiter,q2.s.tempore quo dicti filij fuerunt concepti,tale matrimonium inter dñm Hieronymum,& Pasquam contrahi non poterat, cum illa iam esset alij nupta,

43 †pro regula enim dicitur,& omnes consentiunt,ꝙ per subsequens matrimonium non fit legitimatio iam natorum, qñ parentes tempore conceptionis matrimonio non poterant coniungi,vt est text.in.§.fi. institu. de nup.& in.l.cum quis.in prin.C.de natu.lib.& probatur etiā in.d.c.tanta. & hoc propter inhabilitatem extremi, ad qđ vt declarat Cur.post multos ab eo relatos, in consi.lxxiij. super memorata.colum.xxvij.& Cardi.Alex. in.d.c. tanta.in pluribus locis,maxime in.vij.q.merito ergo non videtur ꝙ ista fictio translatiua possit in casu isto adaptari,& per consequens videtur ꝙ per istum modum isti filij Pasque,non possent dici legitimati,cum essent spurij,

44 †& alias dicitur per rationem predictam, ꝙ spurij per subsequens matrimonium non possunt legitimari,prout post Ricard. malumb.Guil.& Cy.dixit Bal.in.d.l.paulus. de sta. homi.vbi etiam alij sequuntur,& tradit Bal.in.l.ex libera.C. de suis,& legit.& est verissimum dictu3,pro quo videtur casus in.d.c.tanta.ibi spurius erit filius,& ab hereditate repellendus &c.& ibi tradit Alex.in.iij.not. dicens ꝙ natus ex coitu adultero non legitimatur per sequens matrimonium.

45 ¶†Et l3 glo.scđa ibi hoc videatur velle ꝙ ignorantia alterius sufficit etiam tempore conceptionis, & doctor. videantur glo. illam sequi, tñ forte de iure opi.gl.non procedit per predicta,vel saltem debet intelligi, qñ ex post matrimonium de iure tenuit,prout glos.loquitur relata ad illum text. non autem qñ,nec ab initio contrahi potuit, nec ex post contractum valuit,prout est casus noster. Tunc.n. duo adsunt impedimenta,que sine dubio magis obesse debent,ꝗ̄ vnum solum,vt in casu glo.super hoc tñ non curo insistere,neq3 de veritate eius vltra querere, q2 in proposito non est necessarium,tum q2 vt est dictum,scientia domi. Hieronymi dicitur satis probata,tū etiam per ea que.j.dica3.

46 ¶†Posset etiam dici in proposito,& probabiliter ꝙ ignorantia dñi Hieronymi(posito ꝙ affuisset)non potest operari legitimationem filiorum predictorum,q2.s.matrimonium assertum inter eum,& Pasquam non fuit publice,& in facie ecclesie contractum,sed potius clandestine, & ideo filij non debent dici legitimi,vt in.d.c.ex tenore.& ibi tradunt docto.& est tex.in.c.fi.de clande.despons.¶Et ꝙ ita fuerit probatur,

47 † nam matrimonium dicitur contrahi in facie ecclesie,ṡm vnam opinionem qñ seruātur bāna, & solēnitates,de quibus in.d.c.fin.prout ibi voluit glo. & ita etiam tenent Host.& Inno.in.d.c.ex tenore. prout ibi refert Aba.& idem etiam tenet ibi Joan.and.dicens ꝙ hoc est verius,& ita etiam tenet Anto.rosel.in trac.de legitim. car.viij.iij.colum.cum prin.iiij. & hanc opinionem vti meliorem videtur sequi Alex.in.d.c.fi.& in.c.qđ nobis.ij.colum.qui filij sint legitimi.

48 ¶†Uel ṡm aliam opinionem,qñ fit publice coram consanguineis,& amicis,nullo seriose excluso,prout hanc opinione3 refert Abb.in.d.c.ex tenore. & Anto.rosel.& Alex.in locis preallegatis,& videtur ea3 sequi Abb. in.d.c.fi.dicens ꝙ in facie ecclesie dicitur contrahere,qui contrahit coram multitudine, ṡm patrie consuetudinem.Modo dico ꝙ nullum istorum in casu isto interuenit, ergo matrimonium videtur clandestine contractū. ¶Et si dñs Hieronymus ignorabat impedimētum, videtur ignorantiam illam affectasse, & ideo non debet filijs prodesse,vt in.d.c.fi.& ibi Alexan.in.xj.nota.

49 ¶†Immo ex clandestinitate arguitur dolus contrahētium, & presumit scientia impedimēti,vt declarat Bal. in ↄsi.cccclj. visis statutis.colum.fin.v.volu.¶Et ꝙ in casu isto asser-

tum matrimonium non fuerit contractum in facie ecclesie, quacunq; opinionem teneas, ex predictis probatur, nam de prima opinione non est dubium eam non fuisse seruatam, q2 nulla bāna in ecclesia facta fuerunt. ¶ Scd'a autem opinio similiter non fuit seruata, q2 nullus consanguineus interuenit, immo seriose filijs, & alijs eius coniunctis exclusis, seu non vocatis, fuit tale matrimonium contractum, in domo vilis hominis, & coram paucis hominibus similis cōditionis, solum pro testibus adhibitis, & secrete, nec fuit seruata consuetudo patrie, s'm quam homo nobilis, prout erat dñs Hieronymus solet coram magno numero nobilium contrahere, & ideo videtur optima ratione concludendum matrimonium fuisse clandestinum, si enim publice iuxta patrie consuetudinem fuisset contractum, certe fuisset ab aliquo oppositum impedimentum alterius matrimonij dicte Pasque, cū de eo esset publica vox, & fama. Et istud fundamentum (ni fallor) est concludentissimum, quod tñ sit dictum ex abundanti, & super eo vltra non instabo tanquā super non necessario. Sed ex predictis ɔcludo ex hoc principali, & clarissimo fundamento, vz q2 do. Pasqua erat ɔiuncta matrimonio predicto Paulo, filios eius nō posse dici legitimatos per assertum subsequens matrimoniu3 inter eam, & dñm prefatum Hieronymum, & consequenter illos dño Hieronymo eo2 patri succedere non posse. ¶ Et stante isto fundamento, cum concludentissimu3 sit, & per se solum sufficiat ad victoriam non esset vlterius laborādu3. Ex abundanti tñ ponam, & aliud fundamentu3. ¶ Scd'm igit' principale fundamentum est, q2 dictum assertu3 matrimonium fuit nullum ex persona dñi Hieronymi, q2.s. ipse per sedem apostolicam prohibitus fuerat matrimonium contrahere post mortem Laure eius tertie vxoris, cu3 qua incestas nuptias contraxerat, prout hoc expresse patet in dispensatione super talibus incestis nuptijs facta, dum in ea dicitur, ita tñ q2 eorum alter superuiuens perpetuo remaneat absq; spe coniugij &c. nec videtur dubitandum de

50 potestate Pape circa hoc, † q2 cum simus circa spiritualia, in qbus Papa dicitur.s. omnes, &.s. ius, & omnia potest, vt inquit Egid. bellam. in consi. xl. factu3 est tale anno a natiuitate Dñi &c. vj. colum. in prin. & probatur in.c. proposuit. & ibi tradunt docto. cum multis simi. de conces. preben. Papa potest regulariter qdcunq; voluerit ordinare (& prohibēdo, & permittendo matrimonia) s'm qd ei visu3 fuerit iustas causas expostulare modo non peccet, vel faciat contra fidem, vt plene declarat Pet. de ancha. in consi. ccclxxiij. reuocatur in dubium. per totum, & in ɔsi. ccccix. viso. ij. colum. & idem dicit Alex. in.d.c. qui nobis. ij. col. q2 de matrimonio disponere spectat solum ad Romanum Pontificem, cum igitur prohibuerit predictum do. Hieronymum post mortem tertie vxoris contrahere matrimonium, debet talis prohibitio omnino seruari, & quicquid in contrarium actum est, debet dici nullum tanq2 factu3 contra

51 tra prohibitione3 Dei, † q2 quicquid agit Papa, agit tanquam Deus, cum eius potestas ex Deo sit. c. nouit. & ibi per Dec. de iudi. & in.c. inter corporalia. de transla. episco. cum simi. & declarat Cardi. Alex. in.c. per venerabilem. §. j. colum. cxxj. qui filij sint legit. facit.c. vt cōstitueretur. l. di

52 stin. ibi alioquin contra claues &c. † vult enim ibi lex q2 contra potestatem clauium, quin Papa omnia possit, disputandum non est, non enim his que a Papa fiunt, vel ordinantur resistendu3 est, aut contradicendū, sed oīno acquiescendum, & seruari debent. c. si papa. xl. distin. c. aliorum. & c. cuncta per mundum. ix. q. iij. cum simil. & tradit Spec. in ti. de leg. §. nunc ostendendum. ver. lxxxix. & Petr. de anchara. in.d. consi. ccclxxiij. colum. ij. & procedit hoc etiam si quid graue, & quasi intollerabile iusserit, aut ordinauerit, iuxta.c. in memoria3. xix. distin. & c. contra morem. c. distinctione. ¶ Faciat ad propositum. l. non dubium. C. de leg.

53 &c. que contra ius. de regu. iuris. lib. vj. † nam si qd fit lege prohibēte dicitur nullū, vt ibi fortius, qd fit Deo, seu eius vicario prohibente, debet dici nullum. cum ipse (presertim in spiritualibus) dicatur lex animata in terris, dicitur eni3 omnia, & supra omnia, vt per Bal. in. l. barbarius. j. lect. in fi. ff. de offi. pretor. & per Barbat. in.c. nouit. xix. colum. de iudic. & potest per omnia facere quicquid placet, vt per

dñm Maria. soci. auum meum in consi. xiij. presens consultatio. v. colum. vbi plura congerit de auctoritate Pape. ¶ Et cum Papa fecerit hanc prohibitionē ex certa scientia, non debet in dubium reuocari, sed ad vnguem seruari, vt in simili scribit Dec. in consi. cccclxiij. in causa que nomine. iij. colū. ¶

54 † Facit etiam q2 Papa certis personis, maxime ex causa potest prohibere matrimoniū, vt scribit Alexan. in consi. j. circa primum dubium. iij. colum. in princi. ij. volu. & intelligi debet q2 possit prohibere cum effectu, idest vt si contrahatur sit nullu3, s'm tñ ea que.j. dicam. ¶ Stāte itaq; valida prohibitione ista per sedem apostolicam facta, de quo non est dubitandum per predicta, & etiam q2 talis prohibitio fuit facta sic iure cōmuni dictante, iuxta.c. transmisse. in fi. de eo qui cogno. consan. vxo. sue. Immo a iure cōmuni diceretur facta prohibitio per illum tex. etia3 q2 Papa expresse illam non fecisset. Dico q2 assertum matrimonium cum dicta Pasqua contractum per dictū do. Hieronymum, vt.s. prohibitum dicitur fuisse ipso iure nullum, & ita per iudicem declarari debet per regula3.d.l. non dubium. &.d.c. que contra ius. & per.s. dicta, & etia3 per ea que statim dicam. ¶ Solum ergo difficultas videtur consistere in his, que.s. in contrarium allegata fuerunt, quapropter pro eoru3 resolutione, & pro ipsa veritate apertius demonstranda plenius materiam attingendo aduertēdu3

Dirigat Dñs verba mea in via veritatis ⁊ iustitie. ¶ In causa nobilis viri dñi Joã. böromei, qui inquiriꝛ, ⁊ citaꝛ, q comppareat corã Magnifico, ⁊ clarissimo Ptãte Padue, eo q asseriꝛ q cũ duobus socijs eius vxoreꝫ ⁊ cũ ea repertũ adulteruꝫ interfecit, ⁊ cum eo ẽt citanꝛ, ꝗdam, qui asseruntur secuꝫ interuenisse. De duobus queriꝛ. ¶ Primo vtꝝ ipse dñs Jo. cum sit clericus possit declinare foꝝ, ⁊ cũ eo ẽt idem possint, qui asseruntꝛ in eodem actu interuenisse, ita vt oẽs ad iudicem ecclesiasticũ dimittendi sint. ¶ Scd̃o vbi Magnificus dñs Ptãs nollet eos, vel eoꝝ aliquos dimittere, ⁊ pati declinationeꝫ 1 fieri, ꝗriꝛ, vtꝝ pdicti possint se defendere per pcuratoreꝫ. ¶ † Circa pmum puto breuiter ꝯcludendũ in primis q ipse dñs Joannes cũ sit clericus absq3 aliqua dubitatione d3 posse declinare forum, ⁊ oino debet remitti ad iudiceꝫ ecclesiasticũ vt est tex. in. c. si iudex laicus. de sen. excõmu. lib. vj. Sed vlterius dico, qꝺ ideꝫ dicenduꝫ est, ⁊ de his qui socij in negocio fuisse asseruntꝛ, ⁊ sic de eodem delicto impetuntꝛ, ⁊ hoc ea rõne fieri debet, q2 cuꝫ omnes habeant eãdem cãm, ⁊ pro eodem crimine requiranꝛ, ne cause continentia diuidaꝛ, iuxta. l. nulli. C. de iudi. ⁊ ne sequaꝛ absurduꝫ, q ferantur ꝯtra eos aduersis iudicibus diuerse, ⁊ forte ꝯrie snie, iuxta not. in. l. i. ff. de qbus reb. ad eundeꝫ iudi. ⁊ dẽnt omnes eẽ sub 2 eodeꝫ iudice. Et cum dñs Jo. clericus nõ possit esse sub laico iudice. c. si diligenti. de fo. cõpe. † et cum rõne clericatus sit dignior trahit suos ꝯsocios criminis, vt sic oẽs ad eũdem iudicem ecclesiasticũ debeãt remitti. Ista est notabilis decisio dñi Maria. socini aui mei in. c. fi. in. xj. arti. in. vij. fallen. de mutu. peti. vbi expresse dicit, q si plures sint de aliquo crimine inquisiti a iudice seculari, quoꝝ aliqs sit clericus, ⁊ alij oẽs laici sunt oẽs remittẽdi ad iudicem ecclesiasticum rõne illius clerici. Nam iudex eius. i. ecclesiasticus velut maior. ⁊ dignior. (vt no. in auc. qño opor. epis. ⁊ facit. l. cum nouatione. C. de sacrosan. eccle. ⁊. c. solite. de maiori. ⁊ obe.) trahit ad se minus dignos. iuxta. l. per minoreꝫ. ff. de iudic. ⁊. c. quanto. de iudi. ad qꝺ allegat ẽt decisio. dñi Anto. de prato vete. in. l. i. in fi. ff. que snie sine appel. rescin. ⁊ alios plures doc. vt per eum hãc eãdem decisionem posuit ideꝫ auus meus in ꝯsil. xj. incip. Qm̃ in presentiaꝝ. vj. col. idem tenuit patruus dñs meus, ⁊ dñs Bartho. soci. in. l. cum senatus. ff. de reb. dub. in fi. vbi dicit fuisse ita iudicatum, ⁊ Fely. in. c. i. in. iiij. col. de prescrip. ⁊ Crot. in. l. i. in. v. col. de verbo. obli. Ex his ergo ꝯcludiꝛ omnes istos reqsitos ad iudiceꝫ ecclesiasticũ remittendos. ¶ Circa scd̃am. q. p eius resolõne necesse est videre, q̃ pena veniret pdictis iponen3 da. † Nã si pena sanguinis, ⁊ capitalis esset iponenda, certe non possent audiri p pcuratoreꝫ. vt. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. ⁊ c. in crialibus. v. q. iij. si vo alia pena, non tñ maior relegatione, ⁊ tunc per pcuratoreꝫ deberent audiri, vt plene tradiꝛ in. l. seruum quoq3. §. publice. ff. de pcu. in gl. magna, vbi etiã Bar. ⁊ alij, ⁊ est gl. in. c. si qñ. ij. q. vj. vt pleue etiaꝫ declarat Arch. in. d. c. in criminalibus. Uideamus igiꝛ qua pena essent puniendi crimine pbato. ¶ Et pma fronte vꝛ q debeant pati penã capitalem, cũ de du4 plici homicidio regranꝛ. † Nemini. n. dubiũ est homicidas capitali pena feriendos. vt. ff. ⁊. C. ad. l. corne. de sicca. p totos, ⁊ cum tale homicidiũ sit certũ, non vꝛ vlterius disputandũ. Sed tñ hoc non obstãte, ⁊ de plano dico, q nullo mõ aliqs istoꝝ venit capitali pena puniendus, per ifrascripta, ⁊ per ꝯs sequiꝛ q per pcuratoreꝫ audiri dẽant. Et q ita sit vt clarius oia pateãt, pmo loquar de psona dñi Joãnis. Scd̃o de psona alioꝝ, qui asseruntꝛ cum eo interuenisse. ¶ Igiꝛ circa ipsuꝫ do. Joãneꝫ, q capitali pena puni5 ri non dẽat, sunt iura clara. † Nã respectu vxoris ab eo interfecte est casus in. l. si qs in graui. §. si maritus. ff. de sena. ꝯsul. sill. ⁊. l. i. in fi. ff. ad. l. corne. de sicca. ⁊. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. ad. l. iul. ꝺ adul. i qbus clarissime dꝛ, q si maritus vxoreꝫ in adulterio dephensaꝫ interfecerit nõ est capitali pena puniẽdus, s3 ei ignoscẽdũ est, q iustũ doloreꝫ tempare nõ potuit, ⁊ si psona nobilis sit d3 ad tps relegari, ⁊ hoc ideꝫ voluit gl. i. l. nec in ea. in fi. ff. ad. l. iul. de adul. cũ multis siſi. ⁊ declarat do. Alex. in consil. lxvj. incip. Uisa inqsitione. ij. col. i. volu. cuꝫ infinitis ꝯcordan. super quibus non insisto, cum de hoc sint iura clara, vnde non est

6 disputandum.l.ille, aut ille.§.cum in vrbis.ff.de lega.iij.† Respectu vero adulteri cum ea deprehensi est text. in terminis in.l.gracchus.in fi.C.ad.l.iul.de adul. vbi similiter dr̃ q̃ rõne iusti, z irrefrenabilis doloris, si maritus deprehensuz cuz vxore in adulterio occiderit non patieł penaz capitalem, in eo.n. sibi rõne predicta ignoscitur, z debet in exilium mitti qd̕ doc.ibi declarant. vt.s.debeat ad tp̄s relegari, argumen.d.§.imperatores.z.d.l.i.in fi. ❡Cũ igitur iste dñs Joannes sit digna, z notabilis persona, z predicta homicidia cõmiserit, ꝓpter maximum, z iustum dolorem, quez refrenare non potuit, z vltra etiam ꝯcurrerit nox, put videł ſm aliquos requirere.d.l.gracchus.sequitur apertissime ipsum non posse pati maiorem penam relegatione per predicta. ❡Quinimo videtur dñm, q̃ nullam penam pati debeat quasi fecerit actum sibi

7 libere ꝑmissum † ad quod ostendenduz presuppono, q̃ de iure scripto marito ꝯceditur certos adulteros libere occidere, z impune, vt.l.marito.ff.de adul.i.ꝑsonas viles, vt ibi dicił. Alios vo adulteros, z ẽt ipsam vxorem, dicił iure scripto eidem ꝑmitti, vt deprehensos in adulterio occidat quantuz ad penam capitalez tamen et si aliter puniri dẽat per p̄dicta. Et cur non ita impune sit ꝑmissum, pòt allegari illa ratio, q̃.s.ei dał ius accusandi, vt sic per eaz

8 viam vindictã suam ꝓsequał, z adulteria puniant̃, † hoc ita posito, dico, q̃ cũ hodie adulteria ex ꝯsuetudine per iudices non puniant̃, vt magr̃a rex experientia docet, imo si qs maritus de adulterio vxorem, vel adulteꝝ accusaret faceret se cornutuz, z magna infamia notatus omnibus fieret ludibrio, z iudices super tali negocio aditi solent truffari cachinari, z ridere de talibus maritis,

9 † quo factũ est vt vulgo reputeł vilissimus, z ridiculus, z infamis, qui nõ curat ꝓpriis manibus de adulterio se vindicare, sed iudicẽ adit. Ita singlr̃ dicit Pau.de ca.in ꝯsi.cclxxvij.inci. In cã carceratoꝝ.iij.col.ver.iteʒ q̃ fecerunt.ij.vol. Hinc vsu euenit q̃ nullus q non sit vilissimus hõ, q̃rat adulteros accusare, pp q̃ veniũt vt dixi adulteria ipunita, z sine aliquo timore pene legalis adulteri q̃runt adulteria cõmittere, solũ aliqualr̃ retinent̃ timore maritoꝝ pp quẽ refrenał, z cohercet̃ icõtinẽtia luxuriãtis animi, vt sic istis ꝯsideratis dici possit, q̃ ꝯcessio iure scripto data maritis, de qua.s.ex quadã vsu vt castitas (q̃ p̄dita est irrecusabilis) ꝯseruet̃, z ne nobilitas tali nota deturpeł recipiat istã extensionez, vt.s.fiat libera hodie facultas occidẽdi adulteros in flagranti crimine deprehensos, hoc eteniʒ maritis ipune ꝯcesso pterriti adulteri abstinebũt, z ita cohercita ꝯtinẽtia castitatis thesaurus ꝯseruabit̃. ita p has ꝯsiderationes vr̃ determinare insignis doc.do.Jo. neuiza.in suo pulcherrimo trac. qui inscribit̃ silua nuptialis.in.ix.col.v.

10 ꝯfirmo attento zc. ❡† Nõ ẽt rõne alia ꝯfirmat, q̃ qñ agit̃ de dãno irreparabile licitũ est se z honorẽ suũ defendere ẽt ꝯ iudicez.l.ꝓhibitũ. cũ.l.seq.C.de iur.fis.li.x.z tradũt doc.in.l.vt viʒ.ff.de iusti.z iur.ſʒ in ꝓposito agebał, ipsi dño Jo.de dãno irreparabili.i.

11 de dedecore eius, imo z totius familie sue, † que p adulteriũ dicereł denigrata, vt inqt Bal.in ꝯsi.ccccxxvij.incip.Quedã mulier.v.vol. ergo vr̃ q̃ ei impune fuerit licitũ ambos adulteros occidere ita in adulterio deprehẽsos, sic eteniʒ dr̃ honori suo ꝯsuluisse, z adulteriũ punitũ fuisse rõne igił p̄dicte lnie, rõne p̄dicta sibi ꝯcesse, nullã penã pati dʒ, vt est tex.in auc.si qs ei quẽ.C.de adul.z ibi tradũt oẽs doc. Pòt ẽt dici q̃.d.adulter sit vilis ꝯsiderata ꝑsona do.Jo.iuxta theo.Ang.are.in trac.malefi.in gl.in v. che hai adulterata la mia dõna.z per ꝯñs ex hoc ẽt sequił q̃ nullã penaz pati dʒ, vt.d.l.marito.ff.de adul. ❡Quantũ vo ptinet ad ꝑsonas eoꝝ, q simul cũ dño Jo.requirunt̃, aduertẽdũ in ꝑmis est, q̃ audio q̃ vere tales ꝑsone nõ interuenerũt, put ꝓbare pñt, z fiet cuz per suos ꝓcuratores lrime defendent̃. Posito tñ q̃ aliqs cũ do.Jo. fuerit, z ita ꝓbareł, dico q̃ si nõ minorẽ, saltez nõ maiorez penam passuri eẽnt q̃ de dicto.d.Jo.dcm̃ fuerit, vñ tenendo, qd̕ mõ dixi, eũ nullã penaz pati debere, nec ẽt q cuz eo ꝓbareł interuenisse, aliqua pena esset puniẽdus si vo tenemus, q̃ do.Jo.dẽat puniri, nõ tñ maiori pena relegationis ſm p̄dicta, idem ẽt de aliis dõm est.

12 Probał aũt ista ꝯclu.† q̃ qñ aliqd alicui quoquo mõ ꝯcedit̃ (ẽt si ad vidictã sit) pòt ille ad illd̕ peragẽdũ ꝯuocare ꝯiũctos, z amicos, z amici ꝯgregati dẽnt eodem iure cũ p̄ncipali iudicari. iuxta reg.illam q̃ ꝑstans opem z auxiliũ, pari pena dẽat puniri, si non minori.l.si quẽq̃.C.de episc.z cleri.z.l.qsquis.ꝓpe fi.C.ad.l.iul. maie.cuz si.z tradit̃ per Ang.are.in trac.malefi.in gl.z Andreã auxiliatorem.z hoc quasi in teris nr̃is tradit Pau.de ca. in.l.refectionis.ff.com.pred.ponderãdo ad hoc illũ tex.in ver.ego fabriq̃ mei zc.z idem voluit in.l.raptores.ij.col.C.de epis.z cle.v. sed qui si ꝑmittit zc.z in ꝯsi.prealle.cclxxvij.z fuit dictuz Bal.in repe.l.i.C.vnde vi.col.viij. ver.sed qd dicamus zc.idẽ dixit Jas. in.l.ij.ij.col.ver.scdo adde.ff.de iuris.om.iud.cuz multis ꝯcor. de quibus per Hipp.de marsi.in no.clxxv.qd̕ incip. ꝯcesso vno zc. qui inter alios alle.Barth.veroñ.al's cepol.in ꝯsi.iiij.inci. Uisa inq̃sitiõe.ꝓpe fi.vbi dicit q̃ liberauit aliquos ꝯgregatos p quendaʒ ad occidendũ adulterantẽ sororẽ suã, put q̃ occidere in stat. ꝑmittebał, vidit.n.ille frater hoiem illum cum sorore, z q̃ solus accedere timuit, ꝯuocauit amicos, z ita illuz interfecerũt, z postea fuerunt oẽs liberati.

13 † Semp.n.eãdem sniam expectant ꝑstantes auxilium z opem, quã ille, qui est p̄ncipalis per predicta. Eandem dico.i.non maiorez, sepe tñ minorez penã subeunt, iuxta doctri.Saly.in.l.i.C.de rap.vir.z tradit Cepol.ꝯsi.xxvij.inci.Requisitus zc.col.fi. ❡Cuz igił in ꝓposito dñs Joãnes maritus, z p̄ncipalis in illo negocio, vel nullam penã sit passurus, vel saltem non maiorez relegatione ſm preallegata sequił, q̃ idem dõm est de aliis qui cum eo ꝓbarent̃ interuenisse. ❡Cõprobał ista ꝯclu. q̃ (vt nemo negabit) si qs ꝓbabił cum do.Joãne interuenisse, dr̃ tanq̃ accessoria ꝑsona accessisse, quo stante succedit regula, q̃ accessorium dʒ sequi nãm principalis.c.accessoriũ.de reg. iur.li.vj. z.l.iij.ff.de pecul.leg.z hanc rõnez in ꝓposito vr̃ ꝯsiderasse Bal. in.d.l.i.C.vnde vi. Et clarius idem dixit in.l.vt vim.iij.col.ver.ſʒ an vbi est licita.ff.de iusti.z iur. ❡Cum itaq̃, vt ex p̄dictis ꝯstat isti requisiti non possint pati maiorem penã relegatione. Sequił q̃ sicut z dñs Joãnes, ita z illi sint audiendi per ꝓcuratorẽ. Nec dicał, q̃ ꝯstat predictos interfectos fuisset deprehensos in adul-

14 terio. Qm̃ dico, † q̃ imo clare ꝯstat, z oia necessaria notoria sunt, ideo aliqua ꝓbatione non egent, iuxta gl. in.l.ciues.C.de appel. z tradit Bar.in.l.emptorẽ.in p̄n.ff.de act.emp.cum simi. Cõstat enim in primis illam dñam Ludouicam fuisse matrimonio ꝯiunctam cum dño Joãne, z cũ illo adultero fuisse interfectã dum simul, z nudi in lecto iacerent, q̃ sufficit ad ꝓbandũ adulteriũ, cum eniʒ illud per ꝯiecturas ꝓbeł inter cetera hec ꝯiectura sufficiens

15 dr̃, † z ideo dicimus, q̃ paria sũt duos repertos in lecto iacentes, z repertos in adulterio, seu adulterium ꝓbari, z ꝓbari simul in lecto iacuisse, vt inqt Bal.in.c.i.in p̄n.iiij.col. qbus modis feudũ amittatur.ver.quero nunqd sit idem zc.z hoc dictuz Bal.refert z sequitur Alex.in ꝯsil.lxxvij.inci. In causa z lite.i.col.vij. volu. ❡Ex predictis ergo sequił q̃ isti, qui cum dño Joãne inquirant̃ possunt etiam ipsi per ꝓcuratorez cõparere. Nõ dico, non q̃ ipsi vnq̃ fuerunt in tali negocio, z vt dixi ita sunt parati ꝓbare, sed solum, q̃ ꝯtra veritatem eis imputał, q̃ fuerit cum dño Joãne, naz cum velint se defendentes ostendere innocentiã suam petunt eoꝝ ꝓcuratorez audiri, attento q̃ delictũ, de quo inquirit̃, non est talis, ꝓpter qd̕ veniat imponenda pena maior relegatione, ſm predicta. Hec pauca scripsisse volui ad iustitie ꝯseruationez ea libenter subiiciens suppletio.z correc. magnificoꝝ, z excellentissimoꝝ Judicum qbus me plurimũ cõmendo. Laus Deo.

Maria.soci.Senensis patritius Padue legens.1526.

## CASVS

❡Titia Lucensis nupsit Gaio cui fratres Titie noie dotis mille aureos tradiderũt a die ꝯsumati inter Titiã, z Gaium matrimonii.s.octo menses, seu octauo mense Titia epidimie morbo decessit Gaio marito eius eodem morbo, eademq̃ die predefuncto. Et cum illa esset p̄gnans exsecto ventre eius fuit extractus filius (vt asseritur) viuus qui tñ nulla emissa voce, quasi incontinenti (.i. per spaciũ, quo bis dici posset, Credo in deum zc.) apparuit mortuus, supersunt autem fratres Titie, z pater Gai, z sic auus paternus illius sic extracti inter quos ꝯtentio est de dote seu hereditate predicte Titie.

❡Queritur, quid iuris?

## SVMMARIVM

❡Partus ottimestris an possit naturalr̃ viuere, an satis sit quẽ nasci viuum, vt rumpat testamentum patris, z succedat.

❡Regula.l.qui in vtero de statu homi.quomodo intelligatur.

❡Lex ꝑsumit quid esse ſm q̃ frequentius esse solet.

❡Pulchra declaratio circa.l.iura constitui.z duas sequen. fiue eius materie.ff.de legi.

❡Exctus ex vẽtre secto mr̃is mortue, an z qñ equipareł nato.

1 Partus ottimestris ex ventre matris extractus, z statim mortuus, an hereditatem ad auum transmittat.

2 Partus ottimestris statim mortuus, z qui breuissime vixit, an matri succedat.

3 Casus rari z quasi miraculosi in iure ꝯsiderantur, vide.j.nu.26.

4 Mulier

4 Mulier quinquagenaria ⁊ sexagenaria, licet raro, ⁊ quasi per miraculum pariat, nubere potest, vide. j. nu. 33.
5 Partus natus in. 5. et. 6. mense qui nullo modo viuere potest si illico decedat an matri succedat.
6 Mulier potest portare ad plus per decem menses ⁊ duos dies, ⁊ plusq̄ȝ sex mensibus oportet, ꝙ portet.
7 Partus qui est in vtero, an ꝓ nato, quo ad eius commodum, habeatur. ⁊. j. nu. 18.
8 Partus ottimestris ſm medicos nāl'r viuere non pōt, ⁊. j. nu. 12.
9 Opinio inter doctores illa est tuenda, que a pluribus, ⁊ illustrioribus pro vera reputatur.
10 Auctas Hypocratis apud iurisc͞osultos tāq̄ȝ iuridica recepta ē.
11 Judicio peritorum standum est.
13 Tempus legitimum pariendi est in. vij. ix. et. x. mense. ⁊ num. seq.
15 Partus nō sufficit ꝙ viuus nascaꝛ̄, sed opȝ ꝙ eo tpe nascaꝛ̄ quo nāliter viuere possit licet illico ex accidenti moriatur.
16 Partus natus debilis quo ad iuris effectus monstruoso equaꝛ̄.
17 Partus mōstruosus q꞉ inter liberos nō numeraꝛ̄, non succedit.
18 Regula. l. qui in vtero. ff. de statu homi. quomodo procedat.
19 Tutor datus posthumo, si interim administrauit, si nascaꝛ̄ posthumus, vsq; ab initio tenetur actione tutele.
20 Partus natus, qn̄ nāliter viuere non pōt, pro mortuo habetur.
21 Partus in vtero exn̄s non natus nō succedit, nec testm̄ rumpit.
22 Lex dicens, ꝙ natus viuus rumpit testamentum, ⁊ succedit, quomodo intelligatur.
23 Jura adaptanda sunt ad ea, que facile, ⁊ frequēter accidunt.
24 Argumentum a solitis procedit.
25 Partus si dubiteꝛ̄, quo mense natus sit, per locum a cōmuniter accidentibus in nono mense natus presumetur.
27 Filiū ex quinquagenaria natum sicut alios lex recipit.
28 Similiter in nato in octauo mense, licet sit ꝯ̄ cōiter accidentia, ⁊ ad eum iura adaptantur, ⁊ patris testamentum rumpit.
29 Jus disponendo an respiciat id, quod esse potest etiam de raro, si dubium est an ita futurum sit.
30 Lex presupponit ꝙ in vtero p̄gnantis possint esse septeȝ, ideo disponit eligendo viam mediam, ꝙ natus habeat quartaȝ pteȝ, ac si tres in vtero essent, ⁊ nati fuissent.
31 Casus, ꝙ tres in vno partu nascantur, nō est admodū rarus.
32 In lege condenda quid agendum est, si venit casus, circa queȝ ratione rare contingentie dictetur vnum, ⁊ ratione frequentis cōtingentie dictetur aliud.
34 Mr̄imoniū nedū ꝯ̄hiꝛ̄ pp sobolem, sed ⁊ pp seipsuȝ, q꞉ sacr̄m est.
Et ob fornicationem euitandam.
¶ Et bona eius sunt tria, fides, proles, ⁊ sacramentum.
35 Matrimoniū ꝯ̄here pn̄t spadones, dūmodo non sint castrati.
Matrimonium contrahere non possunt castrati.
Nec mulier arctissima.
Quid autem in sene, qui coire non pot est.
36 Partus ottimestris extractus ex vtero matris exsecto, ⁊ sic violenter absq; eo ꝙ aliqua pariendi signa appareant, nullo modo viuere posse dicitur, ⁊ vti abortiuus non succedit.
37 Partus dum est in ventre, portio viscerum matris dicitur.
38 Partus ottimestris quare nunq̄ȝ vel rarissime viuat.
39 Partus ottimestris ex virtute sua naturaliter natus, non violenter, possibile est ꝙ viuat.
40 Partus abortiuus dr̄, qui non ꝓpria virtute, sed violenter egreditur, quantocūq; tpe in vtero matris stetisset.
41 Partus abortiuus an succedat, ⁊ testamentum rumpat. l. quod dicitur. ff. de libe. ⁊ posthu. quomodo intelligatur.

## CONSILIVM XXXV

Dirigat Dn̄s verba mea in via veritatis ⁊ iustitie. ¶ Uisa ac diligēter cōsiderata ꝯtingentia facti. Conclusio per Magnificum, ⁊ excellentissimum Cōsultorem mihi maiorem honorandum firmata, ⁊ per clarissimos subscribentes cōprobata, videꝛ̄ primo aspectu dubitabilis. 1 † Nā videtur ꝙ ille ita in octauo mēse extractus successerit matri eius, ⁊ postea moriens in auum paternum hereditatem transmiserit, q꞉ cum totus, ⁊ viuus, vt presupponiꝛ̄ in lucem venerit, ad nulluȝ declinans mōstrum, vel ꝓdigium rupisset testm̄ patris, vt est tex. in alleg. l. pe. C. de posthu. here. insti. 2 † ⁊ lȝ statim decesserit, tamen vr̄ satis esse, ꝙ aliquo tpe, q̄ȝuis breuissime vixerit, per. d. l. pe. vt voluit Bal. ꝓprie loquens de nato in octauo mēse. in ꝯsi. cxxviij. Ad intelligentiā quoꝝ dubioꝝ. primo volu. repetito in ꝯsi. cxiij. Proponiꝛ̄ ꝙ qdam meꝭ Simon. v. vol. ſm impressionem meaȝ, lȝ ſm aliam impressionem alio numero reperianꝛ̄ ſm ꝙ Cōsultor allegat. Sicut ergo testm̄ patris rupisset, ita videꝛ̄ ꝙ debeat matri eius successisse, ꝓut talem succedere, ⁊ ꝯditionem implere voluit Bal. in predictis ꝯsilijs, ⁊ hoc maxime dōm videꝛ̄, q꞉ licet nati in octauo mense rarissime viuant, tn̄ aliqn̄ reperti sunt viuere ſȝ aliquos, vt etiam per Consultorem adducebaꝛ̄, 3 † vnde cum ēt casus rari, ⁊ quasi miraculosi in iure ꝯsiderenꝛ̄. vt. l. si maior. C. de legi. here. cuȝ simi. allr̄atis ꝑ gl. in. l. ex his. ff. de legi. vr̄ ꝙ etiā istius in octauo mense nati, seu extracti sit talis hn̄da ꝯsideratio, vt matri eius successerit, attento, ꝙ vt dixi aliqn̄ tali tpe nati viuere possunt, ꝓut etiam clarissimus Cōsultor fateri vr̄ dum in articulo de nato in sexto mense rn̄dendo ad tertium argm̄, vult tollere inductionem. d. l. maior. 4 † Sic in simili videmus ꝙ mulier quinquagenaria, imo ⁊ sexagenaria, lȝ raro, ⁊ quasi per miraculum paritura nubere pōt. vt. l. sancimus. la. ij. iuncta glo. C. de nup. ⁊ hoc attento eo ꝙ euenire potest, q̄ȝq̄ȝ rarissime, qȯ tn̄ non ꝯcederetur mulieri, quam exploratum est nullo mō naturalr̄ parere posse ex vicio nature, puta q꞉ sit arctissima, iuxta p̄dicta per patruū, ⁊ dn̄m meum Soci. in. l. i. ij. no. ff. solu. matri. ¶ Et lȝ sup raro ꝯtingentibus iura poni non soleant, qnimo eos casus soleant ꝯtēnere legislatores. l. naȝ ad ea. ff. de legi. q꞉ in his que raro fiunt miraculū diciꝛ̄ in auc. de ꝯsul. ij. col. circa med. col. iiij. ⁊ de miraculosis non soleat esse lex, vt inquit Bal. in. l. iura ꝯstitui. ff. de legi. tn̄ etiaȝ illi casus si ꝯtingant sunt aliquo modo, ꝓut melius pōt per iuris regulas terminandi, vltra qȯ etiam super eis aliqn̄ lex ꝯstituitur. iuxta not. in. d. l. ex his. ⁊. l. seq. ⁊. j. dicetur. ¶ Et ꝙ iste ita in octauo mēse natus dicatur successisse matri, ⁊ fortius videꝛ̄ dōm, 5 † q꞉ etiā si in qnto vel sexto mēse natus fuisset, quo casu ſm oēs ꝯcorditer nullo modo viuere potuisset mr̄i diceret̄ successisse, lȝ illico decesserit, ſm ꝙ videꝛ̄ voluisse Ang. in. l. quod diciꝛ̄. ff. de liber. ⁊ posthu. per tex. in. d. l. pen. C. de posthu. her. vbi ēt ita voluit Corne. ⁊ supra per Cōsulentem tactum fuit. Unde si ita est in nato in sexto mense, qui oium ꝯsensu viuere non pōt, fortius dōm erit in nato in octauo mense, (⁊ sic in casu isto) quem possibile est ſm aliquos viuere lȝ difficile, auc. multo magis. C. de sacrosanc. ecclesi. ¶ Preterea pro ista opinione ⁊ ꝯtra ꝯclusionem clarissimi Consultoris videꝛ̄ virtualiter glo. in. l. septimo mēse. ff. de statu homi. ibi. ergo in sex mensibus, ⁊ vno die potest nasci, ⁊ vsq; ad decimū mensem finitum ⁊c. videntur. n. velle ista verba ꝙ toto illo medio tpe, ⁊ sic etiam in octauo mense poterit nasci ꝑfectus partus, ⁊ vitalis. 6 † Et idem etiam videꝛ̄ sentire glo. in verbo perfecto. in. §. fi. in auc. de resti. ⁊ ea q̄ par. ⁊c. col. iiij. dū dr̄ ꝙ mulier pōt portare ad plus per decem menses, ⁊ duos dies, ⁊ plus q̄ȝ sex mensibus oportet ꝙ portetur. ¶ Demum pro ista opinione facit. 7 † q꞉ cum istum succedere matri sit sibi cōmodum, videꝛ̄ ꝙ eo respectu debuerit haberi pro nato, etiam dum in vtero erat. vt. l. qui in vtero. ff. de statu homi. ⁊ ꝯsequenter, ꝙ ita habitus pro nato matri successerit, ⁊ sic etiam post natus, ⁊ moriens ius suum in auuȝ paternum transmiserit. ¶ His tamen non obstantibus diligentius omnia pensitando verissimam, ⁊ iuridicam arbitror in ꝓposito casu ꝯclusionem iam ab alijs firmatam in fauorem fratrum predicte Titie, hoc, scȝ presupposito vt mihi in facto presupponitur, ꝙ ille extractus (vt in puncto dicitur) esset in octauo mense sue conceptionis, ⁊ licet ista ꝯclusio satis abunde ꝓbata sit per clarissimum Cōsultorem. Tamen vt clarius demōstretur, ⁊ iustitia apertius innotescat, dico, ꝙ ista ꝯclusio triplici via, ⁊ earum qualibet de per se de iure ꝓcedit. ¶ 8 † Prima via est, q꞉ dico, ꝙ licet aliqui ex naturalibus, aut philosophus senserint natum in octauo mense viuere posse, q̄ȝuis rarissime, vt Auerois libr. iiij. de gene. animalium. sanctus Thomas in opusculo de Fato. c. xxviij. ⁊ alij allegati per Consultorem, ⁊ vltra euȝ, ita voluit frater Egidius romanus in libro de formatione corporis humani. c. xvj. Tn̄ in ꝓposito tenenda vr̄ opi. ꝯ̄ria, vcȝ, ꝙ imo partus ottimestris non viuat nāl'r loquēdo. Tū q꞉ vr̄ apud illustres medicos, ⁊ ph̄os, pro veriori recepta, vt attestaꝛ̄ Aulus Gellius in. c. xvj. lib. iij. Dum dicit, hoiem rarenter. vij. mense gigni. viij. nunq̄ȝ. ix. sepe ⁊c. vt. s. per Cōsultorem referꝛ̄. 9 † Nam sicut apud nr̄os doc. si qua sit disputatio, ⁊ ꝯtrouersia, illa opi. tenenda est, que a pluribus, ⁊ illustrioribus ꝓ vera est recepta, iuxta. c. i. ⁊ fi. ⁊ que ibi doc. dn̄t extra de his q̄ fiūt a maio. par. cap. ⁊. c. in canonicis. ix. dist. cuȝ si. vt scribit Corne. in cōsil. clxxxv. q̄ȝq̄ȝ presens ꝯsultatio. i. col. iij. volumi. ita etiam in hac disputatione an ottimestris partus naturaliter viuere possit, ista negatiua opinio tenenda est cum a pluribus, ⁊ illustrioribus auctoribus pro vera videaꝛ̄ recepta. Tum etiā q꞉ inter alios nāles, ⁊ grauissimos auctores hāc opinionem

firmauit summus ille medicorum Hypocrates, vt per consultorem deductum fuit. 10 † Quam in hac materia a nostris iurisconsultis ipsius auctoritas allegata, et recepta est tanquam iuridica. vt in.d.l.septimo mense, et in.l.intestato.§.fi.ff.de suis et legit.heredi. 11 † Semper enim in hac materia medicorum iudicio velut in ea peritorum standum est. vt.d.l.septimo mense. et ibi omnes notant, et per illum text. ita inquit Albe.de rosa.in.l.qui in vtero.ij.col.eo.titu. cum alijs adductis supra per Consultorem. Et vltra etiam dico, quod in specie per nostros 12 Iurisconsultos ista opi. videtur recepta. † Nam Bal.in predictis consi. cxxviij. et cxiij. affirmat natum in.viij.mense viuere non posse. Ita etiam vult Pau.de cast.in.l.vxoris abortu.seu in.l.seq.C.de posthu.her.instit. Dum primo dicit quod paria sunt quem non nasci viuum, et nasci viuum eo tempore, quo certum est viuere non posse, puta quia non sit 13 natus legitimo tempore, † et statim postea dicit quod legitimum tempus pariendi, potest esse in.vij.mense, in.ix.et in.x. et intelligit octauum mensem non esse legitimum tempus pariendi, et per consequens eo tempore natum viuere non posse. Et ideo etiam vult ibi Alex. per eadem verba, qui etiam idem sentit in.l.cum quidam.§.suum.ff.de acqui.her. dum dicit quod mulier potest parere in vij.mense.in.ix.et.x. Hoc etiam ante illos fuit de intentione Albe. de rosa.in.d.l.septimo mense. dum dicit posse edi partum. vij.ix. et.x.mense. et Bar.in.l.gallus.in prin. de libe. et posthu.ff.ij.col. 14 † vbi similiter dicit quod triplex est perfectum tempus partus. vz.vij.ix.et.x. mensis, vt per eum. Et ex his patet, quod glo.in.d.l.septimo mense. et in.d.§.fi.in contrarium allegate, si sentiunt in octauo mense posse partum perfecte nasci, male sentiunt. Sed ego credo, quod non ita voluerint.d.glo. sed tamen habuerunt respectum, et voluerunt demonstrare, quando breuiori tempore, et longiori quis nasci possit perfecte. Sed ex eo non est inferendum, quod quolibet medio tempore possit perfecte nasci, et detur legitimum tempus pariendi, cum contrarium, et a naturalibus, et a doctoribus nostris magis communiter determinatur de nato in octauo mense, per 15 predicta. ¶ † Stante modo ista opi. pro vera prout teneri debet, vz quod ottimestris partus naturaliter viuere non possit, sequitur quod nec testamentum rumperet, nec succedet, nam (prout est communis opi. docto. in.d.l. quod dicitur. et in.d.l.pe.) non sufficit quem nasci viuum, sed oportet, quod eo tempore nascatur, quo naturaliter viuere possit, licet ex aliquo accidenti illico decedat, et ideo natus in quinto, vel sexto mense, nec rumperet testamentum, nec succederet, quia naturaliter viuere non potest, quicquid Ange. in d.l. quod dicitur. et Corne.in.d.l.penul.in contrarium dixerint, et male, communiter enim omnes alij ita determinant, vt per patruum, et dominum meum Soci. in .l.cum auus mihi col.xxx.ff.de condi.et demon. Jas.in.d.l.quod dicitur. et Deci.in.l.posthumo.in.ij.no.C.de bon.pos.contab. cum alijs adductis per clariss. Consultorem. Et vltra eos ita etiam tenuit Fulg. in consi.lxix. Punctus talis est Marianus..aut ea quoque ratione. vnde per identitatem rationis. idem dicendum est de nato in.viij.mense, cum nec ille (vt est dictum) naturaliter viuere posset, et ex his constat, quod male loquitur Bal.in.d.consi.cxxviij. dum dicit ottimestrem succedere, quem tamen 16 fatetur secundum phisicos viuere non posse. ¶ † Et ista opi. Bal. vltra adducta per Consultorem, probatur quia, qui nascitur debilis, quo ad iuris effectus equatur monstruoso.l.queret aliquis.ff.de verbis.sig. et intelligitur debilis, qui non debito tempore nascitur, puta in.v.vj.vel.viij.mense, prout sic intelligit illum tex. patruus et dominus meus Soci.in.d.l.cum auus.loco palle. dicens 17 (prout rei veritas est.) quod aliter melius ille tex. intelligi non potest, † sed monstruosus non succederet, quia inter liberos non posset numerari.l.non sunt liberi.ff.de stat.bo. idem ergo dicendum est de debili, et sic in proposito, vel nato in.viij.mense, qui statim decessit, (prout isto casu contingit,) creditur.n. decessisse non ex aliquo accidenti, sed quia naturaliter, (vt est dictum) viuere non poterat. Et ista sit prima via, seu primum fundamentum in fauorem fratrum predicte Ticie, quod solum, et de per 18 se, absque his, que.j.subijciam, sufficeret eis ad victoriam. ¶ † Cui non ob.reg.d.l.qui in vtero.de stat. bo. vltimo loco allegata in contrarium, quia respondetur quod regula illa procedit, vt.s. quis pro nato habeatur tempore quo est in vtero, postea quam natus est, vt sic postea natus proinde succedat, ac si natus fuisset dum erat in vtero non autem procedit, quod tunc dum est in vtero simpliciter habeatur pro nato, ita post Jac.de are. declarat ibi illum tex. Albe.de rosa.in prin. et etiam in.ij.col.in ver. 19 oppo.d.l.pe.j. vnde agna.etc. † Et ista responsio probatur in.l.cum pater.ff.de neg.gest. ibi.n. quando tutor datus posthumo interim administrauit, si nascitur posthumus, vsque ab initio tenetur actione tutele, quia postquam natus est, habetur perinde, ac si natus fuisset ab initio, sed si non nascatur, vel nascatur, sed non viuus (quo casu habetur pro non nato.l.qui mortui.ff.de verbo.sig. et voluit gl. in.d.l.cum pater.) non habebit locum, actio tutele, sed negociorum gestorum, quia ex quo iuris consideratione non fuit natus, nunquam dicitur habitus pro nato, et ita 20 si recte ponderetur voluit ibi Bart. ¶ † Et si dicatur quod in casu isto fuit natus viuus. ergo etc. Respondetur quod imo ex quo tempore illegitimo, et sic debilis, et imperfectus extractus fuit, ita quod naturaliter viuere non poterat, non dicitur natus viuus, sed potius mortuus, ex quo certum erat eum de proximo moriturum, prout accidit, vt declarat Lancel.Deci.in.d.l.quod dicitur. et ille abortiuo similis dicitur, et sic patet, quod isto casu non potest considerari regula.d.l.qui in vtero. et hoc 21 in proposito puto indubitatum, † alioquin etiam si nec quis natus, nec etiam secto ventre extractus fuerit matri morienti diceretur successisse, et testamentum patris rupisse ex eo tantum, quod in vtero fuit, quod ridiculum esset, et contra.d.l.pe.C.de posthu.here. insti. et.l.ij.§.ex his.ff.de iniust.rup.testa. et hanc declarationem ad.d.l.qui in vtero sentit do. Jo.maria riminal.in.l.posthumo.ij.not.C.de bono.poss.contabu. Alia que.s.in contrarium allegata sunt, vel iam sublata sunt, vel non respiciunt hanc primam viam. ¶ Secunda principalis via, seu secundum fundamentum fit in fauorem predictorum fratrum Titie posito, absque veritatis preiudicio, quod natus in octauo mense viuere naturaliter possit, licet rarissime et quasi miraculose, et sic denegato fundamento 22 omnium predictorum, † quam dico, quod lex dicens, quod natus viuus qui naturaliter viuere potest, rumpit testamentum, et succedit, licet statim decedat intelligitur de his, qui a communiter accidentibus, et vt in pluribus naturaliter viuere poterant, in eis.n. licet mors superueniat incontinenti presumitur ex aliquo accidenti contigisse, et non naturaliter, attento, quod secundum naturam ipsi viuere poterant, vt in pluribus, puta si septimo, vel nono mense nascantur. Non autem procedit, nec debet intelligi, in his, qui vt in paucioribus, quam rarissime, et quasi per miraculum viuere possent, sed vt in pluribus naturaliter viuere non possunt puta in natis quinto, sexto, vel octauo mense. Tunc.n. si contingat, aliquem viuum nasci, et statim decedere credendum est, quod decesserit non ex aliquo accidenti, sed naturaliter, et hoc quia naturaliter viuere non poterat inspecto eo, quod in talibus frequentius. et quasi semper contingit, vz eum viuere non posse. ¶ Et ad hanc considerationem bene adaptantur.l.iura 23 constitui.l.ex his.et.l.non ad ea.ff.de legi. † vt sic dicamus iura in sui prescriptione adaptanda esse ad ea, que facile et frequenter accidunt, non ad ea que raro accidunt, et ita voluit Pau.de ca.in.d. l.iura constitui. dum dicit quod illa presumptio, quod quis presumatur viuere, nisi probetur mortuus non procedit.s.centum annos, quam raro post illam etatem, quis reperitur viuus, vt per eum. et sic in proposito nostro dicendum est, vt iste ita in octauo mense extractus, qui statim decessit, dicatur decessisse eo quod naturaliter viuere non potuisset. Cum illud vt plurimum contingat, non autem ex aliquo accidenti tanquam naturaliter victurus 24 cum illud in talibus rarissimum esse possit. † Et quod ita sit dicendum probatur etiam quia valet argumentum a solitis communiter accidentibus.in.l.certi conditio.§.si nummos.ff.si cer.peta. et ibi not.doc.in.l.si prius.§.i.ff.de aqua plu.arcen. cum simi. ita.n. quidem presumitur contigisse sicut frequenter, et communiter solet accidere, vt voluit gl. et ibi sequuntur doc. maxime Bal.in.l.neque natales.C.de probatio. et glo.in.l.i.C.de arb. cum simi. vt per Corne. in consi.clxxj.incip. Videtur in hac consultatione.iij.col.i.volu. Vnde cum frequentius, et magis communiter contingat natum in octauo mense naturaliter non viuere, ita de tali extracto in casu nostro presumendum est, et consequenter sequitur quod non dicitur matri sue successis- 25 se per predicta. ¶ † Accedat predictis elegans doc. Bal. in.d.l. septimo mense. vbi si dubitetur an quis in septimo, vel nono natus fuerit dicit post Jac.de bel. quod presumetur natus in nono per locum a communiter accidentibus, et alle.l.neque natales.C.de proba. sic igitur in proposito dicendum est ratione frequentioris vsus, et per locum a communiter accidentibus quod iste sic in.viij.mense extractus naturaliter viuere non potuisset, et ideo licet apparuerit per aliquod momentum temporis viuus, tamen perinde est ac si nunquam viuus fuerit, loquor quo ad succedendum, et consequenter abortiuo 26 similis est per predicta. ¶ † Nec predictis, et huic secunde vie obst. quod supra dicebatur, etiam casus raros, et quasi miraculosos considerari per d.l.si maior.C.de legi.here. Quam respondeo et aduertendum est. Nam aliquando et primo queritur, vtrum si contingat casus aliquis, qui tam raro solet contingere, sit ad eum ius adaptandum. Ita vt iure terminetur, et dico quod adaptari debet lex iam in alijs generaliter facta non quod noua fiat, et ita loquitur, et procedit.d.l.si maior. et ita allegando.d.l.voluit Deci.in.l.ea que raro.ff.de reg.iur. et sensit Bar. in.d.l.iura constitui. 27 in ver.tu vero plenius. † Nam licet rarissimum sit quod quinquagenaria pariat, si tamen parit, et sic casus euenit. Jura ad eum adaptantur, et sic lex ipsum ex quinquagenaria natum recipit, sicut alios filios recipere solet, vt ibi, et hoc summa ratione, quia postquam ille natus est, et vere filius est, iniquum 28 esset eum a successione patris, vel aliorum excludi, vt de se notum est, † et ideo diceremus, quod si quis in.viij.mense natus viueret, licet hoc esset quod rarissimum, et contra communiter accidentia, tamen non esset respuendus, sed ad eum iura adaptarentur, et patris testamentum rumperet, et succederet, arg. d.l.si maior, que solum ad talem casum prestat argumentum. sed iste non est 29 casus noster, cum iste extractus non viuat. ¶ † Aliquando et secundo queritur, vtrum ius disponendo respiciat id, quod esse potest etiam de raro, est tamen dubium an ita sit futurum, et tunc licet dici soleat, quod non, regulariter

gulariter vt.d.l.nam ad ea.& in auc.vt sine prohib.matres debi- tri.§.qr vero.col.vij.Aliqñ tñ secus fit,vt dixit gl.in.d.l.ex his. ¶Et tunc aliquando disponit lex quid futurum sit, si casus ille contingat,vt in.§.insulam.insti.de re.diuis.Aliqñ considerando, qd quid esse posset,non simpliciter, sed mediocritatẽ amplecten- do disponit interim,dum in dubio res est, ac si illud esset. Sed nisi postea ɔtingat,ita dispositum reuocat,& ad euenientem casum ada ptat,vt.l.antiqui.ff.si pars here. peta.&.l.sed & si restituatur.§.fi. ff.de iudi.& vtrobiq traditur per gl.& doc.† Nam lex ɔsideran- do,ꝙ in vtero pregnantis pñt esse vsq ad septem, lz a cõiter acci dẽtibus vnus esse soleat,eligendo mediocritatem,disponit,ꝙ iam natus filius pro quarta parte interim admittatur,ac si tres in vte ro essent,& nati fuissent,sed si postea,non tres nascantur,sed pau- ciores dispositio illa reuocatur,idẽ si plures nascerentur,qui pri- mus erat natus pro virili cum vno, vel pluribus natis admitte- tur,vt.d.l.antiqui.cum.l.seq.& illud statuit lex, qr non est magni preiudicij,imo fere nullius,cum cito veritas expectetur, ſm quam res procedet.Sic & alias minus frequens presumitur gratia eui tande sinistre suspitionis,vt per Pau.de cast.in.d.l.iura ɔstitui.

31 †Ultra etiam qd dici potest casum illum, ꝙ tres nascantur, non esse admodum rarum,vt dr̃ in.d.l.antiqui.prope fi.¶Sed nec iste est casus noster,nam hic non sumus in dubio,an iste sit victurus, cum iam decesserit, & qdem naturaliter iuris presumptione, vt.ſ. dictum fuit.¶Et si dicas in dubio res fuit,tunc,& illo breui tem pore, quo dicitur fuisse viuum, igitur debet dici ꝙ lex disposuerit illum succedere,ɔsiderando ꝙ viuere poterat. Respondetur ꝙ si ita velles,arg.d.l.antiq.cum simil.ex quo casus vite non euenit,qr statim decessit,talis dispositio esset reuocata,sicut reuocatur in ca su.d.l.antiq.vt modo dicebam.Ueruntñ dico,ꝙ isto casu lex non sic disposuit,sed presumens talem ɔctum viuere non posse,hñs il- lum pro non viuo,& pro abortiuo disposuit potius ɔ̃rium, vz ꝙ matri nõ successerit,sed ꝙ ei,velut sine filijs morienti successerint fratres eius,per predicta.¶Nec arg.de.d.l.antiq.cum simil.est ad ꝓpositum,qm̃ ibi illa dispositio fit quasi ex necessitate,vt.ſ.in- terim iam natus sciat pro qua parte heres fiat,& ex ea,vt dixi nul lum fere generatur preiudicium,ꝙ in casu nostro non potest ɔsi- derari,cum incontinenti ille extractus decesserit,& si lex dispone- ret inspecto eo,qd poterat viuere,lz raro,magnum inferretur pre iudicium predictis fratribus titie,qr essent priuati eius successio- ne,qd nõ est dõm.¶Nec preterea isto casu illa dispositio posset dici facta ꝓpter euitandam sinistram suspitionem,sicut in casu de quo per Pau.de cast.in.d.l.iura ɔstitui. vñ remanet in casu no- stro regula, vz ꝙ lex presumat id euenisse, qd frequentius ɔtin-

32 gere solet,ſm qd.ſ.dictum est.¶†Aliqñ,& tertio,& vlti.emergit aliqs casus,circa quem rare ɔtingentie dicetur,vnum,frequenti autem ɔtingentie dicetur aliud, & queritur in.l.ɔdenda sup tali casu,qd sit attendendum,& certe dõm est illud qd dictatur ex fre- quenti ɔtingentia,ita inqt Jac.de are.in.d.l.iura ɔstitui. dicens, ꝙ in hoc stat ꝓprius,& verus intellectus illius legis, & ita ibi eum refert,& vr̃ sequi Albe.de rosa.Et intelligo hoc regulariter,& qñ contrariũ in aliquo particulari casu, aliqua particulari rõne non reperitur statutum,ſm qd ex predictis colligi põt.¶Et huic ter tio casui ꝓprie aptatur,& similis est casus noster,nam emersit ca- sus natiuitatis,seu extractionis istius ottimestris,circa quem in- specta frequentiori ɔtingentia dictat̃ eum nãliter viuere nõ posse, sed inspecta rara ɔtingentia dictatur ɔ̃rium. Unde lex super tali casu disponens,dr̃ attendere id,qd dictatur ex frequenti ɔtingen tia,& ɔ̃nr ꝙ viuere non possit, merito sequitur ꝙ lex dicat̃ dispo- suisse,ꝙ matri nõ successerit,sicut ẽt non rumpit testm̃ patris, cum ad ista,vt.ſ.dictum fuit,non sufficiat quem nasci viuũ, sed opor- tet ꝙ ita viuus nascatur,ꝙ nãliter in vita sit pseueraturus, vt.ſ. circa primam viam ɔclusum fuit.¶Et hoc eo maxime in casu no stro dõm est,attento ꝙ vere,& realiter statim decessit, & ita euenit illud,qd ex frequenti ɔtingentia dictabatur, ſm qd.ſ.declaratum

33 fuit.¶†Nec predictis ob.ꝙ.ſ.in ɔ̃rium dicebatur, ꝙ ẽt sexage naria põt nubere inspecto eo,qd possibile est illam parere, lz raris sime,vt de Helisabeth matre Joãnis baptiste, sacra testatur pa- gina. Qm̃ respondetur ꝙ illud specialiter statuitur in matrimo- nio,tum qr per illud nulli fit preiudicium,vt de se notũ est, tum ẽt

34 & maxime fauore ipsius matrimonij.†Nã vt inquit Bal.in.d.l. sancimus.la.ij.C.de nup.matrimoniũ nedum ꝓpter sobolem con trahit̃,sed etiam ꝓpter seipsum,qr sacramentum est, adde ꝙ etiam ad euitandã fornicationem fit,vt in.c.sicut.ꝑpe fin. & in.c. solet. xxxij.q.ij.cum simil.& ideo matrimonij bonum triplex ɔsideratur, vz sacramentum,fides,& proles,vt.d.c.sicut.vñ cum asserit alia duo,fides.ſ.& sacramentũ circa prolem sufficit,qualis qualis spes

35 etiam,ꝙ rarissimũ sit habitura effectum.¶†Et hinc est ꝙ etiam spadones modo non sint castrati matrimonium ɔ̃hunt.l.si seru a §.fi.de iu.dot.¶Fateor tñ ꝙ si ɔstaret,exploratũq esset, ꝙ ali- quis, vel aliqua nullo modo nãliter generare posset, non ɔ̃heret matrimonium,vt est castratus,vt.d.§.fi.& mulier artissima,vt per patruum,& dñm meum Soci.in.d.l.i.sol.mat.vel et ita senex, qd clarum sit eũ cohire non posse,ſm qd singulariter determinat dñs Christ.porc.insti.de nupt.in fi.pñ.de hoc tñ posset dubitari, ideo pro nunc nõ disputo,nec affirmo.De casu igitur.d.l.sancimus.& simi.non dz argui ad casum nostrum,in quo nulla specialitas repe ritur,& maximum inferret preiudicium,vt est dictum. Ex diuersis enim non fit illatio per iura vulgaria.¶Et ɔ̃nr remanet, ꝙ ſm re gulam,& per locum a cõiter accidentibus iste ottimestris non de- buit presumi nãliter in vita perseueraturus, & ɔ̃nr non ɔ̃r succes- sisse matri,attento maxime ꝙ mortuus fuit incõtinenti per.ſ.de- ducta.¶Et ista scda via,sicut etiam prima per se sola ab alijs se- parata dicitur sufficiens ad victoriam predictis fratribus Titie. ¶Tertia etiam via principalis est,seu tertium fundamentum sit in fauorem dictoꝝ fratrum,posito absq preiudicio veritatis, qd nulla ex predictis vijs illis ꝓdesset, & sic posito ꝙ natus in octa- uo mense,aliqñ viuere possit nãliter cõtra ea,que dicta sunt in pri ma via.Item etiam posito ꝙ talis sit natus inspecto eo,qd esse po terat,lz raro dicatur succedere contra scdam viam. Qm̃ licet hec presupposita falsa arbitrer,per iam dicta, tñ adhuc dico ꝙ in ca su nostro iste sic extractus,& statim mortuus,ſm qd in puncto nar ratur,non dr̃ matri eius successisse,dico enim ꝙ omnia ista presup posita,vbi essent vera ꝓcederent,& intelligi debent solum, & dũta xat,qñ quis in octauo mense pro se,& propria virtute nasceretur, & sic qñ mulier pregnans in tali tpe a dolore partus pro se indu- cta pareret,& ita puer ille,quasi ꝓprijs viribus matris ventrẽ exi ret,nã tunc admitti potest,ꝙ aliqñ viuere possit,licet rarissime,qr etiam tunc,vt in pluribus nascerent̃ non victuri, & in tali casu ꝓ- cedat qd plerīq sentiunt, ottimestrem.ſ. posse nasci victurum, lz

36 raro,†non autem ꝓcederent predicta presupposita,qñ extractus esset puer,ex secto vẽtre matris ex vulnere,puta vel ex aliquo par ticulari morbo defuncte,absq eo ꝙ in ea appuerint aliqua signa pariendi,tunc.n.qr ɔstat eum nõ ꝓpria virtute in lucẽ venisse, sed violenter,& sic nõ nãliter absolute dõm est, ꝙ nullo modo viuere posset, & ɔ̃nr, ꝙ ita extractus tanq̃ abortiuus nullo modo rum- peret testm̃ patris,neq succederet per ea que.ſ.deducta sunt, vn de cum in casu ꝓposito nullis apparentibus signis pariendi mu lier ista epidimie morbo,& qdem citissime perierit, & ex secto ven tre eius iam mortua puer iste fuerit extractus, & ita non nãliter, sed violẽter in lucem deductus fuerit absq dubio dõm est ꝙ non erat nãliter in vita perseueraturus,sed omnino moriturus,prout etiam re ipsa statim ostensum fuit,cum quasi incontinenti decesse rit, & ɔ̃nr dõm est ꝙ matri succedere non potuit, per.ſ.dicta. Et ista ɔsideratio(ni fallor)est verissima, & iuridica,& cadere dz in qd- libet sensatum caput,& ita mihi a qbusdam excellentissimis artiũ, & medicine doctoribus,quos in re ista consului, datis absq veri preiudicio pro veris predictis presuppositis responsum fuit, & pre sertim in casu isto,in quo ſm eos facile credi potest,ꝙ venter ipse idest puer existens in ventre materni morbi qualitate esset affe-

37 ctus.†Cum interim matris eius,vel ipsius viscerum portio esset. l.i.§.ex hoc rescripto.ff.de ven.inspi.¶Probatur etiam predi-

38 cta ɔsideratio,†nam cur natus in octauo mense,nunq̃,vel rarissi me viuat rõ magis cõiter per nãles allegatur,qr in eo mense non est illi virtus,qua pasci possit,& nutriri, eo ꝙ illo mense solet cura ri existens in vtero a languore, & turbatione sibi accidentibus, & ad nãles vires restitui,quas amisit,dum in septimo mense exire, (put omnes faciunt)tentauit,& ꝓpter virtutis debilitatem egre di non potuit,put ex intẽtione Hipocra.in lib.de defectibus scri bit Aly abbas.vij.theorice.c.xxxiiij.&.ſ.per clarissimum Cõsul-

39 torem refert.¶†Modo hoc posito, dico ꝙ lz difficillimum, & q̃ rarissimum sit,tñ possibile est ꝙ aliqs fortior ceteris citius curre- tur,& vires acqrat,& ita iterum in octauo mense ꝓpria virtute ten tans exitum egrediatur in vita pseueraturus, & ita verificari po- test,ꝙ quidam nãles sentiunt.ſ.ottimestrem partum viuere posse, lz raro,non autem potest illud verificari, vel ꝓcedere in casu no- stro,vel simili.qm̃ non sua virtute veluti curatus, & refectus, sed violenter dr̃ in lucem venisse, anteq̃ vires eius essent idonee, vt victurus nasceretur.Cum vt in pluribus, & a cõiter accidentibus totus ille octauus mẽsis sit necessarius ad illã refectionem, & nul la virtus eius in nascendo appareat,propter quam ɔ̃rium presu- mi possit.¶Cũ igitur possibilitas illa, vt.ſ.ottimestris victurus nascatur,videat̃ fundari in ꝓpria virtute,quam ipse exitum natu-

raliter faciens, ostendit, sequitur ꝙ in casu isto non sumus in tali possibilitate, ⁊ sic stando regule dicemus istum sic ex ventre secto extractũ non fuisse nãliter in vita perseueraturum, ⁊ per ɔ̃ns euꝫ matri non successisse. ¶ † Comprobatur ista conclusio, qꝛ qñ aliquis preter nature ordinem exit de ventre matris, hoc est vbi constat ꝙ non ꝓpria virtute, sed violẽter egressus fuit, dr̃ abortiuus, seu mulier illa dr̃ abortum fecisse nulla habita distinctione temporum ɔceptionis, ⁊ sic quantocũqꝫ tempore stetisset in vtero, vt in. c. Moyses. xxxij. q. ij. ibi abortum fecerat. ⁊ in. c. sicut ex litterarum. de homi. ibi abortiuit. ¶ Probatur etiã in. l. diuus. ff. de extraor. cri. ibi abegerit. ⁊ in. l. si mulierẽ. ff. ad. l. cor. de siccar. ibi abigeret iunctis earum gl. dum exponunt, abortum fecerit, vel faceret, ⁊ sic seqtur ꝙ in ꝓposito nostro, ex quo iste extractus non ꝓpria virtute, sed violenter in lucem venit, dr̃ abortiuus, merito seqtur, ꝙ non succedit, qꝛ nec testm̃ rumperet, vt. d. l. vxoris abortu. ⁊ ibi per doc. C. de posthu. here. instit. ¶ Nec obst. ꝙ viuus extractus fuerit, qꝛ quo ad hoc perinde est, ac si mortuus fuisset extractus, cum incontinenti decesserit, ⁊ nãliter victurus non esset, vt. s̃. dictum fuit. ¶ † Nec predictis obst. ꝙ dici solet etiam ex secto ventre susceptum rumpere testm̃, vt. d. l. qd̃ dicitur. de lib. ⁊ postbu. ⁊ etiam succedere matri, vt. l. i. §. ⁊ si matris. ff. ad tertul. ⁊. l. postbumus. in fi. prin. ff. de inoffi. testa. ⁊. s̃. per Consultorem ɔclusuꝫ fuit in prima difficultate, qꝛ respondetur ꝙ illud intelligitur, qñ venit tempus pariendi, ⁊ signa apparuerint, ⁊ mulier in puerperio ante eiectionem filij decedit, tunc enim qꝛ cõiter in vita sunt perseueraturi, ⁊ rumpunt testm̃, ⁊ succedunt, vt. s̃. ¶ Et idem ẽt dici potest, si in debito, ⁊ legitimo tpe pariẽdo mulier casu aliquo decederet, ⁊ ex secto eius ventre, viuus puer extrahatur. Cum etiam iste (vt in pluribus) esset in vita perseueraturus, non aũt procederet hoc, si extraheretur extra legitimũ tempus pariendi, ⁊ sic tpe, que nunquã, vel rarissime qs victurus est (etiãꝫ ꝙ pro se ex viua matre nasceretur), put contingit in casu isto, in quo etiam per hanc tertiam viam, posito ꝙ alie non ꝓcederent, arbitror iustitiam esse in fauorem fratrum predicte Titie. ¶ Et ex istis omnibus ɔcludit̃, qualibet ex dictis tribus vijs de per se ɔsiderata, vel saltem ex omnibus simul iunctis predictũ sic extractum, ⁊ incontinenti mortuuꝫ Titie matri sue non successisse, sed ei velut sine liberis mortue dicunt̃ fratres eius successisse, sic enim de iure interpretandũ est per ea que. s̃. dicta sunt, ⁊ ita in sniam magnifici, ⁊ clarissimi Consultoris, animoqꝫ promptissimo, ⁊ absqꝫ alia hesitatione ɔdescẽdo.

Soci. nepos, Padue legens. 1531.

¶ Istud consilium subscribendo comprobauit Cur. Junior.

## CASVS

¶ Ex processu ad me transmisso cum infrascriptis litteris sumitur in effectu talis casus.

¶ Quidam Paulinus cum esset, ⁊ loqueretur cũ quodam Francisco nigri in strata publica, ⁊ lata, cepit ipsuꝫ Frãciscum per cappam, ⁊ de strata publica, ⁊ lata, duxit illuꝫ in andronã, seu in stratam remotam, ⁊ strictam, ⁊ (vt ipse Paulinus (vt qdam testes dicunt) aliqñ confessus fuit) dixerat ipsi Francisco, ꝙ volebat ei fodere oculos, vel qd similiter, ⁊ cuꝫ fuissent in andronam, seu in dicta stratella fuerunt visi inuicem, strictis, ⁊ denudatis ensibus rixantes, ⁊ Franciscus primo fuit vulneratus in facie, cui de manu cecidit ensis, ⁊ tunc quodam dño Nicolao se interponẽte Paulinus stetit, ⁊ ɔtra Franciscum non ꝓcedebat vlterius tenebat tñ adhuc manibus eius nudatum ensem, tũc Franciscus qui videbatur velle fugere, ⁊ de eo signa fecerat, hoc videns enseꝫ suuꝫ collegit, ⁊ incepit admenare (vt sic dixerim) ɔtra Paulinum, qui ẽt admenando, ⁊ quasi se defendẽdo retrocedebat, ⁊ tandeꝫ cecidit in terram, ⁊ illum tunc Frãciscus vulnerauit. s̃. genu. Franciscus postea coraꝫ pretore tridẽtino, ⁊ sic in loco delicti accusauit Paulinũ de insultu, ⁊ vulnere sibi illato in faciẽ, ⁊ in illo iudicio Paulinus fuit condemnatus, ⁊ sententia transiuit in rem iudicatam.

¶ Nunc in presenti iudicio, idest coram vicario Archi, ⁊ sic in loco originis predictorum Paulinus accusat ipsum Franciscum de insultu, ⁊ vulneribus sibi illatis, ⁊ maxime de vulnere. s̃. genu, dicens, ⁊ ꝓponens Franciscum predictum ex mente, ⁊ appẽsate insultum ɔtra se fecisse, ⁊ ꝙ contra eum cum ense admenauit dolose, ⁊ animo eum interficiendi, ⁊ male tractandi, ⁊ sic eum vulnerauit, ⁊ petit. d. Francisc. ɔdemnari, ƀm formã iuris, ⁊ statutorum ⁊c.

¶ Et super ista accusatione formatus est ꝓcessus longissimus cartarum. ccc. in circa, ⁊ examinati fuerunt testes. s̃. lx.

¶ Dñs vicarius Archi decreuit causam istam ɔsilio sapientis terminandam, vt in ꝓcessu apparet, vnde illust. Comes Alexander, ⁊ dñs Archi ad me has lr̃as ɔdit transmittẽs totũ ꝓcessuꝫ.



### COPIA LITTERARVM A TERGO

Magnifico, ⁊ excellentissimo Juris vtri. consulto. domino Mariano Soci. tanquam fratri honorañ.

### INTVS

22 rium.§.fi.τ.l.qui filiabus.in prin.ff.de leg.i.†τ arg. eius qd dicitur q vna pars statuti per aliã declaratur,ƀm Barto. in.l.pretor ait.§.erit.ff.vi bo.rap.cum ɔcor.vt per Cor.in ɔsi.clxxxiij.presupponitur statutũ.ij.col.ij.vol.τ per do.meũ Soci.in ɔsi.ix.viso statuto.ij.col.iij.volu.¶†Facit qr si vnum instrm recipit declarationem ab alio,vt per eundẽ Soci.ɔsi.xxvij.visis instris.i.col.iij.volum.fortius dz recipere declaratioẽ a seipso.i.ab alia parte eiusdem instri,qr vnum instrm magis dz secum ɔcordare,q̃ cum alio ergo τc.auct.multo magis.C.de sac.san.eccles.¶Ex his itaqz,τ alijs pluribus adductis per Cõsulentem, ɔcludendũ est in hac.ij.q.scdam donationẽ fuisse sortitam effectũ,τ ex ea fuisse translatuz ius in scdos donatarios,ƀm qd.s.dictũ fuit.¶Circa.iij.q. paruz est insistẽdum,qm̃ res satis clara vr̃,vt.s.ɔcludatur sniam illã contra Franciscũ donatorem latam nullo mõ preiudicare istis scdis donatarijs,τ sic q eis nũc agentibus non obstet exceptio rei iudicate ɔtra Franciscum donatorem,lz ab eo cãm habuerint,† nam cum cãm habuerint ab eo,τ ius in eos translatũ fuerit antequaz lis illa moueret̃,in qua ɔtra Franciscum fuit iudicatũ non potuit ex snia illa ɔtra Franciscum lata aliqd illis preiudicium generari presertim ignorãtibus,τ non citatis,tũ per regu.tit.C.res int.ali.acta τc.†tum ẽt per text.vbi vr̃ casus quasi in terminis in.l.sepe.ff.de re iudi.dum ibi dr̃ sniam latam ɔtra venditorem emptori litem illã ignoranti non preiudicare,τ ita in simili de debitore,τ creditore ɔcludit Bar.in.l.si superatus.ff.de pignor. pront ẽt alleg.do.Cõsulens.¶†Facit regula.l.cũ queritur. cum.l.seq.τ seq.ff.de exceptio.rei iudi.quatenus inter cetera ad hoc, vt exceptio rei iudicate obstet,reqritur identitas personaȝ,prout ibi declarat gl.¶Et lz isti scdi donatarij dicãtur singulares successores.d.Francisci,propter qd debet videri eadem persona cũ ipso,vt ibi per gl.τ doc.tñ cum successerint ante illam litem motã,τ sic prius ius habuerint,q̃ ɔtra Franciscum snia ferretur non pñt dici eadez persona cũ ipso litigante,cũ ius super quo litigabat.i. predia illa donata iã essent translata in istos donatarios,τ illud qd dicit gl.predicta procedit,qñ post rem iudicatã, aut motam litem qs in re, τ iure succumbẽtis succederet.¶†Et demũ pro ista opi.facit, qr si res esset dubia,dz pronunciari rẽ iudicataz non obstare,qr hoc est minus preiudiciale partibus,cũ de iure cuiusqz recte discutietur, arg.l.i.in fi.ff.si qs cau.vbi Pau.de cast.per illũ tex.in simi.determinat,†q in dubio appellatio dz admitti,cum respectu veritatis sit illud partibus minus onerosum,qr de ea iteȝ,τ plenius discutiet̃,τ ita in terminis nostris in excep.rei iudicate,firmat Deci. in ɔsi.ccccxlv.in casu ad me trãsmisso.col.xj.ver.τ in dubio dz pronunciari τc.¶Ex omnibus itaqz.s̃.dictis ɔcluditur istos scdos donatarios agere posse,vt agũt,non ob.snia lata ɔ̃ Francis.donatore,τ eos ita agẽtes dẽbere obtinere. Laus Deo,ac mr̃i eius pijsime,necnõ beate Justine,cuius festiuitas hodie i ecclia celebrat̃.

Soci.nepos Padue legens.1536.

## SVMMARIVM

¶Transactio in qua frater fratri legitimaz suam renunciat etiaz patre viuo,τ consentiente valet,τ seruari debet, τ quando.

¶Renunciatio per filium facta paterne hereditati,etiaz ipso patre viuente cum iuramento valet,etiam si nihil filius receperit.

¶Renunciatio generalis cum iuramento includit etiam legitimam iure nature debitam,si in ea sit consensus generalis.

¶Juramentum habet vim expressi,τ specifici consensus.

¶Exceptio in vno firmat regulam generaliter in omnibus alijs.

1 Frater expresse renuncians fratri legitimam sibi in bonis patris debitam,ad eam amplius regressum non habet.
2 Priuilegio pro se indulto,quisqz renunciare potest.
3 Renunciatio legitime,an valeat ante mortem patris.
Et an,τ quando iuri de futuro renunciari possit.
4 Pactum,τ transactio de futura successione valet,quando ille,de cuius successione agitur, consentit, τ in tali consensu vsqz ad mortem perseuerat.
5 Transactio cũ patre facta in legitima ipsi filio,qñ non preiudicet.
Et declaratur.§.illud.in.l.si quando.C.de inoffi.testa.
Et quomodo dicatur patrez consentire trãsactioni inter suos filios circa eorum legitimam.
6 Filius consentiens exheredari potest,τ exheredatio tenet.
7 Actus sepe validatur,qui alias non valeret,ob mutuam, τ correspectiuam renunciationem.
8 Renunciatio hereditatis patris viuentis iuramento firmatur.
9 Cap.q̃uis.de pac.quomodo procedat.
10 Juramenti inobseruantia in anime detrimentum tendit.
11 Legitime nunq̃ dicitur renunciatũ,nisi de ea expressa mẽtio fiat.
12 Exceptio de vno facta in aliqua transactione firmat regulam in omnibus alijs.
13 Mandatum si datum sit ꝓcuratori ad agendum cum clausula,q posset facere omnia,que posset ipse constituẽs, excepto q non possit iurare de calumnia,nec iuramentuz deferre, hec exceptio operatur, q potest expedire omnes casus, in quibus requiritur mandatum speciale.
14 Juramentum in renunciatione legitime iuterpositum,supplet specialez mentionem de ea fiendã in renunciatione,τ eius vim hz.
Et quam aliam vim habeat iuramentum.
15 Promittens generaliter cum iuramento non venire contra contractum dicitur renunciare beneficio.l.ij.C.de rescin. ven.
16 Renunciatio generalis per filium facta cum iuramento includit etiam legitimam.
17 Renunciatio,τ finis patri factus cum iuramento excludit filium a iure legitime.
18 Juramentum non operatur,vbi deest consensus.
19 Juramentum habet vim expressionis particularis,quando saltez in genere de eo est cogitatum.
20 Per renunciationem generalem iuramento firmatam, censetur renunciatum etiam.l.si vnquam.C.de reuoc.donat.
21 Renunciatio duplicata plus dz operari,q̃ si vna sola facta esset.

## CONSILIVM L

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis,τ iustitie.¶Uiso elegantissimo ɔsi.do.Camilli buzij vti fratris maioris,τ ho norañ. τ presuppositis in facto veris oĩbus, que in.d.ɔsil.presupponunt̃,iuridicam arbitror ɔclusionem in eo firmatã,vt.s.do.Annibal nullũ ius habere dicat̃ ad petendã legitimã de bonis patris,aut eius supplementũ,sed stare debeat ɔtentus his que iã habuit,τ transactionem per ipsum factam oĩno seruare debeat,per ea que sapienter,τ copiose deducta sunt per predictũ excellentissi.Cõsultorem,qui adeo diligẽter omnia discussit,vt mihi de subscriptione reqsito nullus adendi locus relictus videat̃.¶Quam breuissime igit̃ rem ipsam absoluam,τ presertim qr quotidianis lectionibus,τ alijs qbusdam negocijs mirum imodũ sum impeditus.¶1 †Et nõ instando vbi non expedit,τ ɔcludenter loquendo,vr̃ mihi q res careat difficultate, naz cũ do.Annibal predictus expresse,τ particulariter fratri suo renunciauerit legitimã sibi debitam in bonis patris,non dz ad eam amplius habere regressum,vt est tex.aptus in.l.si qñ.§.τ generaliter.C.de inoffi.testa.ibi,nisi hoc spãliter τc. τ notañ. est,q ibi in indiuiduo dr̃,qñ quis in transactione ltime sue renunciauit,prout fecit.d.Annibal,τ de volũtate ipsius non est in ꝓposito dubitandũ, q voluit carere legitima, τ eam ɔcedere fratri suo ex causis, de qbus in.d.transactione,cũ illud expressis verbis dixerit,τ hoc solũ sufficit,vt ad eam amplius nõ habeat regressum, vt declarãt Pau.de cast.τ alij in.d.§.τ gñaliter.2 †τ ratio notissima est, qr scz quisqz qñ vult,potest iuri,τ priuilegio pro se inducto renunciari, vulg.l.si qs in ɔscribendo.C.de pact.cũ simi.¶3 †Et si dicatur qd predicta,τ.d.§.τ gñaliter.vñr procedere,qñ talis renunciatio fieret post mortẽ patris,τ sic de iure iã quesito,sed in casu nostro ista renũciatio facta fuit viuo patre,τ sic de iure querẽdo, τ de futura successione,quo posito vr̃ q non valuerit, maxime qr talis transactio vr̃ facta ẽt cum patre,qd vr̃ lege prohiberi,vt in.d.l.si qñ.§.illud.τ ẽt qr iuri de futuro non fit renũciatio.l.si ita scriptũ.§.si sub ɔditione.ff.de le.ij.cũ simil.Et preterea ẽt generaliter dici solet q pactũ de hr̃ditate viuente,τ sic de futura successione non valet.l.pactũ dotali.C.de coll.τ.l.pactũ q dotali.τ.l.fi.C.de pact. τ per doc.tradit̃ in dictis iuribus.¶Ad ista omnia rñdet̃,nã primo dico q lz iuri de futuro non renunciet̃ per simplicẽ renunciationez, tñ si renunciatur per viã pacti,τ trãsactionis valet renũciatio, vt.l.i.τ ibi per doc.maxime Moder.C.de pac.tradit Cor. in ɔsi.lj.lz in hac ɔsultatione.col.pen.ij.vol.τ in ɔsil.cclix.viso.s̃.scripto.col.iiij.ij.vol.¶4 †Et dum dr̃ q non dz talis transactio valere,qr in futura successione,τ de hr̃ditate viuentis,rñdetur istud verum, qñ non adesset volũtas,τ ɔsensus illius,de cuius hr̃ditate agitur perdurãs vsqz ad mortez,sed si ɔuentioni,τ pacto de bonis, τ hereditate alicuius ille ɔsentiat,τ in tali ɔsensu,τ voluntate perseueret,vsqz ad eius mortem talis ɔuentio,transactio,vel pactũ de iure valet,τ seruari dz,vt est casus singularis,lz vulgatus in.d.l.fin.C.de pac.τ ibi plene doc.declarãt,sed in presenti casu transactio,

de qua

de qua agitur,& sic renunciationi legitime debite Annibali de bonis patris eius ipse pater ꝯsensit,& in ꝯsensu tali semper perseuerauit, vt in facto presupponit,ergo &c. ¶†Nec ob.d.§.illud.quatenus ibi filius ex pacto cũ patre inito nõ priuaẽ iure ltime, & non impedit,quin possit venire aduersus patris testm̃.qꝛ rñdetur ꝙ illud ꝓcedit,qñ cum solo patre,& per simplicẽ viaꝫ pacti filius conueniret per rõnẽ,de qua ibi in tex.sed in casu nostro neutrũ adest, qꝛ non est transactum cũ patre,sed cum fratre,vt in facto presupponitur,ꝓpter qd̃ cum tali transactioni pater ipse ꝯsenserit perseuerando vsqꝫ ad mortem dꝫ seruari,vt.d.l.fi.C.de pac. ¶Et quatenus patrẽ transactio respiceret,hoc est quatenus pater ei ꝯsensit non dr̃ fuisse per viam simplicis pacti initi cũ filio,sed pater dr̃ consentire per viam codicilloꝝ,& sic vltime voluntatis in quo casu non ꝓcedit.d.§.illud.alioqn non daretur valida exhr̃datio filij ipso ꝯsentiente.eo ꝙ diceretur qd̃dam pactũ cum patre initũ,qd̃ tñ est falsum,†est.n.exploratissimuꝫ in iure filiũ consentientẽ posse exhr̃dari,& exhr̃dationẽ omni iure valere,iuxta.l.nõ putauit.§.si qs sua manu.cũ simi.ff.de bo.pos.ꝯtab.tradũt doc. in auct.nõ licet.C.de lib.preter.& in.d.l.si qñ.§.& ꝯnaliter.C.de inoffic.testa. & hãc declarationem ad.d.§.illud sentiũt Cy.Alb.& Saly.ibi, seu in.§.seq.& voluit si recte ponderef Dec.in.l.posthumo.vij.col.x. quarto arguiẽ.C.de bo.pos.ꝯtab.&.s.per clarissi. Consultorẽ deductum fuit plenissime.Cũ igitur transactio predicta,& sic expressa renũciatio facta per do.Annibalem fuerit facta cũ do.Baptista eius fratre,& ei prestiterit ipsoꝝ pater ꝯsensum per viã vlti. voluntatis pseuerando in eo,vsqꝫ ad extremũ vite exituꝫ, non video quã rõne possit nunc do.Annibal ꝯtra.d.transactionem veniendo legitimã petere.¶Et maxime attẽto ꝙ.d.transactio fuit multum correspectiua,qꝛ ẽt ex parte do.Baptiste fuit renunciatũ quibusdã suis iuribus,vt in facto presupponiẽ,&.s.per Consultorem tactũ fuit,†qñ enim fit mutua,& correspectiua renunciatio sepissime actus validaẽ,lꝫ alias non valeret.l.de fideicõ.& ibi per doct. C.de trãsa.& ꝓpterea indubitatam arbitror ꝯclusionem per dñm Cõsultorem firmatã,vt.s.do.Annibal predictus omnino sit repellendus a petitione legitime vigore predicte transactionis, cui omnino stare dꝫ.Et qꝛ do.Cõsultor plenissime omnia discussit,vt iaꝫ dixi vlterius non instando super hoc ad eius dicta me remitto.

¶Placet tñ vnum addere ꝙ ꝯclusio predicta plurimũ coadiuuaẽ,ex quadaꝫ alia trãsactione inita de ann.M.D.xxix. de mẽse Iunij,naꝫ in ea do.Annibal predictus cũ fratribus,& patre eius trãsigendo renũciauit omni,& cuilibet iuri sibi qũolibet spectanti, & pertinenti in bonis,& hr̃ditate patris eius do.Frãcisci,ita & taliter ꝙ ipse do.Frãciscus possit,& valeat de omnibus eius bonis disponere ad libitũ sue voluntatis,& prout sibi videbiẽ,& placuerit absqꝫ eo, ꝙ ipse do. Annibal aliqd petere possit ex quacunqꝫ causa,& hoc ea rõne fecit,qꝛ ex aduerso eidẽ do.Annibali per patrem,& fratres fuit renunciatũ iuri qd̃ habebat pater,& fratres habere poterãt super vsufructu bonoꝝ multoꝝ ipsius do. Annibalis,& ẽt alijs iuribus eoꝝ,vt in.d.trãsactione apparet. ¶† Et licet ista renũtiatio hereditatis patris viuentis per se non subsisteret,tñ dicitur validata vigore iuramẽti,qd̃ in ea prestitũ fuit,prout de hoc est casus clarus in.c.ꝙuis.de pac.lib.vj. & ibi doc. tradunt,& tradunt ẽt in.l.pactum qd̃ dotali.C.de pac. & in.l.pactum dotali.C.de collat.¶†Et si dicaẽ ꝙ illud.c.ꝙuis. loqtur in filia, que dotẽ receperat,& ꝫm aliquos non ꝓcedit,si nihil accepisset,vt ibi per Pe.de ancha.rñdetur primo,ꝙ multi alij tenent illũ text. procedere ẽt ꝙ filia nihil accepisset,& in quolibet sic renũciante, & iurante ꝓpter vinculum iuramenti,qd̃ semper seruari dꝫ, nisi vergat in dãnationem anime,† cũ inobseruantia iuramenti in ipsius anime dispendiũ tendat.c.cum ꝯtingat.de iureiur.cũ simili. & per alias rõnes,vt per Imo.qui ita firmat in.d.c.ꝙuis.qui ẽt ideꝫ tenuit in.l.qui superstitis.ff.de acq.her.& in.l.stipulatio hoc mõ concepta.ff.de v.ob.vt ibi refert,& sequi vr̃ Alex.in.iij.co. & Claud. etiaꝫ ibi vr̃ ita firmare,& hoc idem seqtur Domi.de.s.Gemin. in. d.c.ꝙuis.vbi etiam hoc vr̃ sequi Phili.Fran.ij.col.in.iiij.limi. & idẽ voluit Io.crot.in.d.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta.in.iiij. limita.saltẽ in casu qñ renuncians scit vires hr̃ditatis, prout in casu isto sciebat do.Annibal,& si recte doc.ita tenentes ꝯsiderentur cõparatione ad tenentes ꝯtrꝫ,vr̃ ꝙ ista sit cõis opi. quaꝫ ẽt ante predictos voluit Bal.in.d.l.si qñ.§.i.in.i.q. dũ simpliciter dicit, ꝙ filius renunciãs cũ iuramento non põt contra illud venire per. d.c.ꝙuis.¶Scdõ etiam rñdetur ꝙ in casu isto do.Annibal satis dr̃ habuisse cum ei maximus vsufructus relictus fuerit,& etiaꝫ alia quedam,vt in instro transactionis apparet.Quo stante ꝯsiderato ẽt ꝙ do.Annibal erat maior.xxv.ann.& persona prudens,& sagax,ac ẽt vt dixi,habebat plenam notitiam bonoꝝ paternorũ cessat rõ tenentiuꝫ ꝙ.d.c.ꝙuis.non ꝓcedat in filia nihil recipiẽte dũ dicunt id esse dõm,qꝛ filia nihil habẽs dolose creditur decepta sexus imbecillitate nõ bene intelligens qd agat, paterna ẽt reuerentia sic impellente, que plurimũ in feminis maxime iuuenibus potest,& ne sic exclusa cogatur mẽdicare. Hec.n.omnia cessant in persona.d.Annibalis,tũ ex qualitate sue psone,quam modo dixi,tum ẽt,qꝛ tempore trãsactionis predicte iã erat satis locuples, & ditior erat ipse tũc,ꝙ aliqs ex suis fratribus sperare posset post mortem patris eoꝝ,ẽt stante valida trãsactione, & renunciatione predicta.¶Sic itaqꝫ vr̃ absqꝫ aliqua dubitatione dõm, predictã trãsactionem,& renunciationem in ea factã valere, & obseruanda esse, & ideo repellendũ est ipsum do. Annibalẽ a petitione legitime,qꝛ omnino per eius petitionem dr̃ venire ꝯtra transactionem predictã,vt de se paret.¶†Et si dicatur ꝙ imo non dr̃ venire contra trãsactioneꝫ,qꝛ cũ illa sit specialiter facta de hr̃ditate, & bonis patris non dꝫ intelligi respectu legitime,cui nunqꝫ dr̃ renunciatuꝫ nisi specifice,& expresse de legitima sit facta mẽtio,iuxta.d.l.si qñ. §.& ꝯnaliter.C.de inoffi.testa.& ibi no.doc.Ad hoc in quo vr̃ stare omnis difficultas,rñdetur,primo ꝙ imo in casu isto nõ fuit simpliciter renunciatũ hereditati,sed ꝯnaliter, & per amplissima verba omnibus,& qbuscũqꝫ iuribus sibi cõpetentibus in bonis, & hereditate &c.in qua generalitate cõprehenditur ẽt legitima,cum sit vnũ de dictis iuribus,& qui omne dicit,nihil excludit.l.iulianus. in prin.ff.de leg.iij.c.si romanoꝝ.xix.distinc.cũ simil. & maxime qꝛ vltra dictã renunciationem dictũ fuit, ꝙ ita illam fecit vt patri liceat qũo voluerit disponere,nolens.d.do. Annibal aliqd petere posse ex quacũqꝫ causa,& occasione,nã ex his vbis euidẽter ostenditur,ꝙ noluit ẽt occasione legitime posse venire ꝯtra patris dispositionem.¶†Nõ etiam demonstratur,dũ ab ista generalitate excipiẽ causa dotis vxoris eius,ius.n.ad dotẽ predictã de bonis patris ꝯsequendam,sibi spãliter reseruauit,vt in trãsactione legitur,dico.n.ꝙ ex hoc arguiẽ ꝙ in omnibus alijs, & sic ẽt in legitima nihil sibi reseruare voluit, qꝛ exceptio facta in vno firmat regulã in omnibus alijs.l.quesitũ.§.deniqꝫ neratius. & ibi gl.& bar. no.ff.de fun.instru.&.c.dñs.& ibi gl.no.xxxij.q.vij.cũ multis simi. & tradit Dy.in rub.de reg.iur.lib.vj.¶†Facit qd̃ pulchre ꝓpter hoc dixit Gemi.post Lap.in.c.qui ad agendũ.§.fi.ad fi.de ꝓcur. lib.vj.dixit.n.ꝙ si do ꝓcuratori mandatũ ad agendum cũ clausula,ꝙ possit omnia facere,que ego possem,excepto ꝙ nõ possit iurare de calumnia,nec iurm̃ deferre,ista exceptio operaẽ, ꝙ potest expedire oẽs alios casus ẽt requirentes speciale mandatũ, vt per eũ,quem referr,& seqtur Fely. in.c.qm̃ frequenter.in princi. vt li. non ꝯtesta.vnde sic dicã in casu isto ꝙ exceptio ista de dote operatur omnia alia includi in renunciatione, ẽt si reqrerent specialem renũciationeꝫ,& sic etiã includitur legitima.¶Et predicta in casu nostro debent eqparari expresse, & speciali renunciationi legitime,attẽto ꝙ si recte verba in renũciatione posita ꝯsiderentur, animus,seu intellectus noster non laborat in intelligẽdo ꝙ do. Annibal voluit oibus suis iuribus,& qbuscunqꝫ carere, & eis renunciare excepta causa dotis,& per ꝯns etiaꝫ dr̃ renunciasse ẽt iuri ad legitimam,qꝛ illud ẽ expresse dictum,qñ ita de voluntate cõstat, vt intellectus non laboret in eo intelligẽdo vt signanter declarat Bal.in auc.hoc inter liberos.in prin.C.de testa.¶†Scdõ etiam rñdetur ꝙ speciali renũciationi,que solet reqri in legitima per.d. §.& ꝯnaliter.dr̃ esse satisfactũ ex virtute iuramenti in ampla forma prestiti per do.Annibalẽ predictum,nã iuramentuꝫ dr̃ habere vim illius clausule,ꝙ actus valeat omni meliori mõ &c.l.cũ pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij.& ibi no.doc.tradit Bart.in.l.si qs. in prin.in antepe.q.ff.de leg.iij.patruus meus Soci.in ꝯsi.liij.mi- ror ꝙ in presenti.ij.col.iij.vol.& Cor.in ꝯsi.ccxciiij.egregie.prope fi.iiij.vol.item ẽt hꝫ vim illius clausule.si ꝙ ago non valet,vt ago valeat,vt valere põt per.d.§.filius matrẽ.vt per Alex.in ꝯ.xxxij. in causa.in fi.iiij.vol.per Cor.in ꝯsi.cxcij.lꝫ videatur.iij.col.i.vol. & in ꝯsi.ij.in hac ꝯsultatione.col.fi.ij.vol. & per Soci. meũ in consi.c.super ꝯtrouersia.iij.col.post prin.iij.vol.Quarto interpretando istã renunciationem valere omni meliori modo, ẽt vltra modũ expressum,dõm est eam valere, ẽt quoad legitimã perinde, nisi ei expresse fuisset renunciatũ.¶Quinimo magis ad ꝓpositum dico ꝙ iuramentũ predictum post illam renũciationem sic amplissimis verbis factam dr̃ habere vim specifici ꝯsensus,& specialis renunciationis,quatenus specialis renunciatio reqrebatur, vt not.tradit Bal.in.l.i.ij.col.ver.scdõ queriẽ.C.cõmo. Ro.in.l.i.§.si qs ita.ff.de ver.ob.sentit Ang.in.l.senium.C.qui testa.face.pos.& colligiẽ hoc ex no.per gl.& Bar.in.l.ij.C.de rescin.vẽ. & per gl. & doc.to.in.c.pe.de emp.& vẽ.†dum volunt ꝙ ꝯnaliter promittẽs non venire ꝯtra ꝯctum cum iuramento dr̃ renunciare beneficio.d.l.ij.

Et ita ponderat Alex. in consi. cxxxiij. super quesitis. iij. col. v. vo lu. dicens expresse iuramentum hʒ vim specialis ꝯsensus, sic et fir mat do. meus Soci. in ꝯsi. cxlvij. visa facti ꝯtingentia. in fi. Curt. senior in ꝯsi. xliiij. super ꝯtingentia. v. col. ꝛ Dec. in ꝯsi. ccccciij. viso eleganti ꝯsil. iij. col. cū multis alijs que ad hoc allegari possent. ¶ Quo stante dico ꝙ lʒ de legitima nō sit facta expressa mētio in hac prima transactione, nec videat̃ ei specialiter renunciatum, tñ generalis renūciatio predicta cum iuramēto hʒ vim specialis renūciationis respectu legitime, vt pinde sit, ac si ei nominatiʒ, ꝛ spe

16 cialiter fuisset renunciatū, † ꝛ ita in terminis ꝙ gñalis renunciatio per filiū facta, cū iuramento includat et legitimam, voluit Ro ma. in. d. §. si qs ita. ppe fin. ꝛ ita et voluit Bald. in. d. l. si qñ. §. illud. de inoffi testa. dū dicit ꝙ filius cū iuramento renunciās, non pōt venire ꝯtra renunciationem, sic et voluit Alex. in ꝯsil. clxxxj. perspectis. i. col. ꝟ. ꝛ per hoc est rñsum. v. vol. Jas. in. d. l. si qñ. §. ꝛ gñaliter. ij. col. ver. limita predicta. ꝛ dixit Deci. in ꝯsi. xxvj. ꝛ diligenter. ij. col. vers. preterea et renunciatio. vbi et pro hoc allegat Bal. in. l. ꝗuis. in fi. C. de fideicō. ꝛ Pau. de cast. in. l. in rōne. la.

17 ij. in prin. ver. qd si inuita. ff. ad. l. falc. † qui dicūt ꝙ renunciatio, ꝛ finis patri. factus cū iuramento excludit filium et a iure legitime, sic etiam, ꝛ clarius dixit Deci. in ꝯsi. clxxx. visa renūciatione. co lum. iij. versicu. scdo specialiter. ꝛ istā opinio reperio, qd̄ sequit̃ in signis doc. Jo. cāpeg. aliqñ preceptor meus in. l. si qs maior. co lum. xj. fm librum meū. C. de transac. in ver. quarto iuramentum hʒ vim ꝛc. ibi. n. enumerat. xl. virtutes iuramēti, ꝛ istam ponit in quarto loco, ꝛ qꝛ cōiter non habetur, ista sunt formalia ꝟba eius. Quarto iuramentuʒ hʒ vim clausule specialis, fm Bal. in. l. i. ʃ. cō mo. ꝛ do. Ant. in. c. i. extra eo. vnde lʒ alias renunciatio generalis facta per filium in bonis patris non extendat̃ ad legitimaʒ, nisi de ea sit facta mētio specialis. l. si qñ. §. ꝛ gñaliter. s̄. de inoffi. testa. tñ fallit si in. d. renūciatione generali interuenerit iurm̄, qꝛ tunc exten ditur et ad legitimaʒ ꝛc. ꝛ sic ibi in terminis decidit̃ casus noster, ꝛ idē dixit Marcus anto. baur. in suo tract. de iuribus, ꝛ virtute iuramēti. iij. col. ver scdo infertur decis. ¶ Et lʒ ibi videat̃ dubitare, put et facit Jas. in. d. §. ꝛ gñaliter. tñ dubitatio eoꝝ non proce dit in casu isto, vt mō dicam, ꝛ demū hanc opin. seqtur, ꝛ dicit esse cōeʒ excellentissi. moder. Frāc. de ripa in lib. suo de legibus in. vj. rñso. iiij. colū. ꝛ clarius in lib. de dona. in. v. rñso, in fi. ¶ Et lʒ qñ fuisset simpliciter renūciatū hereditati, aut bonis patris posset du bitari ex eo ꝙ tunc non vr̃ per filium renunciantem cogitatū de le

18 gitima aliquo mō, † ꝛ alias iuramentū non operatur, vbi non sit consensus, vt volūt Bar. ꝛ qui eū sequunt̃ in. l. sed ꝛ si qs. §. quesitum. ff. si qs cau. ꝛ post alios tradit ibi Jas. ꝛ in hoc stat dubitatio eius in. d. §. ꝛ gñaliter. ꝛ Bauer. in. d. tracta. de viribus iuramenti. tñ in casu isto cessat predicta dubitatio, qꝛ non fuit renunciatū simpliciter hr̃ditati, siue bonis, sed omni, ꝛ cuilibet iuri quō libet spectāti ꝛc. ꝛ ita ꝙ liceat patri, quō voluerit disponere, cum pmissione expressa de non ꝯueniendo, aut de aliquo petendo generaliter ex quacūqꝫ causa excepta tñ causa dotis, vt iam dixi, vt in instro legi potest. Ex qbus verbis ita vberibus, ꝛ amplissimis apparet cogitatū fuisse et de legitima saltem in gñe, vt sic et ei sub illa gñalitate voluerit renunciare, ꝛ simul oibus iuribus simul facientibus ꝯtra predictam renunciationem, maxime cū subdat̃ ꝙ renunciauit oibus, ꝛ singulis iuribus multa examinādo cum clau sula postea, ꝛ omni alteri iuri, ꝛ legū auxilio facientibus cōtra. d.

19 renūciationem sibi quōlibet competenti. ¶ † Hoc ita stante indu bitata est ꝯclusio, ꝙ iuramentū operatur vim expressionis parti cularis, qñ. s. saltem in gñe de eo est cogitatū, prout voluit Alex. in. d. §. si qs ita. iij. col. sic intelligēs dictum Ro. ibi, ꝛ ita voluit Ja so. in. l. si ꝯuenerit. iij. col. ver. vlti. facit. ff. de iur. om. iud. ꝛ in. l. san cimus. ij. col. ver. pro hñda. C. de testa. ꝛ ita cōiter solent dicere do cto. vt per Alex. in ꝯsil. xxix. visis, ꝛ accurate. iiij. col. ver. non ob. ꝙ interuenerit. i. vol. in. d. ꝯsil. cxxxiij. loco preallе. ꝛ in ꝯsi. xj. viso, ꝛ vt oportet. ver. pōt ꝛ tertio rñderi. ij. volu. ꝛ tradit Jacob. de. s. Geor. in. d. §. quesitū. col. fi. insignis moder. do. Bartho. cassenē. in ꝯsi. iij. stat statutū. iij. col. ver. ꝛ ad id qd̄ dictum est, ꝛ And. bar ba. in ꝯsi. xxv. scribit̃ sapientie. vij. col. ver. preterea adduco. i. volu. ꝛ alij multi, quos referre longū esset, ꝛ istud est in effectu, qd̄ vo luit Bal. in. d. l. i. cōmo. ꝛ alij oēs, quos. s̄. deduxi, ꝛ ita et conclu dit Ant. corse. in rub. de iu. iur. in. xxxvj. priuilegio. ¶ Licet ergo legitima reqrat specialem, ꝛ expressam renūciationem, ꝛ non suffi ciat gñalis, tñ sufficit iuramentum, qd̄ hʒ vim expresse, ꝛ specifice

20 renunciationis per predicta. ¶ † Facit in simili pulchra decis. pa trui mei Soci. in. d. ꝯsi. cxlvij. in fi. dum ꝯcludit ꝙ per gñalem renunciationeʒ iuramento firmatā censet̃ renunciatum et. l. si vnqꝫ. C. de reuocā. donatio. solum ppter illam rationem, qꝛ iuramentum hʒ vim specifice, ꝛ expresse renūciationis, vt per eū. Et ex his omnibus ꝯstare satis vr̃ ꝙ per hanc primā transactioneʒ, ꝛ renun ciationem in eo ꝯtentam do. Annibal predictus dr̃ exclusus et a petitione legitime, qꝛ credit̃ illi voluisse omnino renūciare saltem in genere, qd̄ sufficit ppter iuramēti virtutē, fm ea que dicta sunt. ¶ Et ꝙ ita voluerit, ꝛ in tali volūtate perseuerauerit, suadetur ex alia transactione, in qua expresse, ꝛ noiatim predicte legitime re nunciauit, ex quo recte ꝯsideranti apparebit, ꝙ semper illam men

21 tem habuit, † ꝛ ista duplicata, ꝛ iterata renūciatio dʒ plus operari, ꝗ̄ si vna sola facta fuisset, iuxta singulariter tradita per Jas. in. l. i. v. col. ver. quarto ꝯsidera ꝛc. C. de pac. ¶ Hec aūt omnia, que circa primā istam transactionē dicta sunt ex abundanti sint dicta, qꝛ satis clarum arbitror do. Annibalem predictū omnino exclusum esse ex scda transactione, vt. s̄. dixi, ꝛ plenissime per do. Consultorem deductum fuit. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior iurisconsl. Padue legens. 1533.

SVMMARIVM

¶ De iure patrona. ecclesie, ꝙ non transeat per ꝯfiscationeʒ bonoꝝ patroni, saltem qñ non transibat ad heredes extraneos.
¶ Et qñ ꝯfiscatio in specie fit de bonis mobilibus, ꝛ imobilibus.
¶ Et si transeat pro quanto tempore.
¶ Et an prescribatur.

1 Jus patronatus an in fiscum transeat per bonoꝝ confiscationeʒ.
2 Jus patronatus regulariter etiaʒ ad heredes extraneos transit.
3 In fiscum non transeūt ea, que ad extraneos hr̃des non trāseunt.
4 Appellatione bonorum mobilium, ꝛ imobilium non veniunt iura, ꝛ actiones, quia sunt tertia species separata.
5 Bona mobilia, ꝛ immobilia delinquentis, si ex forma statuti sunt publicanda, iura, ꝛ actiones delinquentis non publicabuntur.
6 Jus patronatus quod in fiscum transit, apud eum debet durare vita condemnati durante.
7 Fiscus quando est actor non potest allegare ius tertij.
8 Jus patronatus fm cōem opin. aduersus patronuʒ prescribitur.

CONSILIVM LI

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Reqsitus a magnifico, ꝛ clarissimo do. Nicolao mocenico potestate Padue dignissimo, ꝛ dño meo hoñ. nomine Illustrissimi dñij Venetiarū, vt stante ꝯtingentia facti mihi exhibita de iure rñdeam, vtrum per ꝯfiscationem omnium bonoꝝ mobilium, ꝛ imobilium Ensclmini ob delictuʒ qualificatū rebellionis erga Illustrissi. dñium ius patronatus transiuerit in fiscum Illustrissi. dñij, ita vt hodie tali iure patronatus vti possit, visis ꝯfiscatione predicta, ceterisqꝫ in facto ꝯtingētibus be ne ꝯsideratis omni qua decet reuerētia, vt. j. subijciam, de iure esse

1 arbitror, ꝛ ita sue magnificentie rñsum duxi. ¶ † Licet magna sit dubitatio, qñ fit ꝯfiscatio bonoꝝ omnium eius qui ius patronatus hʒ, vtrum. s. transeat in fiscū cum vniuersitate bonoꝝ, qñ simpliciter loquerentur, ꝛ varie sint doc. opi. vt per gl. ꝛ doc. in cle. pa storalis. de re iudic. ꝛ in. c. quāto. de iudi. ꝛ alibi sepe, vt per Ro chū de curte in trac. de iure patro. in ver. ipse vel is a quo. in. xxix. q. ¶ Tñ in presenti ꝯtingentia facti arbitror Illustrissi. dñiuʒ occasione predicte ꝯfiscationis nulluʒ ius habere. ¶ Et ad hoc demonstrandū, in primis ꝯsidero, qꝛ potest dici, ꝙ nec ab initio in fi scum transierit et posita vera opin. illoꝝ qui simpliciter loquendo

2 cōtrarium tenuerunt, † naʒ illoꝝ opi. inter cetera fundatur, qꝛ ius patronatus regulariter transit et in extraneos hr̃des, vt per Deci. in. d. c. ꝗto. v. col. de iudi. qd̄ in casu isto non reperitur, qꝛ ex ordine sue fundationis sic fuit qualificatū, vt ad extraneos heredes

3 non trāsiret, sed solum ad descendentes fundatoris, † ꝛ alias regula est ꝙ in fiscum vigore ꝯfiscationis nō transeūt ea, que ad he redes extraneos nō sunt transmissibilia, cū ille pro extraneo hr̃de habeatur, iuxta tradita per Bar. Bal. ꝛ alios in. l. i. C. de bon. liber. ꝛ maxime qꝛ in pposito nostro istud ius patronatus prouenerat illi Enselmino a gñe, ꝛ in genus erat transiturum, iuxta dicta per Saly. in. d. l. i. ¶ Preterea ꝛ scdo illa opi. ꝙ ius patronatus veniat in ꝯfiscationem dʒ intelligi, qñ in verbis potest cōprehendi, puta qñ simpliciter omnia bona ꝯfiscarētur, sed si verba aliud

4 vellent aliud dōm vr̃, quod vr̃ in casu isto ꝯsiderari, † nam ꝯfiscata fuerūt nō simpliciter oia bona, sed in specie omnia bona mobilia, ꝛ immobilia, quoꝝ appellatione nō veniunt iura, ꝛ actiones, quia sunt

quia sunt tertia species sepata a bonis mobilibus ⁊ imobilibus, vt ꝓbaṫ in.l.quā tuberonis.§.in peculio.ff.de pecu.⁊ in.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iud.⁊ vtrobiqꝫ tradūt doc.no.Bar. post Jaco.de are.in.l.mouentiū.ff.de verb.sig.Bart.in.l.pōt.ff. de aucto.tuto.⁊ in.l.i.C.si aduer.transf.vbi ēt Fulg.Card.in ꝯsi. lxxij.Titius nūc sunt.iij.col.patruus ⁊ dn̄s meus Soci.in ꝯs.ci. Viso testō.col.fi.cū ꝯcor.vt per Corne.in ꝯsi.ciiij.Circa pͥmuꝫ. 5 iij.col.ij.vol.⁊ in ꝯsi.clxxiij.Circa primū.in fi.iij.volu. ¶†Et in specie reperio ꝙ Fulg.in.d.§.in peculio.dicit ex hoc determinari ꝙ si ex forma statuti sint publicanda bona mobilia ⁊ imobilia delinquentis nō publicabunṫ, iura ⁊ actiones delinquentis, sic ergo in ꝓposito dōm est, ꝙ ius patronatus in dicta ꝯfiscatione non cōprehendaṫ, qꝛ non pōt dici mobile nec imobile, sed tertia q̄dam species bonoꝝ. ¶Scđo principal̄r ꝯsidero ꝙ posito, ꝙ ab initio in p̄dicta ꝯfiscatione ius patronatus de quo agiṫ fuisset cōprehensum, nunc tn̄ ea de cā Jllustrissimū dn̄ium sup eo nul 6 lum ius habet. ¶†Primo qꝛ illa opinio ꝙ in fiscuꝫ transeat videṫ itelligenda vt apud eū ꝑduret durante vita ꝯdemnati vt voluit do.Rochus in.d.xxix.q.in fi.⁊ Deci. in.d.c.quanto. de iudi.sed ille Enselminus ꝯdemnatus iaꝫ per annos.lxx.⁊ vltra decessit.ergo ⁊c. ¶Et si dicaṫ ꝙ ſm opi. p̄dictoꝝ ius patronatus mortuo ꝯdemnato debuisset extingui, ⁊ ecclesia libera remanere vt ꝑ eos, rn̄deṫ ꝙ de hoc alias fuit qō, ⁊ iudicatū fuit ꝯtra ecclesiam. ¶Et preterea pn̄t dicere illi qui ex successione pro patronis se gerunt, ꝙ ad fiscum non ꝑtinet q̄rere de iure ecclesie, ⁊ quo ad ipsum fiscum optimū ⁊ liberum ius hn̄t arg.l.loci corpus.§. 7 cōpetit.in fi.ff.si serui.vendi. ¶†Nec fiscus de iure tertij in ꝓposito pōt allegare qualecūqꝫ sit, cum fiscus in ꝓposito videatur, actor ꝓpter longeuā quasi possessionē iuris patronatus quā hn̄t isti patroni, iuxta tradita per patruum ⁊ dn̄m meū Soci. in.l.ij. ij.col.ver.notabis tn̄ ꝙ actor.ff.de excep.rei iud. ¶Scđo qꝛ isti patroni vel iuris patronatus possessores longa ipsius quasi possessione tale ius (si eoꝝ fuisset) quasi prescripsisse dicunṫ, ita vt ab eis auferri nō possit, nā a die ꝯfiscationis predicte, que fuit de anno.1440.cucurrerunt anni.96.⁊ semꝑ qn̄ hospitale de quo agiṫ vacauit, descēdētes dicti Enselmini pn̄tauerūt, ⁊ p̄sentatio eoꝝ sortita fuit effectū, ⁊ sic ipso iure patronatus vsi fuerunt, ⁊ illud quasi possederūt, ex qua taꝫ longa posſione dicunṫ prescripsisse, cū ꝯstet ecclesiā esse patronatā, ⁊ agaṫ de prescriptione ꝯtra patronum. ¶Nam lꝫ aliqui voluerint ius patronatus ecclesie non posse prescribi, ⁊ q̄dam ꝙ requiraṫ tp̄s, cuius initij memoria nō 8 existat, †tn̄ cōis opi.est in ꝯ̄rium, ꝙ imo prescribi pōt aduersus patronū, vt tradit Fede.de sen.in ꝯsi.ccxxiiij.Sup primo.in.ij. dubio.Jo.and.in.c.querelam.in ver.populus.de elec.⁊ in.c.qō alicui.de regu.iur.lib.vj.in mercu.cuꝫ multis ꝯcor. de q̄bus per do.Rochum predictū in.d.ver.in.q.xxxvj.per Pau.de cittadinis in tracta.de iure patro.in.iij.parte in q̄nta cā acquirendi ius patronatus in.i.q.⁊ per insignem moder.Jo.fran. balbuꝫ in tracta.prescriptionū.in.ix.q.prime ꝑtis q̄nte partis p̄nci. maxime in.ij.ꝯclu.ꝙ oēs post plurimos ab eis relatos ꝯcludunt ius patronatus prescribi, vt dixi, ꝯtra patronum, ⁊ ꝙ ista opi.est verior ⁊ cōiter, ⁊ ꝙ talis p̄scriptio saltem [c]ursu.xl.annoꝝ ꝑficiṫ, vt per eos quoꝝ iura ⁊ rōnes breuitatis cā dimitto, cuꝫ per oēs videri possint. ¶Ex p̄dictis ergo ꝯcludendū vr̄ Jllustr.Dn̄iuꝫ saltē de pn̄ti nullum ius hr̄e sup iure patronatus de quo agiṫ. ¶Nec est opus intrare arduā illaꝫ ⁊ difficillimā.q.vtꝝ.s.simpl̄r loquendo, ⁊ in terminis simplicibus per ꝯfiscationē oium bonoꝝ ēt ius patronatus ecclesie dicaṫ ꝯfiscatū, de qua ꝑ doc.in locis predictis. Licet ēt tūc equior sit opi.negatiua ſm Rochū in.d.xxix.q.non eniꝫ ea est opus discussione, qm̄, ēt tenendo ꝑtem affirmatiuā, vel non habuit locū in casu isto vt fuit dictum in p̄ma ꝯsideratione, vel saltē si locū habuit euanuit illud ius apud Jllustris.Dn̄iuꝫ vt in scđa consideratione dictum fuit. Laus Deo.

Soci.nepos Padue legens iura ciuilia in prima sede lectionis vespertine.

## SVMMARIVM

¶ Officiū iudicis implorari pōt vt ꝯ̄ctus nullus declareṫ ⁊ oia secuta rescidanṫ, qn̄ ꝯ̄ctus est nullus ob defcm̄ forme nō ſuate.

2 Officium iudicis potest implorari, vt nullitas snie declaretur.

3 Officium iudicis in equitate fundatur, ⁊ est eius mater.

4 Officium iudicis est in rem scriptum, quatenus illa eq̄tas repiṫ. Et datur ꝯtra tertium bonefidei possessorem, si sit eadem equitas, quo est contra principalem.

5 Officium iudicis datur contra singularem successoreꝫ ob nullitatem contractus cum minore celebrati, vt res restituatur, contractu declarato nullo.

6 Officium iudicis datur aduersus posſionem illi, qui a posſione rei sue cecidit culpa, vel negligentia sua.

7 Officium iudicis, quod datur ratione rei, debet exerceri in eo loco, vbi est res, ⁊ in quo res vendicari potest.

8 Argumentum de personis ad locum, ⁊ econtra valet.

9 Officiū iudicis sicut sapit naturā actionis in hoc vt in eo in liteꝫ iuretur, ita ꝯtra singularem successorem debet dari.

10 Nil equius est q̄ꝫ rem domino suo restitui.

11 Appellatione pendente quando aliquid attentatur debet retractari per officium iudicis.

12 Officium iudicis seu remedium attentatorum an detur ꝯtra euꝫ qui non attentauerit, vel non spoliauerit, ⁊ nu.seq.

14 Dn̄ium, ex ꝯtractu nullo forma statuti non seruata nō transferṫ.

15 Dn̄ium in rei vendicatione probari dꝫ, quod aliqn̄ difficile est. Jn offō āt iudicis sufficit possedisse, ⁊ ex inutili ꝯ̄ctu tradidisse.

16 Offm̄ iudicis ꝓ restōne in integrū an deṫ ꝯ̄ singularē successorē.

## CONSILIVM LII

Dirigat Dn̄s ꝟba mea in viā veritatis ⁊ iustitie. ¶Jn presenti dubitatione vtrū.s.offm̄ iudicis quo pōt peti nullitas ꝯtractus celebrati nō seruata forma in eo req̄sita possit iplorari aduersus singularē successorem ēt bonefidei hn̄tem tn̄ titulū ⁊ cām ab eo qui nulliter ꝯtraxit, vidi elegantissimas allegationes hincinde factas a prestantissimis iuriscōsultis, ⁊ req̄situs q̄d mihi de iure videaṫ, lꝫ articulus valde dubius sit, ⁊ plura ad vtranqꝫ ꝑtem adduci possint tandē inclinaui in ꝑtem affirmatiuā ꝓut pro ea elegātissime, ⁊ cū sūma doctrina 1 scripsit excellētissͥ.do.Ant.queta mihi vti frater hon̄. ¶†Et insistendo tm̄ in necessarijs in primis non est dubiū ꝙ qn̄ ꝯ̄ctus est nullus ex d̄fectu forme per statutū req̄site, ꝓut isto casu ꝯtingit, pōt implorari iudicis offm̄ vt ꝯ̄ctus nullus declareṫ, et oia que ex eo secuta sunt rescindanṫ, ⁊ in pristinū reponanṫ, vt determinat Bart. in.l.que sub ꝯditione.§.fi.ff.de ꝯdi. insti.Rapha.fulgo.in ꝯsi.lxxx.Quidā ser ventura.col.fi.ver.vel simulauerit ipse curator ⁊c.⁊ Curt.iunior in ꝯsil.lj.Post expedituꝫ.ꝓpe finem. 2 †quēadmoduꝫ ēt dicimus ꝙ talis iudicis offm̄ pōt implorari vt nullitas snie declareṫ, vt tradit Spec.in titu. de offi. omni. iudi. §.i.ver.item cū petiṫ snia ⁊c.Jnno.in.c.fi.de off.iudi. quē refert ⁊ sequiṫ Bar.in.l.si expressim.col.penul.ver.q̄nto quo iure agitur.ff.de appel.⁊ est cōe dictū vt per Cardi.in.c.ij.in.x.q.ad fin. 3 de offi.iudi. ¶†Et istud iudicis offm̄ totum fundaṫ in equitate, quā iudex preoculis semꝑ hr̄e debet.l.quod si ephesi, cuꝫ simi.ff. de eo qō cer.loco.⁊ ideo dici solet ꝙ offm̄ iudicis matreꝫ habet ipsam equitatē, vt inq̄t Signorol.in ꝯsil.c.Primo dubitabilis. iiij.col.⁊ ꝙ ex mera equitate cōpetit vbi nulla sit obligatio dixit Bal.in.l.fi.§.sed cū in scđa.post p̄n.C.de furt.per iura ibi ꝑ euꝫ 4 allegata. ¶†Et istud offm̄ iudicis sic ab equitate descēdēs.⁊ in ea fundatum dꝫ dici in rem scriptū quatenus.s.eq̄tas illa repiṫ, vt sic ēt ꝯtra tertiū posſoreꝫ lꝫ bonefidei possit exerceri si sit eadem eq̄tas que eēt ꝯtra principalē ꝓut determinat Bar. quem doc.cōiter sequunṫ in.l.si tertius.§.si q̄s prius.ij.col.ver.ſꝫ qua5 liter poteris cognoscere.ff.de aqua pluuia.arcē. ¶†Tota ergo vis ꝯsistere vr̄ vtrū in p̄senti casu eq̄tas patiaṫ, vt ꝯtra istuꝫ emptorem ēt si sit bonefidei istud iudicis offm̄ exerceri possit, vt sic declarato illo ꝯtractu nullo domus de qua agiṫ huic minori tanquā ꝓprio domino restituaṫ. ¶Et certe ꝯcludendū videṫ oino equitatem talem subesse, nam cū domus ista reperiaṫ extra manus ⁊ posſionē ꝓprij domini absqꝫ aliqua iusta cā ex quo ꝯ̄ctus per eum celebratus fuit nullus, ꝯuenit equūqꝫ est illam sibi restitui a quocunqꝫ posſore, ⁊ ꝙ in hoc implorari possit iudicis offm̄ 6 argu.notatoꝝ in.c.cum ad sedem.de resti. spo. ¶†Pro quo facit qō voluit Host.in.c.accedens.primo, vt lit.non ꝯtest. ⁊ in.c. dilecti.de maio.⁊ obe.⁊ alibi ēt ꝓut refert ⁊ sequiṫ Alex.in consil.ciij.Sup eo dubio.post p̄n.vij.volu.dum ꝯcludit dari officiū iudicis aduersus posſorē illi qui a posſione rei sue cecidit culpa vel negligētia sua, ita.n.⁊ de hmōi minore dōm est, qui ex nullo ꝯtractu domum tradidit, nam ⁊ in eo culpa vel negligentia consideratur. Et licet Alex.paulo.j.in.d.ꝯsi.restringit illud dictum ad ecclesiam, absentem, vel minorē, vt ꝑ eum, tn̄ adhuc ꝓcedit in casu cum ista mulier fuerit ⁊ sit minor vt in facto presupponitur. ¶Preterea pro ista opi.facit, nam habemus ꝙ officium iudicis quod daṫ rōne rei dꝫ exerceri in eo loco vbi res est, ⁊ in quo

res pot vendicari vt vr tex.in.l.sed & si susceperit.§.fi.ff.de iudi. & ibi tradunt Bar.Bal.& alij,& maxime insignis Moder. Iacobi.de.s.Georgio qui hoc in terminis notat ex illo tex. Sic igitur videt dom respectu psone,vt.s.officium iudicis, quod datur pro re recuperanda rone nullitatis ꝯtractus possit ꝯtra illa personam exerceri apud qua res sit,& ꝯtra quam daret rei vendicatio,†cum valeat argumentu de psonis ad locum vel ecotra,vt recte intuenti pbatur in.l.i.§.fi. cum.l.seq.ff.ne qs eum qui in ius voca.est vi exim.& in.c.pueni.de imu. eccle.iucto.c.cu ecclesia. in fi.eo.tit.seu iunctis ijs que post alios dicit ibi Abb.in.iij.nota.vbi in fi.vtitur hoc argumento. ¶†Facit etiam qr sicut officium iudicis sapit natura actionis in hoc vt in eo in litem iuret, qn iuraret si ageret,vt tradit Cardi.in.c.ij.q.xxv.de offi.iudi.dicens q ita comuniter tenet,sic etiam dom videt q det ꝯtra singularem successore,cuz et realis actio que in pposito casu potuisset intentari ꝯtra singulare successorem cpeteret,vt est notu , vt sic istud officiu iudicis equitate sic exposcente dicat in re scriptu vt.s.dictum fuit,†nihil enim equius est q rem sua ppio dno restitui,ad qd p regula posset officiu iudicis implorari tali eqtate ꝯsiderata firmat Guido pap.in.q.ccclxij. Utru officiu iudicis, dicens q ita fuit iudicatu in parlamento delphinali. ¶†Facit et qr qn pedente appone aliqd attentat qd velut nulliter factu dz reponi in pristinu statuz ad illud offm iudicis implorando, iuxta tradita per glo.magna & doc.maxime Francu in.c.no solum.de appel.lib.vj. & per Bart. in.l.chirographis.§.i.ff.de admi.tut. si ꝯtingat attentata esse apud singulare successore et ꝯtra euz dabit tale offm iudicis velut in rem scriptuz sic exigente eqtate fm q voluit Imo.in.c.ex parte ade.in.iij.col.ver. item not. q remedium attentati.extra de testi.& voluit Oldra.in ꝯsil.cxcix. Pro fundamento.post prin.l.du dicit dari remediu attentatoꝝ, & sic offm iudicis et q aduersarius ꝯtra quem pponit non attentauerit seu spoliauerit,puta,dicam ego,qr alteri successit in attentatis,& clare hoc dixit Deci.in.c.bone memorie.in.vj.nota.de ap. vbi alle. Oldr.in.d.ꝯsi.& alios,vt per eu. ¶†Sic igit dom est in pposito,vt.s.aduersus istum singulare successorez & possessorem dns det istud offm iudicis pter nullitate ꝯtractus gesti per minorem,vt sic ꝯctu nullo declarato,domus isti minori vti proprio domino restituat per possessore etia q ille ꝯctum illum nulluz no fecerit,sic equitate dictante. ¶†Et si dicat q ea que dicta sunt de attentatis & alia.s.dicta solu pcedunt qn successor singularis & possessor ꝯ quez pponit offm iudicis habuit cam & titulum ab auctore vitioso vt aliq volunt in.d.c.bone.& in.d.c.non solu, ad qd bene facit doctri. Bar.in.l.rem que nobis.ff.de acquir. pos. Dicam,non disputando nunc vtrum illud sit verꝰ,q & iste est casus noster,nam iste possessor emit ab illo qui nulliter cum minore ꝯtrit,& qui pot dici auctor vitiosus,nam cum sciret formam statut no seruari sciebat vel scire debebat ꝯctunullius esse momenti,& ꝯnter in eum domum non fuisse iure dnij translatam,iuxta.l. si prediu.cum simi.C.de predi.mino.& ita illam domum cu vitio malefidei a minore accepat. ¶Et istud vt saltez.p.successor singularis ita teneat,sicut ipse auctor vitiosus suma cum rone, & magna eqtate pcedit,qr si alias diceremus, auctor ille vitiosus subito rem venderet,& successor ille singularis non posset molestari per huiusmodi offm iudicis,& ita daret vitioso auctori occasio,& facultas malignandi & fraudandi,quod non est ꝯcedendu per iura vulgaria. ¶†Et si dicatur q ex hoc no posset tolli, quin dns vti possit rei vendicatione,rndetur q ex eo non releuatur,na in rei vendicatione oportet pbare dnium cuius pbatio sepe & difficillima,sed in isto officio iudicis satis est pbare se possedisse,& ex inutili ꝯctu rem tradidisse,annullato enim ꝯtractu,seu declarato nullo omnia debent per iudicis officiu in integrum restitui. ¶Et istud officium iudicis in hoc dicit esse vtile & necessarium,qr non valenti de dnio docere per illud succurret. ¶Et vt dixi,satis erit pbare possessionez,put declarat Bar.in.l.de vsu. in ver.tertius casus. ibi,vel dic q istud officium.ff.de vari. & extraordi.cogni.refert & sequit Guido pap.in.d.q.ccclxij.ver.& sequit vnus talis effectus,& in hoc ꝯsistit maxima equitas que est fundamentum officij iudicis,vt supra dictum fuit. ¶†Nec predictis obst.quod dicit de officio iudicis pro restitutione in integrum,vt.s.non detur ꝯtra singularem successorem bonefidei,nisi auctor suus,& qui cuz minore ꝯtraxit non sit soluendo vt est tex. in.l.in cause.la prima.§.fi.cum.l.seq.ff.de mino. Quoniam posito q reus ꝯuentus in casu nostro sit bonefidei(sine tn preiudicio veritatis)rndetur q nos sumus in casu valde diuerso, & diuersa rone determinando,& ideo de eo ad casum istuz non dz argui cu ex diuersis minime arguat.l.si.ff.de calum.&.l.inter stipulantes. §.sacram.ver.sed hec dissimilia.ff.de vbo.obli.cum simi. naz ibi ꝯtractus valuit & dnium translatuz fuit,& sic rei vendicatio non competebat,nec vigebat equitas,vt dno res sua restituatur, sed solu minor qui ꝯtraxit veluti deceptus volebat in integruz restitui,qd solum ꝯtrahentem secum respiciebat,& ideo ꝯtra singularem successorem bonefidei non dat nisi in subsidium. Sed in casu nostro ꝯtractus ab initio fuit nullus traditio inutilis,& sic dominium no fuit translatuz,& ideo rei vendicatio cpetebat,& viget equitas rei ppio dno restituende,merito officium iudicis de quo agitur potuit ꝯtra istum possessorem habentem causam & titulum ab eo qui nulliter ꝯtraxit pponi per predicta. ¶Ex quibus & alijs multis deductis per excellentissimum Aduocatu ita concludendum puto. Laus Deo.

Maria.socinus iunior Padue.1537.

## CASUS

¶Michael rochette diocesis Tridentine ex causa plurium bnficioꝝ receptoꝝ titulo donationis iter viuos dedit & donauit quedam bona Marco de salauorna recipienti & acceptanti, pro se & suis filijs masculis tantu & non feminis cum multis pactis et conditionibus,& cum pluribus clausulis,vt latius cstat ex ipso donationis instrumento cuius copia transmittitur.

¶Marcus predictus cum diu res donatas tenuisset decessit superstite sibi quodam filio masculo,ac etiam alia femina.

¶Qui masculus cuz & ipse pluribus annis ipsas res donatas habuisset & possedisset sine liberis decessit,& de rebus,vt supra donatis in filium sororis sue disposuit.

¶Ueniunt nunc heredes aut heredu heredes.d.Michaelis donatoris asserentes bona per eum olim donata eis esse restituenda resoluta,& de cetero inualidata dicta donatione per defectuz linee masculine predicti Marci donatarij. ¶Querit qd iuris.

## SUMMARIUM

¶Donatio facta alicui pro se & filijs masculis tantum & non feminis resoluitur qncunq defecerit linea masculina.

1 Rex si dedit militi castrum,ita q illud ipse & sui heredes ex suo corpore descendentes habeat si miles decessit cum filijs sat est & ipsi habebunt & eorum heredes,vide.I.nu.14.
2 Filiorum appellatione proprie nepotes non veniunt.
3 Donatio si facta sit alicui pro se & eius filijs masculis tantum illa verba importat vt solum ipse,& post eum filij masculi habeant,& non alie persone.
4 Quod vni aut pluribus certis personis tantum tribuitur, omnibus alijs censetur denegatum.
5 Dictio tantum & similes taxatiue quado affirmatiue ponuntur omnes alias personas excludunt.
6 Dictio taxatiua non excludit casus similes.
7 Filioꝝ appellatione largo modo veniunt nepotes,et.I.nu. 18.
8 Donatio facta alicui & filijs masculis videtur facta causa cseruandi agnationem donatarij.
9 Statutum feminas ob masculos excludens factum videtur causa conseruande agnationis.
10 Omnis dispositio a mente disponentis regulatur.
11 Dispositio vel statutum excludens matrem pter masculos intelligi debet,dummodo sint agnati.
12 Statutum excludens matrem pter patruuz debet intelligi de patruo qui sit agnatus.
13 Uerba illa & heredes eius de suo corpore descendentes debent intelligi vniuersaliter de omnibus descendentibus.
15 Uerba illa instrumenta,& suis heredibus masculis placuerit faciendum in casu de quo hic,quid importetur.
16 Heredum appellatione nedum primi, sed alij cprehenduntur.
17 Uerba illa si no remaneret heres de quodam &c. qd importent.

## CONSILIUM LIII

Dirigat Dominus verba mea in vias veritatis & iustitie. ¶Uidebit fortasse alicui in presenti ꝯsultatione dom donationem non posse dici resolutaz,qr satis videtur pro eius perpetua validitate q ex predicto Marco donatario supfuerit filius masculus in que transiuerint bona donata,†p quo vr pulchra decis.Cy.& Bal.in auc. sz & si qs.C.de secun.nup.

docto. tradunt, de pac. lib. vj. ¶ Quinimmo vt assequor coniectu ris patrimoniũ propriũ ipsius patris parũ excedebat talẽ sum mã, adeo ꝙ do. Cornelia nullo modo põt dici enormiter lesa, saltem vt retractari possit. d. renunciatio, qm̃ pro ea conseruanda est casus in. d. c. ꝗuis. qui tex. multũ restringeretur si in casu nostro, vel simili non ꝓcederet ɔtra eius generalitatem. ¶ Et si dicatur ꝙ satis dicitur enormiter lesa, ɔsiderando ꝙ renunciauit ẽt materne, ⁊ auite hereditati, vt in ɔ̃rium arguebatur. Rñdetur ꝙ hec non sunt ɔiungenda. In istis enim dr̃ facta donatio in qua nõ consideratur, an qs ledatur. vel ne, vt statim dicã, sed respectu paterne hereditatis dr̃ facta renunciatio, ⁊ vt. s̃. dixi pactum de nõ succedendo iuramento firmatũ per do. Corneliam dotem ɔgruam, ⁊ etiam vltra recipientem merito dꝫ tale pactuꝫ, ⁊ renunciatio seruari per. d. c. ꝗuis. de pac. vbi est casus. ¶ Et certe si talis renunciatio fuisset sola, ⁊ non fuisset ɔuentuꝫ ẽt de hereditate materna, ⁊ auita, casus noster ni fallor esset indubitatus. ¶ Verũ ego dico ꝙ predicta sunt separatim ɔsideranda, ⁊ in effectu sunt separate, disponens vt. s̃. dixi, ⁊ ex his ɔstat non obstare decis. Pet. de ancha. ⁊ alioꝝ. s̃. in contrarium allega. qꝛ esto ꝙ iuramentuꝫ non liget, vbi sit enormis, ⁊ grauissima lesio in casu nostro hoc non ɔsi-

22 deratur, qꝛ talis lesio nõ adest, vt dictũ est. ¶ † Preterea illa opi. Pe. de ancha. ⁊ ɔcor. potest negari ⁊ dici, ꝙ imo. d. c. ꝗuis. procedit ẽt data enormi lesione, dũmodo non interuenerit verus dolus ex ꝓposito, cum in hoc non equipparetur dolus re ipsa propter iuramentum, ꝓut egregie post Imo. ⁊ alios firmat Alex. in consi. xlij. super premisso. col. pe. ⁊ fi. vol. i. dicens ꝙ ita tenet cõis opinio ɔtra Pet. de ancha. ⁊ socios, ⁊ idem ẽt alibi dixit Alexã. vt refert, ⁊ sequitur Deci. in ɔsil. clxxxj. satis nota. ij. col. vbi ẽt allegat alios ita tenẽtes. Sed non curo super hoc instare, qꝛ vt credo in hoc nõ interuenit enormis lesio, ⁊ hec vt dixi quãtuꝫ ad renuncia

23 tionem paterne hrẽditatis de plano procedunt. ¶ † Quantũ vero pertinet ad renũciationem hereditatis materne, ⁊ auoꝝ materno rum, in quo vr̃ difficultas, dico ꝙ cum in eis fuerit ɔ̃ctus vere donationis non cadit ɔsideratio enormis, vel grauissime lesionis, qꝛ illa ascribitur liberalitati, ⁊ volũtati sic donandi, potest eniꝫ quis ex arbitrio de rebus suis disponere. l. in re mãdata. C. man. cũ si-

24 mi. ẽt donando, vt in toto tit. ff. ⁊ C. de donati. † qd̃ solet dici beatius est dare, ꝗ̃ accipere, vt not. in. c. i. extra eo. ¶ Quinimo posset qs, vt sepe dicunt doc. nostri ꝓicere bona sua in mari, qui ergo liberalitate vrẽdo donat non potest dici sum lesus enormiter, aut vltra dimidium ⁊c. qꝛ non ɔsideratur obiectum aliqd̃, cuius respectu fiat, propter qd̃ possit lesio vltra dimidium ɔsiderari, sicut cadit in ɔ̃ctu venditionis, in quo precium propter rem, ⁊ res ꝓpter precium daẽ, iuxta. l. ij. cũ sua materia. C. de rescin. ven. sed vt dixi sola liberalitas ɔsideratur, in qua semper adest dãnum, qꝛ donare est perdere, sed hoc non ɔsideratur ad eius rescissionem, alioqn quelibet minima donatio rescinderetur, cũ in qualibet sit dãnum

25 nedum in dimidia, ⁊ vltra, sed ẽt in totuꝫ. ¶ † Et hinc est ꝙ si venditor qui minoris dimidio iusti precij vendit, qd̃. s̃. res pluris valebat, scienter donauit nõ habebit remedium. d. l. ij. vt ibi Barto. ⁊ alij cõiter tradunt, tradit etiam Alex. in ɔsil. liij. visis, ⁊ considera tis. colũ. vij. lib. iij. patruus, ⁊ do. meus Soci. in ɔsi. xlviij. viso instrumẽto. col. fi. iiij. vol. ⁊ Dec. in. d. ɔsil. clxxxj. ij. coi. ¶ Cum igitur do. Cornelia sciens, ⁊ recte intelligens predictarũ hereditatuꝫ valorẽ, ⁊ extimationeꝫ sponte, ⁊ ex libera voluntate patri suo donauerit, vt clare dr̃ in instrumento, ⁊ de obseruantia iurauerit, non põt dicere se enormiter lesam, ita vt ratione enormis lesionis

26 venire possit ɔtra predictã donationem, † qꝛ nemo volens, ⁊ sciẽs decipiẽ, aut leditur. l. cum donationis, ⁊ ibi tradũt gl. ⁊ doct. C. de trãsa. ¶ Facit in arg. l. i. in fi. ff. de act. emp. ⁊ tradũt doc. in. d. l. ij.

27 de rescin. ven. ⁊ dixit Alex. in. d. ɔsi. liij. in pluribus locis, † vnde dicimus in donatione causam non reqri, qꝛ sufficit pro ratione voluntas. l. i. ff. de dona. nec dꝫ donatio rescindi ratione enormis, vel etiaꝫ enormissime lesionis, qꝛ in ea vt dixi non ɔsideratur, ⁊ sic melius est dicere non rescindi eam ratione damni ẽt grauissimi, vt plene scribit Beltrã. in consi. cclviij. donatio quã olim. iiij. col. in fi.

28 i. vol. vbi Bar. Ang. ⁊ alios plures alleg. vt per eũ. ¶ † Et si dicatẽ ꝙ illa si viueret cũ tempore donationis esset minor, posset petere restitutionẽ in integ. velut a seipsa circũuenta fragilitate etatis, iuxta to. ti. ff. de mino. ⁊ C. de in inte. rest. mi. ⁊ C. si aduer. dona. ⁊ hodie ita debẽt posse eius filij, ⁊ heredes, cũ in integ. restitu. transeat ad hrẽdes. l. non solum. vbi Bal. ⁊ aly no. ff. de in inte. re-

29 stitu. cum ɔcord. de qbus ibi per gl. ¶ † Rñdetur primo ꝙ tẽpus petende restõnis in integ. dr̃ preteritum, nam do. Cornelia iã maior ann. xviij. donauit de anno. M. D. xvj. ⁊ tempus ei cõcedebatur, vsqꝫ ad quadriẽnium finituꝫ post eius annũ. xxv. ⁊ sic vsqꝫ

ad annum. xxix. sue etatis, iuxta. l. superuacuã. C. de temp. in inte. restitu. quã etatem ipsa do. Cornelia viuens, vt credo excessit, merito ergo fuit extinctum beneficiũ restitu. in integ. in persona sua. ¶ Et posito ꝙ illã etatem non excesserit, tñ in heredes non transiuit tale beneficiũ, nisi. ɟ. suuꝫ tempus, vt. d. l. non solũ. ibi non vltra tempus statutũ ⁊c. ⁊ declarant doc. maxime Alb. de rosa. in. l. ea

30 que. C. de tẽpo. in integ. resti. ¶ † In hoc vltimo tñ non facio fundamentum, qꝛ forte filij, ⁊ heredes do. Cornelie sunt adhuc minores. xxv. ann. quo stãte eis non cucurrisset tempus, qd̃ eorũ matri supererat, vt declarãt Albe. ⁊ alij in. d. l. ea que. Ista ergo prima responsio vr̃ procedere solum si ipsa do. Cornelia viuens excessit

31 etatem. xxix. annoꝝ. ¶ † Secundo rñderi potest ꝙ cessat beneficium restõnis in integr. propter obseruatam formam statuti Pisani in ɔtractibus minoꝝ, etenim interuenit ɔsensus propinquorum, ⁊ presentia, ⁊ decretũ iudicis, ⁊ plus etiam presentia, ⁊ ɔsensus mariti, qd̃ ego magnifacio, vt. ɟ. dicam. Quibus sic stantibus vr̃ ꝙ non remaneat beneficium restõnis in integ. eo qꝛ videtur ꝙ ipsa nõ possit dici decepta propter predictoꝝ presentiam, iuxta. l. transactionẽ, ⁊ tradita ibi per doc. C. de trãs. ac etiam qꝛ vr̃ ꝙ statutum velit ɔ̃ctum firmissimuꝫ esse seruata sua solẽnitate, que non videẽ induci ad aliud, nisi vt actus cum illa gestus valeat, ⁊ rescin di non possit, ne alioqn quis videreẽ auctoritate. l. ⁊ statuti quo-

32 dãmodo circũueniri ɔtra. l. i. C. de his qui ven. eta. impe. ¶ † Vel ⁊ tertio clarissime rñdetur, ⁊ tollitur omnis difficultas, dico enim ꝙ beneficiũ restitutio. in integ. fuit sublatum propter vinculũ iuramenti, ꝓut est text. in auct. sacramenta puberũ. ⁊ in corpore vnde sumiẽ. C. si aduer. ven. nam auct. illa, vt ibi gl. ⁊ doc. volunt, procedit ẽt in donatione, nam cuꝫ ratio ipsius sit obseruantia iuramẽti, cum seruare possit sine interitu salutis eterne, iuxta. d. c. ꝗuis. de

33 pact. lib. vj. ⁊. c. cum ɔtingat. de iureiur. † ac ẽt qꝛ cum quis iurat, crediẽ deliberatissime iurare, vt tradũt ibi doct. ⁊ iste rationes vigeant, ẽt si minor donat, ⁊ iuret, ideo dispositio illius auct. procedit ẽt in donatione per locum ab identitate rõnis. l. illud. ff. ad. l.

34 aquil. ⁊. l. fi. C. ad. l. fal. cũ simili. ¶ † Nec ob. ꝙ dicebatur ꝙ qua fragilitate fuit inducta ad donandũ, dicitur inductã ẽt ad iurandum, qꝛ rñdetur ꝙ iura hoc non admittunt propter reuerentiam iuramẽti, cum enim qlibet sciat, vel scire debeat iuramentũ omnino seruanduꝫ sub reatu periurij, qñ eius obseruatio non vergit in

35 dispendiũ salutis eterne, vt. d. c. ꝗuis. ⁊. d. c. cum ɔtingat. † Et ne mo credatur immemor sue salutis, sed ad eã semper intentus. c. sancimus. i. q. vij. cũ simi. ⁊ tradit Spec. in ti. de excep. ⁊ repli. §. ij. N. quid si probatur. qñ quis iurat creditur id cum matura deliberatione facere, ⁊ cũ resoluta, ⁊ firmissima opi. seu volũtate obseruandi veluti maior, cũ iuramentuꝫ faciat ꝙ pro maiori habeatur, ⁊ ꝙ arg. illud ꝙ qua fragilitate ⁊c. non admittaẽ respectu iuramenti, declarat egregie Alex. in ɔsi. xxj. attentis his. iiij. col. ver. nec ob. etiã ꝙ eadem. volu. iij. ¶ Nec predictis ob. si dicaẽ ꝙ vires iuramenti non transeũt ad heredes, cum sit personale, vt in ɔ̃rium arguebatur, ⁊ ɔ̃nr dicatur ꝙ possint filij, ⁊ heredes do. Cornelie con

36 trauenire, lꝫ ipsa non posset propter eius iuramentuꝫ, † qm̃ respondetur ꝙ imo vires iuramẽti trãseunt ad hrẽdes quo ad obseruantiam ɔtractus pro iurament. validitate, lꝫ non transeant quo ad penam periurij, nã eo respectu fateor ꝙ dr̃ personale, ita probatur in. l. cum qs decedens. §. codicillis. ⁊ ibi dicit Bar. ff. de lega. iij. ⁊ ita ẽt quedam alia allegando, firmat Alex. in ɔsi. xxvj. cumulatissime. in fi. vol. vij. ⁊ ideꝫ voluit ẽt do. meus Soc. in ɔs. xxxviij. in causa dñorum. post prin. iij. vol. ⁊ ibi alleg. rõnem, vt per eum. Quarto ẽt dici potest ꝙ in casu isto do. Cornelia, cuꝫ esset in scda renũciatione, ⁊ donatione maior. xviij. annis habebaẽ pro maiore ex forma statuti dicte ciuitatis. Caueẽ enim in eo ꝙ maior. xviij. an. possit omnia facere, sicut maior. xxv. ⁊ sit perfecte etatis. ¶ Non ob. ẽt ꝙ dicebatur do. Corneliã dolose, ⁊ metu reuerentiali fuisse inductã ad renunciandum, ⁊ donandũ ⁊c. in quo etiam

37 vr̃ non parua difficultas. † qm̃ rñdetur ꝙ dolus, ⁊ metus nõ presumitur, sed probari dꝫ. l. dolus. C. de rescin. vendit. ⁊. l. dolũ. C. de dolo. cum alijs ɔcor. ibi alleg. que iura loquanẽ de dolo, ⁊. l. si cuꝫ exceptione. §. in hac. cũ simi. loquentibus de metu. esse. n. adhibitum dolũ, vel illatum metum, cũ sint facti, merito probari debet, qꝛ que sunt facti non presumunẽ, nisi probenẽ, pro quo vulgo allegaẽ. l. in bello. §. facte. ff. de capti. ⁊ postli. reuer. lꝫ parũ, aut nihil

38 faciat, sed bene facit. l. si emãcipati. C. de col. ¶ † Et maxime hoc dõm est, cum oia gesta fuerint corã ɔsanguineis, ⁊ iudice, iuxta. l. transactionẽ. cum sua materia. C. de trans. ⁊. s̃. dictuꝫ fuit. ¶ Ad qd̃ etiã facit in arg. l. fi. ff. ꝙ me. cau. in prin. ¶ Et preterea claruꝫ est dolũ, aut metuꝫ non interuenisse, sed oia facta fuerunt ex pura, libera, ⁊ spõtanea voluntate ipsius do. Cornelie, prout clare dr̃ in instrumento

instrumento,z ita considerat,z arguit Alex.in dicto consi. sed in
39 pluribus locis maxime in.vj.col. ¶ †Nec predictis ob.paterna
reuerētia ad presumendū metū in personā filij illatum,nisi ēt pro
bet φ de eo interuenerint,seu precesserint mine, vt dclarat Bar.
z alij in.d.l.i.§.que onerande.ff.qua. re.act.non def. cum multis
ɔcor.quos refert,z seqtur Alex.in ɔsi.lxxxiij.viso processu.ij. co
lū.ver.nec ēt.vol.vj.z in.l.si cum dotē.§.eo aūt tempore.iij.col.
z.iiij. ver.in tex.ibi,qd enim zc.ff.sol.mat. z dicit φ ita se hꝫ cōis
opi.z plura alia circa hoc declarat notatu digna, z ita ēt firmat
Dec.in ɔsi.ccxxxij.dura admodū.iij.col. versi.nec ob. si dicatur.
40 ¶ †Et inter cetera dicit φ etiam qñ interuenerint mine, z ɔtra-
ctus fuisset gestus coram ɔsanguineis cessat presumptio metus,
prout voluit Bar. in.d.l.transactionē.C.de trans.ēt si filius con
trahat cū patre,quicquid in ɔ̄rium dixerit Saly.vt ibi per Ale-
xā.qui eum reprobat,prout ēt facit in.d.l.transactionē.vnde cū
in casu nostro interuenerit ɔsanguineoꝝ presentia,z ɔsensus,z vl
tra ēt mariti,z iudicis qui suā auctoritatem,z decretū interpo-
suit absqꝫ dubio dꝫ cessare omnis suspitio metus, ēt si probare-
tur φ interuenissent mine patris in do. Corneliā filiam, qd tñ est
41 falsum,qz nulle mine interuenerūt. ¶ †Preterea z scdo ego con
sidero φ si qua suspitio metus reuerētialis posset ɔsiderari, certe
id esset solū,dū do.Cornelia apud patrē erat,z sub eius regimi-
ne,z cura viuebat cū eo habitando,sed postea φ̄ nupta fuit, z in
domo mariti reperiebat̄,prout erat qñ fecit predictā renuncia-
tionem,z donationē,cessat omnis suspitio metus reuerentialis,z
cū vir,z vxor sint duo in carne vna.c.debitū. de biga. z cōem for
42 tunā sequi debeāt.l.si cum dotē.§.si maritus.ff.sol.mat.†z ibi gl.
dicit φ vir, z vxor vnum corpus,z vna anima sunt, z voluit hec
Bal.in.l.vbi adhuc. iij.col.C.de iu.dot. verosimile est φ si metu
paterne reuerētie id fecisset illa marito suo predixisset,qui cogni-
to metu vxoris nunφ̄ consensisset,cū de preiudicio ēt proprio, z
cōmunium filioꝝ futuroꝝ tractaretur,vnde cū consenserit,verosi
mile est φ cognouerit vxorē suā sponte,z ex libera volūtate vel-
43 le donare. ¶ †Nō etiam suadet, qz illa post donationem predi-
ctā pluribus annis superuiuens,z iā facta maior,nihil vnφ̄ dixit
aduersus predictā donationē,aut de patre ɔquesta fuit,sed sem
per cū his que fecerat acqescens, nō obstāte φ.iij.filios suscepis
set,ostēdit omnia per eā facta fuisse libere,z sponte facta, alioqn
verosimiliter viua,aliqñ ɔtradixisset saltem post filioꝝ natiuita-
tem,vnde ita tacens vr̄ denuo talem donationē,z renunciationē
ratificasse,put in simi.ɔcludit Dec.in.d.ɔsi.ccxxxij.ij.col. ad fin.
¶ Et iste ɔiecture,presumptiones,z verosimilitudines, vt verū
fatear,potissime me induxerunt in hanc sniā, ab eis enim in iure
optimū est arg.l.non est verosimile.ff.φ met.cau.z.c.sollicite. de
resti.spoli.cū mille simi. Attentis maxime viribus iuramenti, de
quibus.s̄.dixi,potest.n.iuramentū isto casu seruari sine dispēdio
salutis eterne,ergo omnino seruari dꝫ,vt.d.c.cum ɔtingat. de iu
reiur.cū simi. ¶ Nec quicφ̄ ob.φ in prima renunciatione, z do
natione,quā fecit do.Cornelia iuramentū presumatur dolosum,
z meticulosum ex forma statuti. Qm̄ ex eo non dꝫ argui ad illud,
φ postea in scda renunciatione,z donatione prestitū fuit, cū ces
set ratio presumptionis,statutū enim sic presumit ratione mino-
ris etatis,qz.s.ipsa erat minor annoꝝ.xviij.vt in eo dr̄ φ cessat in
scdo iuramento,cum tunc illa iā predictam etatem excesserit,vn-
de a cessante rōne arguendo,iuxta.l.adigere.§.φuis.ff.de iu.pa-
tro.cū simi.dōm est iuramentum de quo agit̄ non presumi dolo-
44 sum,vel meticulosum. ¶ †Quinimo vr̄ argui posse ex mente sta-
tuti scdm iuramentū omnino seruandum,qz φ prohibet̄ vsqꝫ ad
certū tempus censetur post tps permissum.l.imperator.z ibi no.
doc.ff.de postu.facit.l.pater filiū.§.fundum.ff.de lega.iij. z tradit
Alex.in ɔs.lv.pōderatis his.iij.col.vol.iij. ¶ Et plus ēt dico,φ
ex illa pma renūciatione, z donatiōe,lꝫ si sola fuisset nō valuisset,
pōt pbabiliter argui de spōtanea, z deliberata volūtate do. Cor
45 nelie in renūciatione,z donatione postea alio tēpore factis, †nā
fuit geminata,z cū temporis interuallo,ex quo arguit maior de-
liberatio,arg.l.similiter.C.ad vellcia. geminatio.n.actus pluri-
mum operat̄ ad eius validitatē,put docet Bar.in.l.cū scimus.
ad fi.C.de agri.z cēsi.lib.xj.apparet.n.in proposito φ do.Corne
lia diu antea fuerat in.d.opinione donādi,z renunciandi,z cū pri
ma nō valuisset ex defectu etatis iā facta maior in eadē volunta-
te persistens,iterū illam fecit iā nupta, z in domo viri, z sub eius
cura,z protectione existens,z sic in loco, in quo omnis suspitio ti-
moris cessabat,vnde rōne geminationis dꝫ fortius valere,qz ces-
sat erroris presumptio,z adest vt dixi presumptio maioris delibe
rationis,iuxta gl.fi.in.c.si qs iratus.ij.q.iij. cū multis ɔcord. vt
scribit Dec.in.d.ɔsi.clxxxj.ij.z.iij.col.ver.scdm est φ in casu isto,
qui pter hanc rōnem in terminis nostris dicit renunciationem
quādam,z donationē scdo loco factam debere oino conseruari,
attento maxime φ aderat iuramentū, prout ēt est in casu nostro,
in cuius virtute stat precipuū fundamentū.s̄.firmate ɔclusionis,
cū presumptionibus,z verosimilitudinibus, de qbus.s̄. ¶ Et ex
tali precipuo fundamento tollit̄,seu remouetur a casu nostro illa
decis.do.mei Soci.in.d.ɔsi.cclxiij.nā in casu suo non interuene-
rat iuramentū vltra alias plures differentias, quas qs per se ɔsi
derabit,z maxime qz in casu illo precesserunt mine,z filia illa pre
stata fuerat,φ nō intendebat ita donare, vt ibi do. meus Soci.
46 pōderat,que omnia cessant in casu nostro. ¶ †Nec ob.ēt decisio
Dec.in.d.ɔsil.clxxx.posito φ in casu illo sit vera, de ea.n. potest
dubitari pter ea que dixi.s̄.ɔtra opi. Pe.de anch. z per ea que
scribit plene Beltrā.in ɔsi.clxxxviij.casus sup quo.i. z.ij.col.iij.
vol.vbi relata opi. Pet.de anch.z socioꝝ, z etiā ɔ̄ria vr̄ adhe-
rere opi.ɔ̄rie,nā in casu suo ad inualidā donationem,solū se fun-
dat sup prodigalitate donatoris, vt per eū, sed vt dixi, posito φ
decis.Dec.sit vera in casu suo ad illam rñdetur φ de ea ad casū
nostrū non pōt argui propter maximā diuersitatē terminoꝝ, z
rōnum,est.n.vulgare,z tritissimum dictū φ ex diuersis non fit il-
latio,nec argui pōt.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acq.pos.l.inter
stipulantē.§.sacram.ff.de ver.ob.z.l.si.ff.de calū.z.c.dilectus.de
47 offi.ordin.cū simi. ¶ †Differt aūt casus ille a nostro in multis, z
inter cetera differt,primo qz ibi mulier illa fuit decepta ignoran-
ter,credidit.n.se a patre cōpetenter dotatā fuisse,z sic occasione
dotis credidit de bonis patris nihil petere posse,lꝫ vere posset,z
ita credēs,z in tali errore existens pro eo,qd frater ei vltra dedit,
renūciauit hereditatī patris,matris,fratrū,z alterius cuiuscūqꝫ
ascēdentis,descendētis,z collateralis, z in hoc precipue fundat̄
illa decis.eo addito φ fuit ibi renūciatio vl'is,z sic indiscreta. At
in casu nostro do.Cornelia fuit cōpetenter,z ēt vltra dotata a pa
tre suo,z particulariter tribus tm̄ hereditatibus renūciauit nomi
natiꝫ sciēs eas ad se spectare,z ēt quanti valebant, vt in instrō di
cit̄. ¶ Immo pōt dici φ vni tm̄ hereditati.s.materne renuncia-
uit,cū auoꝝ maternoꝝ hereditates iā fuissent effecte ipsius ma-
tris,si illis supuixisset per eius aditionē.l.sed z si plures.§.filio.ff.
de vulg.z pup. Magna aūt est dĩa,vtrum mulier sponte renun-
ciet, z donet,an vero ignoranter decipiat̄, vt per Deci.ibi, z per
Alex.in.d.ɔsil.liij.col.vij.vol.iij. ¶ Scdo qz ibi mulier illa vere
fuit lesa,z enormiter,z qdem ignoranter,vt dixi,in quo Deci. ibi
se fundat,sed nō sic in casu isto,qz ex certa sciētia donans,z remit
tens non pōt dici lesa, vt.s̄.dictū fuit. ¶ Tertio qz in casu Dec.
fuit vnica renūciatio, sed in casu nostro fuit duplex, seu gemina-
ta, pter qd de maiori deliberatione pōt constare, vt.s̄.dixi, z in
hoc ēt inter cetera se fundat Dec.in.d.ɔsi.clxxxj. dicēs φ in hoc
differt casus ille a casu precedē.ɔsi.clxxx.vt per eū. ¶ Quarta est
alia dĩa multum ɔsiderabilis,qz in casu isto interuenit presentia,
z ɔsensus mariti consanguineoꝝ, z iudicis, qui ēt suum decretū
interposuit,ex qbus cessat omnis suspitio deceptionis, z doli, vt
supra dictū fuit,que solēnitas nō interuenit in casu Dec.ergo zc.
Et sic remanet ɔclusio φ nec do. Cornelia si viueret, nec eius fi-
lij,z hr̄des ex illius psona possunt venire ɔtra predictas renūcia-
tiones,z donationes vigore alicuius lesionis per ea que.s̄.dicta
fuerunt. ¶ Ex qbus si recte consideretur facile rñderi poterit ad
plura alia que in ɔ̄rium adduci possent vltra.s̄.deducta, z remo-
48 ta,que gra breuitatis dimitto. ¶ †Et pro predicta ɔclusiōe pos-
sent plures decis.alleg.z inter alias,primo loco alleg.decis. Ale-
xā.in.d.ɔsi.liij.volu.iij.vbi defendit̄ renunciatio,z donatio facta
per mulierē minorem de bonis valētibus.5000.floren.pro.500.
pter vim iuramenti,z ɔcluditur φ non pōt peti absolutio a pre
dicto iurō,lꝫ illa mulier videatur grauissime lesa, z dānificata, vt
per eū. ¶ Scdo facit pulchra decis. Cor.in ɔsil.xxxvj.vr̄ prima
facie.vol.i.per to.vbi defendit̄ donatio facta a minore ēt sine so-
lēnitate statuti pter vinculū iuramenti, nō obstante φ in ea ille
maxime fuerit dānificatus. ¶ Tertio allego decisio.patrui,z do.
mei Soc.in ɔsi.cclxxix.visa donatione.circa prin.vol.ij. vbi simi
liter defendit̄ donatio facta per minorē cum iurō, non obstante
φ solēnitas a statuto reqsita non interuenerit,z ibi p sua opi.plu
res doc.alle.vt per eū. Fortius ergo in casu nrō dꝫ ista renūcia-
tio,z donatio defendi,z ɔseruari,cū in ea vltra iurm interuenerit
49 solēnitas p statutū reqsita,vt.s̄.dixi. ¶ †Facit ēt z quarto decis.
Dec.in.d.ɔs.clxxxj. vbi quasi in terminis nostris defendit̄ renun
ciatio,z donatio facta per mulierē minorē,attēto vinculo iura-
menti non obstāte lesione,z dānificatione,quā ipsa passa fuit, z
maxime mouet,qz renūciatio fuit geminata, prout ēt fuit in casu
50 nostro,vt ēt.s̄.dixi. ¶ †Itē,z qnto eiusdē Dec.decis. in pcalle.

consi.cccxxxj.ij.z.iij.col.vbi defenditur donatio facta per mulierem minorē viro suo non obstāte lesione,siue dāno eius, z hoc pp vinculū iuramenti,z pp presentiā matris,z amicoꝝ, z nō obstāte ꝙ poterat allegari metus reuerētialis,vt ibi per eū.Sic ergo, z in casu isto dici dꝫ cū presentia ꝯsanguineoꝝ mariti, z ēt iudicis interuenerit,z simul ēt iurm̄,vt.s.dictum fuit.¶ Sexto ēt predictaꝫ ꝯclusionem sentit Beltrā.in.d.ꝯsi.clxxxviij.i. z.ij.col.iij. volu.put ēt.s.dixi.¶ Et eadeꝫ ēt firmat Jo.ant.alexādri.in ꝯsi.xij. visis,z diligēter.v.z.vj.col.in versi.quarto pōt probabiliter dici. ¶ Possent ēt alie plures decis.alleg.quas grā breuitatis dimit

51 to,z studiosus facile per se inuenire poterit.¶ † Non obst.mō ꝙ scdo loco allegabaꝛ de superueniētia filioꝝ.d.do.Cornelie, qm̄ rn̄detur,z omissis multis que dici possent grā breuitatis, dico ꝙ aptissima est rn̄sio,vt dicamus ꝙ tunc per supuenientiaꝫ filioꝝ reuocaꝛ donatio per.d.l.si vnq̄.C.de reuo.dona. qn̄.s.donatoꝛ de filijs futuris nō cogitauit verosimilter nō donaturus,si de eis cogitasset,put declarant Bart. z alij magis cōiter in.d.l.si vnq̄.z vt doct.dicunt in eo stat vera rō illius decis.qn̄ aūt cogitasset donans se habiturū filios,z eo non obstāte donauit, non pcedit ille tex.vt ibi per doc.z tradit ēt Bar.z alij sequunꝛ in.l.titia.§.imperatoꝛ.ff.de leg.ij.z plene ita firmādo declarat do.meus Soci. in ꝯsi.cxlvij.visa facti ꝯtingentia.vij.col.versi.z primo moueoꝛ.i. vol.z in ꝯsi.lvij.viso instrō.iij.col.ver.scdo rn̄detur.iiij.volu.cum multis ꝯcoꝛ.que allegari possent,vt per Jas.in ꝯs.cxxv. Barth.

52 balb.ij.z.iij.col.i.vol.† vr̄.n. donatoꝛ qn̄ de liberis cogitauit renūciare beneficio.d.l.si vnq̄.prout pōt, vt firmat Jas. vbi.s.dicens ita cōiter teneri,qcquid in ꝯriū tenuerit Jo.and. Oldra.z qdā alij, vt per eū.¶ Et istud indubitatū est,s̄m eū qn̄ interuenit iurm̄ qcqd tenēdū sit, vbi nō adesset iurm̄,in quo casu pūctus vr̄ valde dubius,dico igiꝛ in ꝓposito ꝙ in casu isto de filijs.d. Cornelia cogitauit,z eis nō obst.voluit donationē valere, z sic dr̄ beneficio.d.l.si vnq̄.renūciasse,z qdem cum iurō,vt pꝫ in predicto instrō in clausula illa ꝑmittensq; insuper.d.do.Cornelia zc.ibi ēt ꝙ ipsa do.Cornelia liberos haberet,merito ergo ꝯcludenduꝫ est per superueniētiam filioꝝ suoꝝ donationeꝫ nō fuisse reuocataꝫ, z ꝓpterea seqtur ꝙ nec ipsa viuēs potuit, nec eius filij pn̄t hanc

53 donationē reuocare,nec ex psona matris,nec ēt ex ꝓpria.¶ † Et hoc stāte non est opus disputare,vtrū remediuꝫ.d.l.si vnq̄. trāsmittaꝛ ad filios,z hr̄des per donatoreꝫ,qui susceptis filijs in vita sua per aliquot annos durāte non fecit signū ꝙ vellet donationeꝫ esse reuocatā,in qua difficultate multi tenuerūt ꝙ non transmittatur ꝯcquid in ꝯriū tenuerit Alb.z Ang.in.d.l.si vnq̄. vt Bal. in.l.i.col.fi.C.de inoffi.dona.Cuma.in.d.§.impatoꝛ.z Jas.in auctē.ex causa.col.fi.C.de lib.preter.cū alijs plerisq;,prout referūt nouissimi in.d.l.si vnq̄.q.lvij. per quos,z alios ibi videnduꝫ est,

54 ego.n.nō ꝓsequoꝛ qꝛ nō expedit.¶ † Posset ēt rn̄deri ad.d.l. si vnq̄.qd̄ non pcedit in renūciatione facta per filiā patri,iuxta. d.c.ꝙuis.de pac.lib.vj.put firmat Dec.in.d.ꝯsi.clxxxj.in fi.sed qꝛ non est necessariū non ꝓsequoꝛ.¶ Demū z tertio nō obst.ꝙ de inoffi.dona.dicebaꝛ qꝛ omissis pluribus que dici possent,rn̄detur ꝙ in casu nostro donatio non pōt dici inofficiosa,cū filijs dn̄e Cornelie remāserint.dcl.aurei, qui ei in dotē,z corredа dati fue-

55 runt,que sūma sufficit ad ltimaꝫ.d.filioꝝ,vt mihi persuadeo,†etenīꝫ donatio non pōt dici inofficiosa,qn̄ filijs remanet ltima.l.i. in fi.z ibi doc.tradūt.C.de inoffi.don.z tradūt ēt doc.in.d.§.imperatoꝛ.z ita explicite declarat patruus,z do.meus Soc. in consil. cxxvj.visuꝫ fuit.i.col.ij.vol.¶ Et stāte hoc non est opus intrare illā arduā difficultateꝫ in quātuꝫ.i.inofficiosa donatio sit reuocanda,qm̄ si in casu isto nō fuit inofficiosa frustra de eo disputaretur, z vbi esset de eo disputandū multa certe hincinde dici possent, vt

56 per Bar.z alios in.d.§.impatoꝛ.z in.d.l.i.C.de inoffi.don.† Et vr̄ ꝙ in magno ꝯflictu opi.ista ꝯclusio sit magis cōiter approbata,ꝙ vbi donatio inofficiosa sit extraneo,z est inofficiosa re,z ꝯsi. pōt reuocari in totuꝫ,sed vbi tm̄ re ipsa,z non ꝯsil.non pōt reuocari nisi vsq; ad ltimaꝫ,vt per doct.in locis p̄dictis,z voluit Jas. in.d.ꝯsi.cxxv.ad fi.z Joā.de amic.in ꝯs.xxj.ad demōstrādū.in.j. ꝯclusio.In casu aūt nostro si donatio fuisset inofficiosa,certe non posset dici ꝙ talis fuisset ꝯsilio,z sic animo fraudādi filios ltima sua,cū de hoc in ea nihil appareat,z per ꝯn̄s soluꝫ esset reuocāda vsq; ad ltimaꝫ.Uerū super hoc non est insistendū,veluti nō necessario,cū vt dixi donatio non fuerit inofficiosa.¶ Et sic ex oibus supra deductis pꝫ,ꝙ renūciatio,z donatio per do.Corneliaꝫ fa-

57 cta nullo mō reuocari pōt.¶ † Et maxime hoc dōm est, cum per plures annos habuerit effectū suū,id.n.qd̄ pluribus ann. hꝫ esse ctū de facili retractari non dꝫ.c.ꝯtingit.de trāsl.z ita per illuꝫ tex. in donatione,dicit Dec.in ꝯsi.cccclxviij.vis tota.iij.col.ver.sexto

58 z vlti.¶ † Nec predicte donatiōi ob.ꝙ do.Cornelia erat eo tpe in ptāte patris, qꝛ cōis est opi.ꝙ inter patreꝫ,z filiū donatio ꝯfirmaꝛ iurō,vt per Alex.in ꝯsi.vij.viso instrō.iij.col.vo.vj.z per Jaso.in ꝯsi.cxviij.ꝯtra donationem.in prin.iiij.vol.cū multis ꝯcoꝛ. qui allega.possent.¶ Et dico ꝙ ꝯfirmaꝛ non vt seruetꝛ iurm̄,sed vt ipsa valeat zc.vt declarat Guido papa. in consil.xxv.viso facto.iiij.col.x.z si forte.¶ Hec de prima.q. in qua lōgius insteti, ꝙ̄ a principio cogitauerīꝫ,z ꝓpea in sequentibus parū instabo,z ꝯclusiue loquar,maxime qꝛ super eis nō expedit multuꝫ insistere.

59 ¶ † Capio igiꝛ.ij.q.in qua ꝯclusiue loquendo,vr̄ ꝙ filij do.Cornelie nō possint petere ltimaꝫ in bonis.d.Petri eoꝝ aui materni ex ꝓpria eoꝝ persona,nā cuꝫ mater in sua renūciatione vocauerit se ꝯtentaꝫ dote recepta,seu ꝓmissa,quā postea accepit,z ita bonis paternis, z ltime sibi debite renunciauit,non debēt postea eius filij aliqd posse petere,put sing.firmat Ro.in.l.qui superstitis.ff.de acq.her.cuius opi.egregie ostēdit Dec. in.d.ꝯsil.clxxxj. in.iij.z.iiij.col.ver.scdo non ob.qd̄.s.primo dicebaꝛ. ad queꝫ me

60 remitto.¶ † Et vbi qs vellet eos posse petere taleꝫ ltimaꝫ, nō est dubiū ꝙ in eā debēt imputare quecūq; eis ab ipso auo materno in eius testō relicta fuerunt, iuxta.l.omnimō. z.l.scimus.cū si.C. de inoffi.testa.z tradūt doc.in.l.filiū queꝫ habentē.C.fa.hercis. z in.l.in quartā.ff.ad.l.fal.vbi aliqn̄ dixi. ¶ Similiter ēt deberent imputare doteꝫ eoꝝ matris,s̄m Bar.in.d.l.in quartā.z ista opi. ꝙuis sit apud nostros docto. valde dubia,qꝛ sup hoc vario modo loquunꝛ,quidaꝫ.n.hoc negāt,z qdaꝫ distinguūt,vt per docto. in.d.locis,tn̄ vr̄ magis cōiter approbari,vt tradit ita ꝯcludendo Dec.in.d.ꝯsi.clxxxj.iiij.col.ver. tertio rn̄deri pōt.Fabia.de mō. in auc.nouissima.C.de inoffi.test.z Paul.picbus in.d.l.in quartā.¶ Et tanto magis hec dicenda vn̄r in casu nostro,qꝛ.d. Petrus auus maternus in suo testō ita disposuit,z istas imputationes expresse ordinauit.¶ Capio mō.iij.q.in qua pari modo concludenter loquēdo,dico ꝙ posito sine preiudicio veritatis, ꝙ filijs do.Cornelie nepotibus.d.Petri ltima in bonis eius debeaꝛ cū imputationibus predictis dico,z ꝯcludo ꝙ eoꝝ ltima erit tertia portio illius partis hr̄ditatis,quā ipsi ab intestato fuissent ꝯse-

61 cuti,†nā tritissima regula est ltimaꝫ esse quotā illius portionis hereditatis,seu bonoꝝ,quam qs ab intestato esset habiturus, vt sic ltima dicaꝛ initiū sumere,z regulari a causa intestati, vt est gl.no. z cōiter approbata per illū text.in.l.papinianus.§.vnde si qs. in ver.sextās.ff.de inof.test.facit.l.posthumus.§.i.eo.ti.l.cū queritur.z.l.parētibus.C.de inoffi.test.cū multis ꝯcoꝛ.qui alleg. possent,tradit Are.in.l.neptē.C.e.ti.z Can. in.l.illud.C.de collati.

62 ¶ † Hinc dr̄ ꝙ ltima solum debeꝛ his qui ab intestato veniūt, vt tradūt doc.in.d.auc.nouissima.z in.d.l.papinianus.§.quarta. z in.§.si qs non mortis.z alibi sepissime facit.§.i.in auc.de triē.z se mis.z declarat Ang.in ꝯsi.cj.statuto caueꝛ. circa fi.Cu. in consi. xxxv.stāte statuto.z Cur.senioꝛ in ꝯs.xxxv.statuto, seu capitulis. viij.col.versi.ltima.n.non debeꝛ.z Coꝛ.in ꝯsi.vij. qd̄ est pulchra. iiij.col.ij.vol.cū multis alijs qui alleg.possent.In casu aūt nostro filij predicte do.Cornelie,z nepotes Petri testōris, si ille intestatus decessisset,successissent ei in dimidiā partē totius hr̄ditatis ex forma iuris municipalis,sub rub.de succes.ab intest. z in aliā dimidiā successisset Angelus frater testōris,vt clare dr̄ in.d. statuto,in x.sed si pater,vel auus pr̄nus. merito ꝯcludeñ. est ꝙ ltima ipsoꝝ filioꝝ do. Cornelie dr̄ tertia ps dimidie, z sic sexta totius

63 hr̄ditatis.¶ † Nec dicaꝛ ꝙ imo dꝫ esse tertia totius, attento qd̄ ipsi soli ab intestato de iure cōi fuissent successuri in totū,vt in auctē.in successione,z in corpore vn̄ sumiꝛ.C.de su.z legiti. quasi sit inspiciēda successio ab intestato de iure cōi, per cuius dispōnem ltima debeꝛ,z non de iure municipali,vt in casu suo vr̄ cōcludere Alex.in ꝯsi.cxcvij.pspectis xbis.vol.vj.qm̄ rn̄detur ꝙ imo simpliciter dꝫ inspici ius succedēdi ab intestato, vn̄cunq; sit ēt de iure

64 municipali,†qd̄ certe in sua ciuitate dr̄ parificari iurī cōi, imo est potētius,qꝛ ius cōe tollit.l.oēs populi.cū sua mā.ff.de iusti. z iu. Dico ergo ꝙ regula preelleg.vt.s.ltima dicaꝛ tertia pars bonoꝝ que qs ab intestato cōsecuturus esset,intelligiꝛ simplr̄ quocunq; iure inspecto,qd̄ tn̄ sit seruādū in loco,in quo casus ꝯtingat per.

65 d.l.oēs populi.cū si.† Hinc dicimus ꝙ qui per statutū excludiꝛ, z sic ab intestato non admittiꝛ,nec admitti speraꝛ,non faciat partem in ltima.l.plane.§.si duobus.z.l.si duobus.§.fi.ff.de leg.i.cū ꝯcoꝛ.vt per Alex.in.d.ꝯs.cxcvij.i.col.x.tertio qꝛ q nō admittiꝛ. ¶ Nec ob.decis.Alex.in.d.ꝯsi.qꝛ dico ꝙ Alex.moueꝛ ex eo ꝙ in statuto de quo ipse loqtur(ꝙ matri ltimaꝫ ꝯseruabat)satis clare ꝯstabat haberi respectū ad ltimaꝫ de iure cōi debitaꝫ, vt ibi pꝫ ex discursu do.Alex.qui hoc pluries repetit, z in eo potissimū se fundat.¶ Ex quo recte intuēti apparebit illaꝫ decis.Alex.retoꝛ queri

queri quātū ad mentē eius, vult. n. ipse ꝙ nisi statutū illud nec io bēret respectū ad ltimam iure cōi debitā, deberet inspici ius muni cipale, ꝛ sic ltima deberet esse portio portionis ab intestato debi te ex forma statuti. ꝛ qñr in casu nostro ex mēte Alex. ibi ꝯcluden dum est ltimam predictoꝝ nepotum esse tm̄ tertiā partē dimidie portionis, quā illi ab intestato consecuturi fuissent, cū ad aliaꝫ di midiaꝫ Angelus frater testatoris fuisset admissus ꝛc. Laus. D. Soci. nepos Padue legens in prima sede vesptiue lectio. 1540.

## SVMMARIVM

¶ De ꝯcessiōe doganaꝝ, seu gabellarū Romane curie ꝑ qnquē nio ꝑ certo ꝑcio singl'is ann. soluēdo, vtrū. s. sit ēptio, vl' locati.
¶ An vna, vel plures.
¶ Et an per augmentū redditū fiat augmentū mercedis, ꝛ qñ.

¶ Locatio potius debet iudicari qñ quantitas annua venit soluen da, licet in contractu verba venditionis inueniantur scripta.
2 Locatio gabell. curie Romane, minus triēnio, q̄re fieri nō dēnt. Remissio mercedis rei, licet fit ob sterilitatē, ꝛ ex abundantia al terius anni fiat compensatio.
3 Stipulatio quando fit de aliquo annuo dando pro alio tempore limitato, puta quinquennio dicitur vna tantum.
4 Stipulatio sequitur naturam contractus, super quo interponit'.
5 Ecclesia Romana, an possit petere restitutionem in integruꝫ ad uersus cōtractus celebratos per officiales camere apostolice.
6 Conductores gabellarum curie Romane, vel alij, an possint com pelli ad maiorem solutioneꝫ ob maximum augmentuꝫ reddi tuum, q̄ꝫ fuerint tempore conductionis celebrate. ꝛ. i. nu. 10.
7 Emptio fructuum non alteratur quanticunqꝫ fructus recolligen tur, ex quo dubius euentus est emptus.
8 Cōduct. vt possit cogi ad maio. pēsi. q̄tū ōbeāt fruct⁹ excreuisse.
9 Remissio fit conductori quando detractis expensis non superest ei de fructibus vsqꝫ ad dimidiam partem pensionis.
10 Augmentum mercedis qñ fiat si fructus, ꝛ redditus augeant.

## CONSILIVM LXVIII

Irrigat Dñs verba mea in viā veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Inspectis his, q̄ ele gāter, abūde, ꝛ sapiēter deducta sunt per clarissi. Cōsultoreꝫ mihi vti fratrē hon. ꝛ simul ēt, ꝛ in pri mis viso tenore instrī per camerā apostolicā cele brati cū istis mercatoribus, ꝛ oibus diligētissime ꝯsideratis, non possuꝫ, vt ita dicā, manibus, ꝛ pedibus nō approbare ꝯclusiones per do. Cōsultoreꝫ firmatas vti iuridicas, ꝛ ni fallor pro maiori parte ꝑbabili dubitatione carētes. ¶ † Et circa primā dū firmat videri ꝯctuꝫ locationis, potius q̄ꝫ emptionis, dico ꝙ vltra alleg. per eū, istud apte firmat Jo. bertachi. in suo pulcherrimo trac. ga bellarū, sub ti. de locatione gabellarū, qui ēt scđa ps in princ. vbi plura alle. ꝛ maxime Bar. in. l. coté ferro. §. q maximos. ff. de pu bli. ꝛ in. l. i. C. de iu. emphi. ꝛ ibi ēt Saly. in. ij. opp. ꝛ dicit predi ctus do. Jo. post illos, ꝙ vbi annua quātitas venit soluēda, dꝫ in dicari ꝯctus locationis, dato ꝙ ēt vēditionis verbū reperiret' scri ptū, q: tunc tale verbū dꝫ exponi ꝑ locatiōe, ꝛ sic impropriari, vt per eū, sic itaqꝫ dōm vr̄ in casu nostro, lꝫ verba vēditionis repian tur, cū annua quātitas veniat soluēda. ¶ Non omitto tn̄ ꝙ Jo. de imo. ꝛ Ang. de peru. in. d. §. q maximos. post Bal per eos al leg. voluerūt ꝙ possit dici emptio, vt ibidē, idē Jo. bert. ponit in. ij. col. in v. ad. q. vero ꝓpositā redeūdo. vt per eū, qđ si esset veruꝫ clariorē rē redderet in tertia ꝯclusio. quā. i. ponā, seu in eo qđ post eū dicaꝫ, per. l. si iactū retis. ff. de ac. emp. sed nō est de hoc curan dū, q: ēt in locatione illud ꝓcedit, vt. i. dicet'. ¶ Circa scđaꝫ, vt. s. in predicto ꝯctu nō fuerint qnqꝫ, aut alio mō plures locationes, sed vna tm̄ pro toto tpe, puto ꝙ illa, vt ita dicā sit verior vero per plurima, que sapiēter per do. Cōsultoreꝫ deducta sunt, que de ne cessitate cuilibet recte sentienti ꝯcludūt, ad que gr̄a breuitatis me refero. ¶ † Et vltra euꝫ pro dicta ꝯclusione facit, q: de iure cōi locatio gabellarū, de qua agit', non dꝫ fieri pro minori tpe triēnij, vt. l. penes illū. ꝛ ibi Bal. Saly. ꝛ alij. C. de vectig. ꝛ cōmis. ꝛ rōneꝫ alle. ibi Saly. q: cū pp sterilitatē vnius anni fiat remissio. l. lꝫ. C. loc. cū simi. ꝛ ex vbertate alterius anni fiat cōpēsatio, vt ibi, ꝛ. l. si vno. in prin. ff. e. ti. opꝫ ꝙ locatio sit facta pro pluribus annis, vt sic accedēte vno anno sterilitate possit alterius anni vbertas ꝯsi derari, que cū illa cōpēset', vt per eū, ꝛ ita hoc dictū cū sui rōne, refert, ꝛ seqtur Jo. belt. in. d. trac. de gabel. in. d. ij. par. iij. col. sub nu. xvi. ¶ Quo stāte seqtur ꝙ in casu nr̄o non pn̄t dici plures lo cationes, q: ꝑ vno anno fieri nō potuissent, ꝛ sic nō pn̄t esse qnqꝫ si diceret' facta pro tribus nō pn̄t dici due integre locationes, ꝛ si militer si qs diceret ꝙ dicat' facta ꝑ duobus annis nō essent tres integre. Igit' vr̄ necessario ꝙ fuerit vna pro toto tpe, prout ēt ra tiones do. Cōsulētis aptissime demōstrāt. ¶ † Ad qđ ēt facit do ctri. Bar. cōiter approbata in. l. si seruus cōis meuij, ꝛ castrensis peculij. §. fi. ff. de stipu. ser. dū in fi. sue distin. ꝯcludit ꝙ qñ fit stipu latio de aliquo annuo dādo pro certo tpe, puta pro qnquēnio dr̄ vna tm̄, siue per stipulantē nihil sit implendū, siue ēt sit aliqd im plendū, si tn̄ illud nō coheret ꝑsone, vt per eū, vn̄ cuꝫ in casu nr̄o stipl'o per officiales camere facta ꝑ qnquēnio, de. xlviij. millibus duca. ꝑ quolibet anno sit talis, seqtur ꝙ vna tm̄ dr̄ fuisse stipl'o, ꝛ qñr vr̄ posse inferri, ꝙ pari mō fuerit vna locatio, † vt sic stipl'o di cat' sequi nām ꝯctus, sup quo fuit interposita, iuxta. l. si stipula tus. ꝛ que ibi dn̄t doc. ff. de vsur. cū si. de qbus per Jas. ꝛ Mod. in rub. ff. de v. obli. ¶ † Ponit' in ꝯsil. tertia ꝯclusio ꝙ fiscus, seu respubli. ecclesiastica nō pōt petere in integ. resti. aduersus ꝯctuꝫ per officiales camere solēniter celebratū cuꝫ istis magnificis mer catoribus, nisi tn̄ ꝓbauerit se enormiter lesaꝫ respectu tpis cele brati ꝯctus, ꝛ alia quedā ad talē restōneꝫ reqsita, de qbus p Ab ba. ꝛ alios in. c. i. ij. no. de in integ. resti. ꝛ tradit Dec. in ꝯs. ccccc lxiij. in cā. col. fi. cū multis alijs, de qbus. s. per excellētissi. Cōsul torē, qđ tn̄ nō credit' posse fieri, vt ex multis egregie per do. Con sultorē deducit', qui circa istū artic. plurima firmat, que vr̄ proce dere fm̄ cōes opi. doct. sup eis tn̄ pro nūc aliter insistendū nō pu to, cuꝫ oia videant' habere depēdentiā ab his que in facto ꝓba bunt', put ēt ipse excellentiss. Cōsulēs dixit. ¶ † Sed vltra Cōsul torē, ꝛ ꝯsiderata per eū, videbit' fortasse alicui, ꝙ ēt absqꝫ aliqua restōne in integ. possit ecclesia Romana, seu camera aplica in ali quo molestare istos mercatores haꝝ gabellaꝝ emptores, seu con ductores, presupponēdo ꝙ in eis sit maximū augmētū redditū cū plures merces trāsportate fuerit, q̄ꝫ sperarent' tpe celebrati ꝯ ctus, nā sicut si redditus fuissent valde diminuti, quasi ex sterilita te agri esset faciēda remissio mercedis, iuxta. l. si vno. in prin. ff. lo. ꝛ. l. lꝫ. C. e. cū si. ꝛ ita dixit Saly. in. d. l. lꝫ. ꝛ de hoc in casu isto fuit facta quēstio inter ꝯhentes, vt clare legit' in instr̄o, ita si valde au geant', videbit' ꝙ similiter deat fieri augmētū mercedis, vt sic, idē operet' oppositū in opposito, qđ opat' ꝓpositū in ꝓposito. l. ꝛ si ꝯ. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ. l. fi. ff. de le. iij. ad qđ ēt facit regula qua dr̄ ꝙ ꝯrioꝝ eadē est disciplina, vt tradit' in rub. ff. de acq. pos. vbi aliqñ de hoc plene scripsi plenius illā regulā dclarādo. Et in specie, seu in mā ꝯctus locationis, vr̄ tex. in. l. si merces. §. vis maior. ibi cui modicū lucrū non aufert'. ff. loc. inuit. n. text. ille a ꝯrio, ꝙ lucrum nō modicū, ꝛ sic maximū posset auferri, puta per augmentū mer cedis, vt ibi doc. post gl. vr̄r dclarare, sed in ꝓposito camera apo stolica vr̄ presupponere lucrū per istos mercatores fieri maximū, ergo ꝛc. ¶ Sed tn̄ hoc nō obstāte ꝯriū in ꝓposito casu verius de iure arbitror, ꝛ ꝯcludo nullū augmentū mercedis fieri debere, ēt ꝙ in aliquo fructus, seu redditus gabellaꝝ sint vberiores, q̄ꝫ essent tpe ꝯctus. ¶ † Et in primis dico ꝙ si teneremus opi. Joā. de imo. ꝛ Ang. de peru. s. ꝙ in casu isto sit emptio, fm̄ qđ. s. retuli essemus ex predictā ꝯsideratione reficiēde, seu augmētande mer cedis, nā cū dicerent' empti fructus recolligēdi, ꝛ sic futurus euen tus, ꝛ incertus q̄ticūqꝫ colligent' nō alterat' emptio, seu eius pre ciū, vt. l. si iactū retis. ff. de ac. emp. ꝛ cur in hoc differat emptio a locatione, declarat Cy. in. d. l. lꝫ. C. loc. ¶ † Sed posito ꝙ in casu isto fuerit locatio, vt. s. in prin. dicebamus ad arg. s. factuꝫ, rn̄det pluribus modis. ¶ Et p̄ dici pōt ꝙ oporteret ꝓbare reddituꝫ ita excreuisse, vt dtractis oib⁹ expēsis redditus supesset de. xcvj. vel. xcvij. millibus duca. vt sic camera posset dici lesa. s. dimidiā iuste mercedis, † sicut p ꝯriuꝫ ꝯductori fit remissio, qñ dtractis expēsis nō supest ei de fructib⁹ vsqꝫ ad dimidiā ꝑtē pēsiōis, put egregie declat bar. in. d. l. lꝫ. C. loc. dicēs se hoc amplius nō dixisse, cuius opi. seqtur, ꝛ cōꝫ asserit Are. in ꝯsi. lvij. visa ꝯsultatione. ij. colū. sed tale tanq̄ꝫ magnū augmentū, vt audio nūq̄ꝫ ꝓbabit', imo nec forte asserit', ergo ꝛc. ¶ † Scđo dici, ꝛ rn̄deri pōt, ꝙ qcquid dn̄t gl. bar. ꝛ seq. in. d. §. vis maior. verior opi. vr̄ ꝙ imo pp augmētū redditus nō dꝫ fieri augmētū pēsiōis, q: lꝫ iure cautū nō repit', ꝛ ad. d. §. ius maior. rn̄det ibi fulg. dicēs ꝙ ille tex. vl' nō ꝓbat ꝯriā lniaꝫ, vel ꝓbat hāc suā, vt per eū, ꝛ no. est ꝙ ipe legit in tex. cui in modicū lucrū ꝛc. lꝫ mlti codices hēant, cui modicū lucrū ꝛc. ꝛ ita repio scriptū in pādectis, seu in libris qui ad exēpluꝫ pādectaruꝫ asserunt' impressi, ꝛ ita ēt vr̄ habuisse gl. vn̄ aut prepositio, in, stat negatiue, vt sic exponat' in modicū. i. nō modicū, ꝛ sic magnum, ꝛ tūc ibi erit casus pro ista opi. Fulg. aut stat augmētatiue. i. valde

modicum,ꝛ tunc ꝯrius sensus erit ergo non valde modicum au-fertur,qđ tñ est falsum,vt sic dici possit ibi nõ posse sumi arg. a ꝯrio sensu,cũ ex eo resultet absonũ. vel esset ꝯ iura,ꝛ hoc est qđ vo-luit ibi Fulg.q hãc opi.cõprobat alijs rõnibus,vt per eũ,ꝛ illã ẽt egregie firmat Saly.ꝯcludẽti rõne,inqt.n.ꝙ siue ex vbertate fru ctuũ,siue ex augmẽto redditũ fieret augmentũ mercedis nõ pos set postea fieri cõpensatio,si sequaꝛ annus sterilis,ꝛ esset facien-da remissio mercedis,hoc tñ est falsũ,qꝛ si hoc anno est sterilitas talis,vt mereaꝛ remissionẽ mercedis,nõ tñ fit si anno precedenti fuit vbertas,vel erit in anno seq.sed fit cõpensatio,vt.d.l.lz.ꝛ.d. l.si vno.ꝛ in eis ðclarãt doc.ergo seqtur ꝙ in anno vbere,ꝛ in au gmẽto redditus nullũ fit augmentũ mercedis tali anno per se ꝯsi derato,ꝛ ista rõ si recte pondereꝛ plurimũ vrget pro ista opi. quã etiã ante predictos pro indubitata,ꝓsupponit Bal.in.d.l.lz. in. j.opp.assignãs rõnem dñe inter sterilitatẽ,cur.s.illa opereꝛ remis sionẽ mercedis,ꝛ vbertatẽ que per ꝯriũ nõ operaꝛ eius augmen tũ.Dicit.n.ꝙ vbi est fertilitas ibi est cõe gaudiũ,ꝛ iõ bona fortu na ꝓspera,ꝛ felix ꝓcedit,sed vbi est sterilitas,ibi meror,ꝛ luctus, vt per eũ.Sic ergo vr̃ in ꝓposito posse dici ꝙ ꝗtricunqꝫ sint red ditus,nõ debet fieri augmẽtũ mercedis,ꝛ in hãc partẽ debemus inclinare,attẽto ꝙ qui emũt,aut ꝯducunt istas gabellas faciunt aio lucrãdi,vt est notissimũ,non.n.se supponerẽt tot laboribus,ꝛ tãto periculo,nisi magna spes lucri eos ad illud iduxisset.¶Ter tio ẽt rñderi põt,ꝙ alleg.in ꝯriũ ꝓcedere forte possent,qñ vber tas,seu augmentũ redditũ ꝓueniret ex aliquo casu inopinato, exemplũ si aliquo anno venisset ad habitandũ Rome,Impator, vel alius magnus princeps,ꝛ tũc forte posset fieri augmentũ mer cedis,sicut eꝯ ꝯuentũ fuerat,vt per recessũ sũmi Põtificis a cu ria diminutis redditibus fieret diminutio.¶Sed ex eo qđ creue rint redditus,eo ꝙ plures merces fuerint portate,õn dꝫ fieri au-gmentũ,qꝛ nõ dr̃ casus inopinatus,facile.n.ꝯhẽtes poterãt cogi tare ꝙ vno anno plẽs merces,ꝗ̃ alio portarent vti videmus se-pissime ꝯtigere.¶Hoc aũt ꝙ nõ fiat augmẽtũ,si redditus nõ au geaꝛ casu penitus iopinato,voluit in effectu Bar.ꝛ ibi dicit Ale xã.in appost.in.d.§.vis maior.ꝛ ita ẽt tenent magis cõiter doct. vt multos refert,ꝛ seqtur Jo.bertachi.in.d.trac.de gabel.in.xxj. q.ij.par.prealleg.ꝛ fuit ẽt opi.Inn.Jo.and.Ant.de bu.ꝛ Imo. in.c.pp sterilitatẽ.de loca.put refert,ꝛ seqtur insignis Moder. Alb.bru.in solẽni trac.de augmẽto.in.xiiij.ꝯclusione,ꝛ ex dictis ibi per eũ ꝯstat istã esse cõem opi.maxime qñ augmentũ redditũ nõ fit in tm̃,vt redditus dicant pinguiores solito vltra dimidiaꝫ, vt per eũ,qđ in casu nostro,vt audio,nunꝗ̃ ꝓbabiꝛ.¶Ubi aũt casus oino inopinatus,ꝛ de quo verosimiliter cogitari nõ pote-rat euenisset,ꝛ ppea redditus mirũ imodum fuissent aucti, pos-set forte tũc dici fieri augmentũ mercedis,ꝺm docto.predictos,ꝛ Bar.ꝛ alij ponũt exemplũ,si tribus molẽdinis destructis aqua-rũ impetu ex molẽdino tibi locato,collegeris maiores redditus, vt per eos in locis predictis,sed in casu isto nihil tale euenit, er-go ꝛc.¶Sit itaqꝫ ex predictis,ꝛ alijs plene deductis per clarissi mũ Consultoreꝫ,ꝯclusio,magnificos istos mercatores molestari non posse,si aliud non appareat. Laus Deo.

Maria.Socin.iunior iurisconſ.comes,ꝛ eques Padue.1541.

## SVMMARIVM

¶De quadam fideiussione,seu promissione indemnitatis,an.s. vitietur,qꝛ opponitur de incertitudine,ꝛ ꝙ sine causa dicit fa cta,ꝛ quia nimis magna summa credita fuit.

1 Homines facile in diuersas trahuntur sententias.
2 Promittens mihi quantã pecuniã titio credidero, ꝛ pro hoc fi-deiussores dederit,nedum ipse,sed etiam eius fideiussores te-nebuntur in omnes sũmas etiam sepius titio traditas.
3 Infinitas tolleratur quando obligationis verba ad infinitatem sunt apta.
4 Promissio facta sine causa non valet.
5 Fideiussor qñ pro altero se obligat respectu eius alia causa non requiritur,nisi vt aliene obligationi accedat.
6 Promissio incerte quantitatis per relationem ad certam sum-mam valet.
7 Obligatio omnium bonorum,an comprehendat ea que verisimi liter obligasset,puta vestem,vel suppellectilia. Et quomodo procedat.l.obligatione generali.ff.de pignor.
8 Obligans se quasi fideiubendo ad omne id,ad qđ titius obliga-bitur ex aliqua certa causa,puta mutui,talis obligatio gene-ralis in omnem quantitatem valet.



Dirigat Dñs verba mea in viaꝫ veritatis, ꝛ iustitie.¶Licet apud me maxi-ma sit excellẽtiss.do.Cõsulentis auctoritas,simi-liter ẽt,ꝛ excellentissi. subscribẽtis. Nihilominus plus põt ꝯscientie stimulus, quo tñ remoto mo-ris mei est ꝯsulere,vel subscribere,ꝛ lz hoc idem de alijs credam, 1 † tñ qꝛ facile hoies in diuersas eunt snias.l.iteꝫ si vnus.§.pen.ff. 2 de arbi.qsqꝫ ꝺm propriã moueꝛ cõscientiã.¶†Mihi itaqꝫ vr̃ ꝙ ꝯclusio excellẽtissi.Cõsultoris repugnet tex.in.l.si ita stipulatus. ff.de fideiuſ.vbi clare dr̃ ꝙ si seius ꝓmiserit quãtaꝫ pecuniã, qñ-cunqꝫ titio credidero,ꝛ pro hoc ẽt dederit fideiussores, tenebitur postea in oẽs sũmas,ẽt per me sepius titio creditas, ꝛ nedũ ipse, sed ẽt eius fideiussores,ꝛ ita ibi volunt omnes doct. nõ obstante 3 ꝙ ex eo videaꝛ induci quedã infinitas obligationis,†dicũt.n. ibi Bar.ꝛ alij,ꝙ qñ verba obligationis sunt apta ad infinitatẽ tolle raꝛ infinitas,vt per eos.sic ergo vr̃ in casu isto ꝙ do.Camillus,ꝛ do.Alexã.ꝛ qlibet insolidũ debeant dici obligati ad quantitatẽ, de qua agiꝛ,lz satis magna sit,cũ ꝓmiserint omne illud ꝛc. ꝛ hoc est dicere oẽm quantitatẽ,quaꝫ do.Jo.anto.crediderit,seu dede-rit ad cambiũ ꝛc.ꝛ fortius qꝛ in casu isto nõ induciꝛ infinitas, ex quo prescriptũ erat tp̃s dandi ad cambiũ post qđ, si qđ datũ fuis set predicti nõ veniebant obligati.¶Et nõ parũ admiror ꝙ ex-cellentissi.Cõsultor nedũ huic tex.non rñdeat,sed eũ alleg. ꝓ sua ꝯclusione,in primo eius fundamẽto de ðfectu cause,lz ego nesciã 4 videre quõ ad suũ propositũ voluerit inducere. ¶†Nec predi-ctis ob.vñr tria fundamẽta excellentissi.Cõsultoris,qm̃ vr̃ de fa-cili posse rñderi,ꝛ ad primũ duꝫ dicit eiusmodi ꝓmissione esse fa-ctã sine causa,ꝛ iõ non debere hẽre vim.l.ij.§.circa.ff.de excepti. dol.vt per eũ,rñdeꝛ,ꝛ vr̃ ꝙ imo ista promissio, ꝛ obligatio hẽat cãm.qꝛ.s.iã ipsi mandauerat.d.do.Jo.anto.sic fieri,vt importa-re vñr illa verba,per che de nostra cõmissiõe,ꝛ instãtia lo fate ꝛc. itẽ ꝛ aliaꝫ cãm.s.vt indẽnem ꝯseruẽt ipsum, vt clare dr̃ in chiro-grapho.ipsi.n.vñr facti fideiussores indẽnitatis,ꝛ illa est sufficiẽs causa ad illos efficaciter obligãdos,quatenus do. Jo.anto. esset in dãno,qui vt credi põt,non alias credidisset,seu ad cambiũ de-disset illi Criuello,nisi de sua indẽnitate istos accepisset fideiusso res.de fideiussore aũt indẽnitatis,velut ad illud obligato, loqtur Bar.in.l.i.C.de ꝯuen.fisci debito.lib.x.ꝛ in.l.quero.vbi ẽt Ful-5 go.ff.loc.¶†Preterea dici põt,ꝙ causa satis nota est in fideius soria obligatione,vt.s.pro altero,veluti fideiussor obligeꝛ, nec vt credo,reqriꝛ tunc alia cã respectu ipsius fideiussoris, nisi vt alie-ne obligationi accedat,ꝛ creditorẽ securiorẽ faciat,vt insti. de fi-deiuſ.in prin.vñ cuꝫ nulli dubiũ sit illũ de Criuellis esse obligatuꝫ pro sũma recepta,seqtur ꝙ isti fideiussores dẽnt pro eo dici obli-6 gati,nec pñt dicere se sine causa fideiussisse.¶†Ad scõm funda-mentũ de incertitudine quãtitatis fundatũ,in.l.ita stipulatus. la grãde.ff.de ver.ob.Rñdeꝛ ꝙ non vr̃,facere ad ꝓpositũ, cũ cer-titudo sumaꝛ per relationẽ ad aliud,veꝫ ad sũmaꝫ illã, ꝛ quanti-tateꝫ,quã ipse do.Jo.anto.in nũdinis pascatis dabit ad cãbiuꝫ, prout postea dedit certã sũmaꝫ,ꝛ sic de certa sũma nũc agiꝛ,alio-quin nec in.d.l.si ita stipulatus.valuisset illa ꝓmissio, cũ non ha-7 buisset in sui priuilegio expressaꝫ,ꝛ certã aliꝗ̃ quãtitatẽ.¶†Ad tertiũ vero ꝙ in arg.sumiꝛ ex.l.obligatione gñali.ff.de pig. cũ si. ꝛ ꝙ videbaꝛ habere maiorẽ coloreꝫ.Rñdeꝛ ꝙ nos sumus extra terminos.Aliud.n.est querere,vtrũ si qs oia bona sua hypothe cet ista obligatio, que gñaliter vꝫ,cõprehendat ẽt ea que ille ve-rosimiliter nõ obligasset,puta vestẽ suã,vel suppellectilia, vel alia bona,ꝛ tũc ꝓcedit regula.d.l.obligatione gñali.ꝛ simi. ꝛ iste non 8 est casus noster,vt de se pꝫ.¶†Aliud est querere,vtruꝫ qs obli-gãdo se ad omne id,ad qđ titius obligabiꝛ ex aliqua certa causa, quasi pro eo fideiubẽdo,ꝛ tunc cũ non agaꝛ de obligatione rex, quas verosimiliter qs non sit obligaturus,sed tñ de obligatione personali pro quãtitate incerta tũc certificanda tñ per relationeꝫ ad aliud,puta ad mutuuꝫ ꝙ titius accipiet,ꝛ tũc talis obligatio valet simplr̃ pro quacũqꝫ quãtitate,cũ obligatio sit gñalis, ꝛ om nẽ quantitateꝫ cõprehendat,vt est tex.ad lraꝫ,in.d.l.si ita stipula tus.de fideiuſ.ꝛ iste est ꝓprie casus noster.nã do. Camillus, ꝛ.d. Alex.vti fideiussores obligauerũt seipsos ꝓsonaliter ad omneꝫ quãtitateꝫ,qua do.Jo.anto.dabit ad cãbium illi de Criuellis in nũdinis pascatis,vñ cũ certũ sit ꝙ ei dedit sũmaꝫ,de qua agitur, vr̃ ẽt certuꝫ ꝙ ad.d.sũmam debent isti fideiussores dici obligati, vt.l.non queadmodũ.ff.de iudi.ꝛ in.d.l.si ita stipulatus. cũ simi. ¶Nec dicaꝛ nõ fuisse verosimile ꝙ voluissent ad tã magnã sum mã obligari que ascendit ad sũmaꝫ ducato.vndecimillii.¶Quia

respondetur

uenire,⁊ eo deficiente noluit talem concessionem habere effectũ, ⁊ cum postea Imolenses non consensissent Pontifex memor talis concessionis uti adhuc inualida eam pro ualida habẽs, ⁊ intendens aliter de dicto castro disponere ex certa scientia, ⁊ motu proprio pure,⁊ simpliciter dedit Campegijs ex causa onerosa in eos possessionem,⁊ dominiũ transferendo, propter quod omnino concludendum est eos in sua pacifica possessione,⁊ ueluti ueros dominos conseruandos. ¶ †Nec potest dici ɔtra secundã istam concessionem, ꝙ fuerit aliquo modo subreptitia cum fuerit proprio motu Pontificis facta ex quo omnis subreptio tollitur c.si motu proprio.de preben.libro.vj.cum traditis ibi per doctores, ⁊ supra fuit dictum. ¶ Posset etiam dici ꝙ doctrina prealegata ex alio in casu nostro non debet quicꝗ̃ obstare, qꝛ posset procedere,si alia non obstarent,quãdo ageretur quis ex duobus debeat admitti cum nemo reperiatur admissus, sed utercꝙ se admitti contendit,at in casu isto iam Reuerendissimus Cardinalis Campegius fuit ad dictum castrum admissus, ⁊ cum possessione fuit in eum translatum dominium,⁊ utrũcꝙ per multos annos retinuit,⁊ decedens in illustrem dominum Rodulphum filium trãsmisit qui similiter usꝙ nunc uti uerus dominus dicit̃ fuisse in pacifica possessione dicti castri,⁊ ratio diuersitatis sumitur,ex predicta.l.quotiens.cum sui ratione.C.de rei uendi.ex.l.qui tibi.C.de heredi.uel actio.uendi.⁊.l.siue autem.§.si duobus.ff.d publicia. Facit.c.si a sede.de prebend.libro.vj.⁊.c.in pari.de regu.iur.eodem libro,cum similibus. ¶ Non obst. modo consilium Decij. dclxxxix.in ɔtrarium allegatum,quod ut dixi uidetur specialiter factum in isto casu ad instantiam istorũ nobilium de Maluetijs. Quoniam responderi potest,p̃mo ꝙ eius auctoritati stari nõ debet contra iura ⁊ rationes de quibus supra. ¶ Et licet ipse fuerit uir supremus tamen eius auctoritati ⁊ doctrine obijci potest, ut aiunt,ꝙ bonus quandocꝙ dormitat Homerus. ¶ Uel secundo si quis auctoritati eius deferendũ putet,respondetur ꝙ recte intuenti,non facit ad casum nostrum,⁊ licet,ut dixi,credaꝫ ꝙ super isto casu consuluerit,tamen non fuit de contingentia facti bene informatus. †Et cum ex facto ius oriatur.l.si ex plagis.§.in cliuo. ff.ad legem aquil.cum simi.⁊ tradit Bart. in.l.i.in.ij.q.C.de lit. contest.decisio super facto sibi proposito facta nõ debet trahi ad casum nostrum in quo in aliquibus,⁊ quidem substantialibus factum aliter se habet ꝗ̃ presupponat Deci.in.d.ɔsil. Et in primis diuersitas est in eo, qꝛ Deci.presupponit ꝙ prima ɔcessio facta nobilibus fuit ex causa onerosa, ⁊ ꝙ in ea interuenit pecunia ex parte illoꝝ nobiliũ quam Deci. uidet̃ interpretari dataꝫ pro precio castri illis nobilibus concessi,⁊ sic intendit fuisse celebratũ cõtractum uenditionis. Et in eo precipue se fundat Deci.quod certe in casu nostro non interuenit,ut ex supra deductis ɔstat. ¶ Secundo diuersitas est,in eo ꝙ Deci.presupponit sũmum Pontificem tempore secunde ɔcessionis fuisse immemorẽ prime,⁊ sic ignorasse se illam primam fecisse,⁊ in eo maxime etiam Deci.se fũdat ꝙ tamen omnino est falsum,qꝛ imo ipse Pontifex nedum poterat presumi memor prime ɔcessionis,ut dixi in alio ɔsilio meo, sꝫ etiam ꝓbatum est,⁊ ita mihi in facto presupponitur, ꝙ illius concessionis optimam habebat memoriam,ut supra etiam dixi in eo faciendo non leue fundamentũ. ¶ Et ex hoc oritur tertia diuersitas,naꝫ Deci.in predicta ignorantia se fundando dicit, ꝙ Papa noluit prime ɔcessioni quam ignorabat se fecisse preiudicare, nos uero per ɔ̃rium dicimus,ꝙ imo attenta scientia eius, ⁊ optima memoria illius prime ɔcessionis faciende scd̃am uoluit oĩo a prima recedere uelut nũdum ualidata,⁊ eam habere pro nõ facta,attenta maxime amplitudine clausule,non obstãtibus ⁊c. ꝑm ꝙ supra,⁊ in alio ɔsilio dictum fuit. ¶ Item ⁊ quarto est diuersitas,qꝛ Deci.uidet̃ presupponere ɔcessionem p̃mam puram fuisse,uel saltem purificatã anteꝗ̃ scd̃a fieret per interuentum ɔsensus ciuitatis a Pontifice requisiti,ut ipse in suo ɔsilio ad finẽ inquit in uer.accedit ꝙ in prima ⁊c.⁊ ante dictum uersicu.semp loquitur de prima ɔcessione tanꝗ̃ de pure, ⁊ simpliciter facta, ⁊ ꝙ ita ipse presupponat,⁊ sic ꝙ ɔcessio secunda fuerit facta non precedente aliqua ɔditione prime,sed prima ab initio pure facta cũ ɔsensu illius ciuitatis,uel saltem per dictũ ɔsensum purificata cõstare potest,qꝛ si aliter intellexisset cum esset excell. cano.certe uidisset sue decis.obstare.d.c.si pro te. de rescri.lib.vj. ⁊ ei conatus fuisset r̃ndere sicut nixus fuit r̃ndere.d.l.quotiens.C.de rei uend. Uel(ut magis credo)si in hoc,⁊ alijs de quibus.s̃.habuisset uerã facti informationẽ non ita ɔsuluisset. ¶ Sed qcqd sit de eius intentione cum in hoc nos presupponamus,ꝙ scd̃a ɔcessio fuit facta anteꝗ̃ Imolenses ɔsensissent qnimo postꝗ̃ iam reqsiti dissenserant ostendit̃ etiam in hoc magna diuersitas facti. Et qꝛ in ista ⁊ in alijs predictis diuersitatibus facti ɔsistit totũ fundamentum nostrũ,ut ex predictis,⁊ ex dictis in alio ɔsilio euidenter apparet sequit̃ ꝙ decisio Decij nostre ɔclusioni nihil obstat cũ ut dixi.s̃. ex diuersis non bene arguat̃. ¶ †Nec obst. ꝙ non interuenerit in ista scd̃a ɔcessione facta Campegijs consensus populi dicti castri Bucie quo populo inuito non uĩ ꝙ Papa potuerit dictũ castrũ nouo dño subijcere,ut uoluit Hosti.⁊ sequunt̃ alij in.c.dilecti. de maio.⁊ obe.cum alijs alle.per Deci.in fi.dicti ɔsi.in hoc faciente non leue fundamentũ,qui idem dixit in.c.i.iij.col.uer.retenta cõclusione.extra de ꝓba.⁊ tradit Ias.in.l.debitoꝝ.post medi.C.de pac. Qm̃ r̃ndetur primo,ꝙ predicta ubi uera sint ꝓcedunt nisi ex ɔsuetudine ɔtrarium seruatur,ut dixit Abb.in.c.auditis. col.v. uer.in secularibus uero.de prescrip.refert ⁊ sequit̃ Fely.in.d.c.dilecti.iij.col.in prin.sed ut audio sũmus Põtifex solitus est sic facere,ergo ⁊c. †Uel scd̃o r̃ndetur ubi talis ɔsuetudo non adesset ꝙ predicta ꝓcedũt,qñ populus ab initio ɔ̃dixit, sed si passus fuerit nouum dñm presumitur ɔsentire,⁊ postea reclamare non põt, put ex multis per eum deductis firmat Andre.barba. in ɔsil.xj. Illud afferam in mediũ.iij.col.ij.uol. Sed in casu isto hoĩes dicti castri ab initio non ɔ̃dixerunt,imo iam per plures annos equo,⁊ libenti animo passi sunt in dñm p̃mo Reueren. Cardinalẽ Campegium,⁊ eo defuncto illustrem dñm Rodulphum eius filium,ergo ⁊c. ¶ Quinimo dico,ꝙ ut mihi narrat̃, nec hodie ɔ̃dicunt, sꝫ ei libenter obediũt ex quo ponit̃ ad obiectuꝫ. Tertia r̃nsio qꝛ argumentum ɔ̃rium ꝓcedit qñ de ɔditione populi ɔstaret ꝙ nõ datur in casu nostro. ¶ Non obst.demũ decisio Ias.in.d.ɔsil.xxvij. in ɔ̃rium allegato. Qm̃ ipse loquitur qñ ex prima ɔcessione ⁊ donatione fuerat etiam facta traditio rei donate,⁊ licet inter alia in primo fundamento dicat ꝙ ẽt si non fuisset tradita,idem esset, qꝛ per donationem a Principe factam transfert̃ dñium sine traditione,⁊ ꝓpterea ẽt dicit ꝙ non obstaret si ex scd̃a concessione res fuisset tradita ut per eum qui alle. Roma. in ɔsi.cccxcviij. Nõ etiã supra in ɔ̃rium allegaui. Tñ nihil ob.ɔclusioni nostre,qꝛ loquitur in casu quo prima donatio fuerat pure, ⁊ simpliciter facta, ita ꝙ pendentiam aliquam non habebat,prout etiam loquitur Rom. in.d.ɔsil.cccxcviij. At in casu nostro prima ɔcessio, uel erat nulla ex defectu ɔditionis,uel saltem pendebat a ɔditione in ea requisita,⁊ interim fuit facta ɔcessio castri de quo agit̃ Campegijs cũ trãslatione possessionis ⁊ dñij,merito dñr hr̃e potiora iura. ¶ Et ex predictis recte intuenti apparebit r̃nsio ad doctr. Bar.in.l.fi. C.de loca.predi.ciui.lib.xj.cum ɔcor.s̃.in ɔ̃rium alleg. Aut.n.allegata in ɔ̃rium loquunt̃ qñ ex prima donatione facta erat traditio,uel saltem erat pure facta,pp ꝙ ex principis priuilegio transfert̃ dñium sine traditione. Aut saltem neutri erat facta traditio ut ex eoꝝ lectura cognosci poterit. At in casu nostro p̃ma ɔcessio erat ɔditionalis,⁊ ea pendente uel forsan iam deserta fuit facta scd̃a ɔcessio cum traditione rei,⁊ sic cum trãslatione dñij,merito ergo debet preferri ut ex predictis constat. Laus Deo.

Maria.soci.iun.iuriscõ.⁊ Senen. patritius Padue.

CASVS

¶ Reuerẽdus dñs Zutpheldus unãdenberg nobilis Germanus in suo testõ Rome ɔdito inter cetera dñm Gasparẽ hoper nepotem ex sorore p̃mo instituit hr̃dẽ in certis rebus,⁊ deinde cũ una cũ tribus alijs hr̃des ul̃es instituit uꝫ Joachin frẽꝫ Margaritaꝫ ⁊ Catherinã sorores ei⁹,⁊.d.dñꝫ Gasparẽ filiũ p̃dcẽ Catherine.

¶ Et disposuit ẽt ut per predictos heredes ul̃es satisfieret oĩbus eius creditoribus. Et inter cetera sic in testõ legitur. Iteꝫ asseruit dictus dñs testator,ꝙ uenerabilis uir dñs Dauid ꝑpositus Colbergensis debet hr̃e ab eo summã.600.ducatoꝝ auri de camera pro antiquis causis officij notariatus causarum sacri palatij apostolici,quod dñs Gaspar hoper eius nepos possidet.

¶ Ideo casu quo summa predicta.600.ducatorũ soluta non esset dicto domino Dauid uoluit ⁊ mandauit ꝙ eidem per suos heredes soluatur,quia dixit se non aduisatum de solutione uel non solutione dicte summe ⁊c.

¶ Et illud erat quia dicta summa erat soluenda in partibus Germanie,⁊ testator quid esset actum ignorabat.

¶ Post mortem testatoris frater eius, ⁊ sorores tanquam proximiores ab intestato dicunt se audiuisse hereditatem testamentumcꝙ prefatum fuisse ⁊ esse falsum,uel saltem inualidum,quia in eo nõ fuit seruata forma in patria dicti testatoris requisita ex forma iuris municipalis.

¶ Et ubi testamentum ualeat dicunt ꝙ predictus Gaspar nepos tenetur cohr̃dibus pro rata restituere pecunias per.d.testatorem

erogatas pro illo officio notariatus empto per ipsum testatorem ad commodum ꝛ in personam domini Gasparis nepotis.

¶ Gaspar vero omnibus contradicit.

¶ Quare de quibusdam contingit dubitari.

¶ Primo vtrum prefatum testamentum de iure subsistat.

¶ Secundo vtrum aditio facta per predictos fratres ꝛ sorores testatoris ab intestato fieri potuerit, ita vt valeat in preiudiciū Gasparis nepotis.

¶ Tertio vtrum dictus Gaspar teneatur coheredibus ad preciū sui officij pro eorum rata hereditaria.

## SVMMARIVM

¶ Falsitas allegata probari debet alias non presumitur qꝛ instrumento standum est.

¶ Locus testamenti cōditi attendi dꝫ circa solēnitatē testamenti.

¶ Hereditas ab intestato qñ dicat̄ delata, ꝛ eo iure adiri possit.

¶ De expensis factis in officio curie Romane per auunculuꝫ ꝓ nepote ex sorore vtrum sint per eum heredibus auunculi restituende, an vero in eis presumatur donatio.

1. Asserens aliquid agendo vel accusando illud probare debet.
2. Instrumentum ꝙ sit verum presumitur.
   Notarium falsum commisisse non presumitur.
   Et falsitas non presumitur.
3. Statuta preter ius cōmune clericos non ligant.
   Statutum laicoꝝ requirens certā solēnitateꝫ clericos non ligat.
4. Solēnitas loci in quo conduntur testamenta est seruanda.
5. Causa intestati cessat quandiu est locus cause testati.
6. Aditione testamentum confirmatur.
7. Errans hereditatem adire non potest.
   Et an liceat repudiare ex testamento vt adeatur ab intestato.
8. Aditio ab intestato est nullius momenti si testamentū ignoretur.
9. Commodum sentiens de re aliqua debet etiam pati expensas, vide infra numero. 23.
10. Casus omissus in iuris dispositione remanet.
11. Debitor si succedit debitori debitū ꝑ aditionē ꝓ sua rata ꝯfūdit.
    Aditio an vim solutionis habeat.
    Creditor pro parte succedens debitori a coheredibus pro eorum rata petit.
12. Emens aliquid presumitur de suis pecunijs emere.
13. Emere nomine proprio ꝛ non alieno quis presumitur.
14. Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.
15. Auunculus si quid emit pro nepote presumitur illud fecisse animo donandi.
16. Pater emens noīe filie an videatur emisse animo donandi.
17. Res empta nomine filij si ei emancipato tradat̄ dicit̄ ei donata.
18. Coniunctus emens pro ꝯiuncto aliquid si eum in suis rōnibus debitorem ꝯstituat non videt̄ hr̄e animū donādi, sed repetēdi.
19. Mulier soluens pro coniuncto presumitur soluere aīo donandi.
20. Donatio presumitur ob diuitias nobilitatem ꝛ magnā amicitiā.
21. Ius idem reddi debet vbi ratio diuersitatis reddi non potest.
22. Precedentia per sequentia declarantur.

## CONSILIVM XCV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ꝛ iustitie. ¶ Presens consultatio pro maiori parte clarissimam habet resolutionē absqꝫ aliqua ꝓbabili dubitatione, ꝛ ideo breuis ero, ꝛ conclusiue loquar vbi dubitatio fieri non debet. ¶ Capiendo ergo ꝑmam dubitationem dum querit̄ an testm̄ reueren. dn̄i Zutpheldi de iure valeat arbitror indubitāter predictum testm̄ de iure subsistere cum videam illud solēniter factum corā septem testibus, ꝛ de eo reperiatur instrm̄ publicum manu publici, ꝛ auctentici notarij. ¶ Non obst. quod ex aduerso allegatur illud esse falsum, qꝛ non sufficit sic allegare, sed oportet probare alioquin facillimum cuiqꝫ esset omnia testamenta falsa redarguere cum facile esset ita dicere, ꝙ tamen falsissimum est. vt omnibus est notum. †[1] Qui enim aliquid asserit agendo vel accusando debet illud ꝓbare. l. qui accusare. C. de eden. ꝛ ad hoc facit totus titu. de ꝓba. maxime. l. actor. cum sua materia. C. ꝛ. l. ij. ꝛ. l. verius. ff. eo. cum simi. Et super hoc non est insistenduꝫ, qꝛ nulla est difficultas nisi allegata falsitas legitime ostendat̄. †[2] Etenim pro instro, ꝛ ꝙ sit verum presumitur. l. cum precibus. vbi Bald. Saly. ꝛ aly. C. de ꝓbatio. ꝛ per illum tex. inquit patruus ꝛ dominus meus Soci. in consil. ccxij. Cum in presenti. iiij. colum. versi. secunda conclusio. vbi plures allegat, ꝛ tradunt Alex. ꝛ Jas. in. l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. ꝛ non est presumendum predictum notarium qui semper fuit maxime fidei, falsitatem cōmisisse argumento. l. merito. ff. pro socio. Et in specie ꝙ falsitas nō presumatur, docet Bald. in dicto. §. quod fere. Alex. consil. lxx. Viso processu. ij. colum. versi. accedit quia. i. volu. cum multis cōcor. vt per Hippol. de marsil. in consil. xxj. Vocem meam exaudi. ij. colum. ¶ Nec obst. ꝙ in predicto testamento non fuerit seruata forma, ꝛ solennitas requisita per ius municipale in patria dicti testatoris, quia satis est seruatam fuisse solēnitatem iure cōmuni requisitam, vel in vrbe Romana vbi testamentum conditum fuit. tum quia Reuerend. testator erat clericus, †[3] ꝛ alias statuta preter ius cōmune non ligant clericos. iuxta. c. que in ecclesiarū. ꝛ. c. ecclesia sancte Marie. de constitutio. ꝛ que ibi docto. tradunt, ꝛ in specie, ꝙ statutum laicorum requirens in actu certam solēnitatem non liget ecclesias, neqꝫ clericos, siue personas ecclesiasticas firmat Fulgo. in consil. cv. Quedam domina Lucia. colum. fina. ver. superest videre. tum etiam et secundo posito ꝙ clericos ligarent, qꝛ non procedit tale statutum respectu testamentorum alibi conditorum, †[4] quia in testamentis illa solēnitas seruanda est, que reperitur in loco in quo conduntur, ꝛ non in patria testatoris ſm Bart. cōmuniter approbatum in. l. ij. C. quemadmodū testamen. aperian. cum concordantibus multis, vt scribit Alexan. in consilio. xliiij. Videretur prima facie. colum. fina. versi. postremo non obst. v. volu. sed vt dixi testamentum fuit conditum Rome cuꝫ solennitate ibi sufficienti, ergo ꝛc. Debet itaqꝫ testamentum predictum valere, ꝛ publico instrumento de eo confecto fides adhiberi, iuxta totum titulum. ff. ꝛ. C. ꝛ extra etiam in aucten. de fide instrumētorum. Et ꝙ dicitur in statuto patrie testatoris, ꝙ publicis instrumentis in iudicio non adhibeatur fides procedit, ꝛ locum habet respectu instrumentorū ibidem confectoruꝫ, ꝛ inter personas subditas in quibus non interuenerunt solennitates per statutum requisite vti notissimum est, ſm ꝙ mihi asseritur, ꝛ istud cōmittat ratio. Esset enim satis impium statutuꝫ si generaliter publicis instrumentis fidem denegaret. Cum ergo in proposito testamentū, ꝛ de eo confectum instrumentum publicum solēnitatibus illis nō indiguerit, vt dictum est, sequitur ꝙ de eo non loquitur statutum denegans fidem publicis instrumentis. ¶ Capio modo secundā dubitationem qua queritur vtrum aditio hereditatis facta per fratrem ꝛ sororem testatoris tanquam proximiores ab intestato succedentes de iure valeat in preiudicium domini Gasparis hoper nepotis testatoris qui vltra particulares quasdam institutiones erat etiam institutus cum illis heres vniuersalis. Et breuiter respondendo arbitror rem clarissimam esse, ꝙ ei in aliquo non sit preiudicatum, nam aut predicti frater ꝛ soror sciebant conditum testamentum, aut ignorabant. Primo casu clarum est, ꝙ ab intestato adire non potuerunt, †[5] quia quandiu locus est cause testati cessat causa intestati. l. quandiu. la. ij. ff. de acquiren. heredita. ꝛ. l. anteqꝫ. C. cōmu. de succes. cum simi. cause autem testati iam erat factus locus, qꝛ dominus Gaspar pro sua rata hereditateꝫ ex testamento adierat, †[6] ex cuius aditione testm̄ iam fuit affirmatuꝫ. l. si nemo. ff. de testa. tute. institu. de here. que ab intesta. l. fi. in prin. ꝛ. l. si legato. §. fi. de manu. testamē. cum multis simi. Aditio ergo quam predicti fecerunt ab intestato fuit inutilis cum ab intestato eis non esset delata hereditas, ꝛ istud ipsi scirent. ¶ Et si dicatur adiuimus ab intestato reputantes testm̄ falsum, aut alias inualidum. Respondet̄ ꝙ in hoc errabant cum testm̄ omni iure subsistat, vt dictum est. †[7] Et ita errantes adire non potuerūt. l. nec is. in prin. iuncta. l. seq. ff. de acquir. here. maxime ab intestato cuꝫ eo modo eis non esset delata hereditas, vt dixi. ¶ Et si iterum dicāt repudiauimus ex testō. ꝛ ita potuimus ab itestato adire, iuxta. d. l. nec is. §. i. ꝛ ꝙ talis repudiatio inducat̄ ex eo. ꝙ voluerūt ab intestato adire, vt. l. illud. in fine. ff. de acquirenda hereditate. Respondetur ꝙ si volunt ex testamento repudiasse, non ꝓpterea potuerunt ab intestato adire quia cum iam ex testamento fuisset adita hereditas pro parte domini Gasparis portiones per predictos repudiate ad eum pertinerent iure accrescendi, iuxta. l. i. §. his ita. C. de caducis tollendis. ꝛ. l. prima. cum sua materia. quādo non peten. partes peten. accres. ꝛ hoc ne alias testator diceretur pro parte testatus, ꝛ pro parte intestatus decessisse contra. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cum simi. ꝛ iura in contrarium allegata procedunt quando quis esset solus institutus, vel si plures si oēs repudiarēt ex testō vel si vnus ex institutis adeat per repudiationem alioꝝ non aperitur via succedendi ab intestato per predicta. †[8] ¶ Secundo vero casu si ignorabant testamentum eoruꝫ aditio ab intestato

ab intestato nullius momenti fuit cum ꝓpter eorum ignorantiã.
iuxta.d.l.nec is.§.si.de acquiren.heredi.cum.l.sequen.tum etiã
ꝓpter regulam.d.l.quandiu.la.ij.eo.titu.etenim eorum ignoran
tia non tollit testamentum aut cãm testamenti,cum testamentum
pleno iure valeat vt dictum fuit.Remanet ergo firma & indubi-
tata conclusio ꝙ domino Gaspari in nullo est preiudicatum per
illoꝝ aditionem ab intestato que nullo modo valide fieri potuit.
¶Aggredior nunc tertiam & vltimã dubitationem in qua que-
ritur stante valido testõ vtrũ dñs Gaspar teneatur coheredibus
pro rata hereditaria restituere precium officij sui qđ dicit ei fuisse
emptum de pecunia testatoris,& ideo videt aliqualis dubitatio.
9 Nam prima facie videret dñm predictum Gasparẽ teneri, †nã
cũ ipse Gaspar potiatur,& gaudeat dicto officio ꝯuenit vt onus
dicti officij eundem respiciat,& ita teneatur ipse pati impensas in
tali officio factas,iuxta regu.c.qui sentit. extra de reg.iur. lib.vj.
& l.ꝺm naturam.ff.eo.titu.facit.§.cũ aũt.in ver.sed & si post em-
ptionem.institu.de emp.& vendi.cum simi. ¶Et hoc eo maxime
dñm videt q2 testator qui pro dño Gaspare precium predicti offi
cij soluerat.Et ita predictũ Gasparem sibi debitorem ꝯstituerat
ex negocio vtiliter gesto,iuxta.l.pomponius scribit si negociũ.ff.
de nego.gest.& l.i.iuncta glo.fi.§.si quis alteri vel sibi.in suo testõ
nihil de tali precio disposuit in fauorem dñi Gasparis.Non enĩ
illi tale precium reliquit,nec ipsum in eo precio sibi debitorẽ libe
10 rauit, †ꝓpter qđ videt ꝙ casus iste velut omissus remaneat sub
regula iuris cõis,iuxta.l.cõmodissime.ff.de libe. & posthu.l.si ex-
traneus.& ibi Bar.& ceteri doc.ff.de ꝯdi.cã da.& l.si cum dotẽ.
11 in prin.ff.solu.matri.†Regula autẽ cõis videt ꝙ qñ debitor suc
cedit creditori ꝯfundit pro sua rata debitũ per aditionem, sed co
heredibus pro eoꝝ rata tenet de eo qđ debebat satisfacere,iux.l.
stichum.§.aditio.& ibi tradita per Barto.ff.de solutioni. & l.si ei
cui.§.fiis qui.ff.de euictio.Et melius faciunt dicta Bartol. in.l.
heres a debitore.§.fina.ff.de fideiuſ. & in.l.si is qui pro emptore.
in.vj.q.princip.ff.de vsuca.dum vult ꝙ aditio non habet vim so-
lutionis qñ per illud heres esset in lucro,q2 non ꝯuenit aliũ dam
nificari.¶Et pdicta regula bene ꝓbat in.l.ij.C.ad.l.fal.& in.l.i.
C.de here.act.nam sicut ibi creditor pro pte succedens debitori
a coheredibus pro eoꝝ rata petit qđ sibi defunctus debebat, ita
per ꝯriũ dñm est si debitor creditori pro pte succedat, vt modo
dicebam,vnde cum predictus Gaspar debitor testatoris sit ei he
res pro pte teneri dꝫ cohrdibus pro eoꝝ rata hrditaria. ¶Sed
tñ his non obstantibus diligentius oia ꝯsiderans ꝯriam sniã vti
de iure veriorem amplector,& ꝯcludo pdictum Gasparem ea de
causa ad aliqd non teneri vltra suam ratam hrditariam quã cre
ditoribus psoluere debet, ꝓut etiam ad id se paratũ offert. ¶Et
in primis negatur ꝙ testator de sua ꝓpria pecunia tale officium
emerit pdicto Gaspari,nec vnꝗ͂ poterit hoc ꝓbari,nam solũ re
perit ꝙ sũmus Pontifex proprio motu ꝯcessit,& ꝯtulit predicto
Gaspari officium predictũ, ꝓut illud iã per annos.xij.& vltra pa
cifice tenuit,seu quasi possedit,nec ꝯstat ꝙ aliqd pro dicto officio
12 fuerit datum summo Pontifici.†Et si datũ, aut erogatũ aliqd
fuit dici põt, ꝙ ipse Gaspar siue pr eius erogauerit, & ita(vt pu-
to)est in dubio presumendũ,& qui dicit ꝙ alius pro eo erogauit,
dꝫ illud ꝓbare vt recte intuenti ꝓbatur in.l.ad ꝓbationem.la.i.
C.de ꝓba.dum ibi in ver.nam res vendicantẽ,presupponitur ꝙ
si in casu illo expediret fuisse rem emptam de pecunia sic asserẽtis
deberet illud ꝓbari quasi in dubio credat empta de ꝓpria pecu-
13 nia emptoris.†Queadmodum et presumit quis ꝓprio noie eme
re non alieno arg.l.& magis.ff.de sol.vt egregie firmat Fabia. de
monte in tracta. de emp.& vendi. in vlti.q.prin.i.col.ver. item ꝙ
emens in dubio &c. ¶Et si dicatur ꝙ ꝯstat ex ipso testõ ꝙ testa-
tor voluit pro dicto Gaspare vel eius officio teneri ad.600. au-
reos dño Dauid,& ex eo arguat, ꝙ etiã reliquum precij a testato
re fuerit erogatum. Rñdet & de plano ꝙ tale argm non ꝯcludit
cum possint ista simul stare ꝙ voluerit ad.d.600.aureos teneri,&
14 non ad aliud,seu ꝙ aliud non erogauerit vt est notissimũ,†& al's
pro regula dr ꝙ non ꝓbat hoc esse qđ ad hoc ꝯtingit abesse.l.ad
ꝓbationem. la.ij.& l.neqꝫ natales.C.de ꝓba.l.non hoc.C.vnde
15 legi.& c.in presentia.de ꝓba.cum simi. ¶†Vel scđo posito mi-
lies ꝙ vnꝗ͂ ꝯstaret testatorem pro dicto officio aliqd etiam.ẽ.il-
los.600.aureos erogauisse adhuc dico ꝙ predictus Gaspar ad
16 aliqd ea de causa non tenet,q2 id totum dicit testator auunculus
eius fecisse animo donandi, & donatio vsqꝫ ab initio valuit. † Et
pro hoc primo allego.l.filie.C.famil.herc. vbi pater emens noie
filie dicit habuisse animũ donandi filie,& ideo post mortẽ patris
filia rem emptam precipuam habebit vt donatã, & licet donatio
propter patriam potestatem ab initio non valuerit tamen confir
matur morte patris si non reuocauit,& in hoc cõcordant ibi om-
nes docto.Et si fuisset filia illa emancipata valuisset donatio ab
initio,vt ibi per Salyc.& alios.Sic igitur in casu nostro dici de-
bet ꝙ si auunculus pro domino Gaspare & eius nomine emit of-
ficium de quo agitur dicitur voluisse ei donare,& cum non esset in
eius potestate valuit donatio ab initio. ¶Et licet in dicta.l.filie.
sit controuersia inter docto.vtrum requiratur ꝙ res empta no-
mine filie ei tradita sit,Bart.enim & sequaces volunt traditionẽ
requiri Saly.vero & alij pleriqꝫ id negant vt ibi per eos.Tamen
in proposito cessat illa difficultas ex quo ab initio officium,vt ita
dicam traditum fuit domino Gaspari,qui illud semper possedit,
prout etiam tempore testamẽti possidebat, vt ipsemet testator in
testamento fatetur,& sic ꝺm vtranqꝫ opinionem in casu nostro fa-
17 tendum est,donationem interuenisse.¶†Ad idem & secundo fa
cit.l.ij.C.si quis alteri vel sibi, vbi similiter ꝓbatur ꝙ res empta
nomine filij,si ei emancipato tradatur sua erit,& dicitur ei donata
q2 emancipatio remouit impedimentũ patrie potestatis, & ita no
ta.ibi Saly.in casu autem nostro debuit ab initio valere cũ non
esset in potestate,& fuerit ita res tradita,vt.d.Gaspar semp fue-
rit in possessione,vel quasi dicti officij. ¶Et licet si essemus inter
penitus extraneos res habere posset difficultatem per id qđ tra-
dit Bar.in.l.que dotis.iij.col.ff.solu.matrimo. Tamẽ q2 sumus
inter ꝯiunctos videtur ꝙ predicta procedant ratione ꝯiunctio-
nis eo presertim,q2 magna erat affectio testatoris auunculi in.d.
Gasparem nepotem,nõ enim secus q̃ꝫ si filius fuisset diligebat vt
ex multis ostendi potest,vt mihi asseritur,& per ꝯrarium non mi
nor reuerentia,& obseruantia Gasparis in auunculũ erat,q̃ꝫ si pa
ter esset, ꝓut similiter,vt audio,ex multis ꝯstat.¶Et licet Bart.
in.d.l.que dotis loquatur de ꝯiunctis ratione descendentie tamẽ
quidam tenent,illud etiam latius,& ad id facit.l.procula.ff.de ꝓ
batio.Et licet ibi ꝯcurrant quedam alia vltra ꝯiunctionem,tamẽ
18 etiam in casu nostro etiam alia ꝯcurrunt,vt dictum est. ¶†Et ꝓ
ista opinione facit q2 si auunculus ille non habuisset animũ donã
di,sed repetendi vtiqꝫ verosimiliter in aliquo demonstrasset puta
ipsum Gasparem debitorẽ in suis rationibus ꝯstituendo argu.l.
nensennius.ff.de nego.gest.qđ certe non reperitur factum, meri-
to videt dicendum ꝙ si quid erogauit fecit animo donandi tam
charo & obseruantissimo nepoti, nam pro eo soluendo preciũ di-
cti officij ratione ꝯiũctionis,& maxime affectionis dicit id animo
19 donandi fecisse.†Sicut de muliere pro alio ibi cõiuncto soluen-
te inquit Bald.in.l.i.ꝓpe finẽ.ver.nunqd mulier.C.ad velleia.
Si enĩ illud est in muliere aliogn generis auarissimi.l.sed si ego.
in fi.iuncta glo.ff.eo.titu.& glo.in.d.l.i.fortius dicendũ est in ca
su nostro in illo auunculo nobilissimo ditissimo, & liberalissimo fa
20 uore.d.Gasparis nepotis,& valde dilecti.¶†Et ꝙ etiã ratio-
ne diuitiarum,& nobilitatis,& simul etiam ratione magne amici-
tie donatio presumatur firmat idem Bal.& multum nota. in di-
cta.l.prima. ¶Sed quid vltra vbi predicta apud aliquem du-
bia viderentur omnis dubitatio dicitur sublata ex testamentaria
dispositione predicti auunculi dum grauat omnes heredes,vt sol
uant illos.600.aureos ad quos pro causa dicti officij dicebat se
teneri,ex eo enim arguitur,vel quod nihil aliud pro dicto officio
erogauerat, vl si quid erogauerat,ꝙ volebat esse ad onus totius
21 hereditatis quemadmodum etiam & de illis.600.disposuit,†nec
potest reddi ratio diuersitatis,& ideo debet idem ius esse.l.a ti-
tio.cum similibus.ff.de verbo.obligatio.¶Preterea si eius in-
tentio fuisset ꝙ expense in dictum officium facte pertinerent ad
dominum Gasparem profecto non disposuisset.d.600. aureos
soluendos esse per omnes heredes, sed simpliciter reliquisset, ꝙ
onera dicti officij siue expense eius respiciant ipsum Gasparẽ ta
li officio gaudentem, sed quia vt dixi intendebat si quid in illud
erogasset esse donatum domino Gaspari,ideo disposuit, vt dictũ
est.¶Ex qua dispositione velut subsequenti declarat qualis fue
rit intentio eius si quid per prius pro domino Gaspare in tale of
22 ficium expenderat,†cum precedentia per sequentia declarentur.
l.si seruus plurium.§.fina.cum similibus.ff.de legatis primo.
¶Et ex predictis recte considerantibus patebit clara responsio
23 ad allegata in contrarium.†Nam dum primo arguebatur de re
gula illa,secundum naturam.cum similibus.Respondetur illam
procedere in dubio,in casu autem nostro apparet contrarium,q2
testator dicitur predicto Gaspari donasse, quicquid pro eo ero-
gasset ex causa dicti officij,vt dictum est.¶Vel potest dici quod
regule illi dicitur satisfactum,vel quia presumitur quod Gaspar
de suo ꝓprio erogasset,vt primo loco dicebam,vel q2 dicit ei pe-
cunia expensa donata,& ita interpretatiue, & breui manu argu.l.
singul.ff.si certũ peta.dicitur illã met talem pecuniam expendisse.

¶ Ad illud autem qd scdo loco dicebat, rndetur negando q in aliquo Gaspar esset debitor testatoris ppter presumptam donationem, iuxta superius dicta. ¶ Et vbi ante testm res fuisset aliquo modo dubia ex testamentaria dispositione reddita est clarissima, vt s. testator noluerit. d. Gasparem ppter dictum offm in aliquo esse sibi debitorem. Et possumus dicere q virtualiter casus iste non fuit in testo omissus, nam sicut declarauit onus. 600. aureor respicere omnes heredes, ita necessario inferendum est, eum voluisse de reliquis expensis si quas pro dicto Gaspare in. d. officium fecisset sm q deductum fuit. Laus Deo.

Soci. nepos Padue legens in pma sede vesptine lectio.

## SVMMARIVM

¶ De codicillis cuius loci solénitas in eis attendatur, & an insolennes valeant inter liberos.

1 Solennitas loci conditi actus attenditur.
Notarius tantam fidem facit in testamento, quantam presbyter parochianus. & ij. nume. 3.
2 Notarius cum sit publica persona legalis presumitur.
4 Neptis dicitur esse de liberis.
5 L. hac gsultissima. §. ex imperfecto an procedat in legato.
6 Et an pcedat etiaz si pater inter filios inequaliter disponat.
7 Heres naturaliter obligatus soluere legatuz si soluit non repetit.

## CONSILIVM XCVI

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ In causa istorum fratrum & filior dñi Petri burgesij lz multū egregie, & abunde scriptū sit in fauorem Alphonsi, & Julij gtra Jo. franciscū siue eius filiaz per excell. Cōsultorem & mihi vti fratrem honor. dñm Ludouicū burghesium, tñ mihi res multum dubia vr, tū q codicilli vñr posse sustineri & dici validi, tum ēt q vbi secus esset vr q Julius & Alphōsus sibi in hoc preiudicauerint soluendo, aut se obligando siue bona sua. ¶ 1 † Et pmum vr pbari, q cum in solénitate attendat locus gditi actus, & sic in pposito ciuitas Romana attendi dēat in qua codicilli gditi fuerunt, vr q sufficiat disposuisse sm ius cano. in eo loco seruandū, vt sic duo testes cū notario sufficiāt, cū in ore duor vel triū &c. vt s. tm faciat notarius qtū faceret psbyter parochianus, iuxta. c. cū esses. d testa. & sic vt quēdmodū id est in tali psbytero pp maximā eius fidē & legalitatē q in eo psumit. † 2 Ita ēt pcedat in notario q ēt psumit magne legalitatis, & fidei, cuz sit publica psona, iuxta gl. in &. tabularij. in. d. §. si &o absūt. in auc. de here. & fal. quam glo. multū no. Bal. in auc. sed cū testōr, iij. colum. ver. quero pone q tres. C. ad. l. falci. & vr hoc aliqualr sentire Barb. in. d. c. cum esses. ij. col. ver. nota casum in quo &c. dū allegat glo. & Bal. in locis predictis, † 3 vr. n. ipse fidem notarij equiparare fidei presbyteri, vt per eam. preterea idem videt in pposito pbari per tex. in. l. hac gsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. dum dr valere inter liberos imperfectā patris voluntatez, posito ergo q isti codicilli possint dici impfecti, tñ vr q valeant maxime 4 in tali legato fauore dñe Francisc. neptis testatoris, † cuz & ipsa de liberis sit. l. liberor. ff. de &bo. sig. ¶ Nec vñr obstare tres solutiones date in gsilio. Nam pma solutio pōt negari pp gñalitatez d. §. ex impfecto maxime cū agamus de particulari legato, & non de institutione. & Jas. ibi in scdo not. nihil dicit p dicta solutione. 5 ¶ † Et si dicat q talis dispositio nō pcedit in legato, vt dr in tertia solutione pōt similiter negari attenta eius gñalitate, non. n. loquit ille tex. magis de institutione q de legato. sed simplr & gñaliter de voluntate patris inter liberos. Nec ēt vr secura scda solutio, lz videat magis pbabilis ppter auctoritatē quorūdam qui illam vñr velle. Qm & illa negari pōt eadē rōne inspecta. s. gñalitate. d. §. ex imperfecto, & ēt q si equalitas oino esset attēdenda nō esset opus volūtatē patris gsiderare, & illā tueri, q oēs equaliter absq tali voluntate vacarent facit auc. qd sine. que ibi sequit dū 6 loquit de numero vnciarū, & de signis rer singulariū. † Naz ex dictis &bis si recte ponderent pōt inferri, vt pcedat dispositio, ēt si pater inter filios inequaliter disponat, & non aliter sentiunt doct. in. d. §. ex imperfecto. & ita expresse dicit ibi Jo. maria riminal. in ij. col. ver. preterea cū hodie. nam inqt q ratio illius tex. nō fuit illa, q. s. filij oino habituri essent hrditatem patris ab itestato, qm ex ea sequeret q non pcederet ille tex. si pr filios inequaliter institueret gtra dispositionem. l. fi. cū simi. C. famil. here. que lex bene videtur pbare istam opi. vltra gñalitatē. d. §. ex imperfecto. & istā opi. post multos ab eo relatos tenet Rube. in gsi. vj. Viso & diligenter, nisi tñ esset magna & notabilis inequalitas, vt per eum.

¶ Scdm &o dictum de quo. s. vr pbari, qm (esto q codicilli predicti tanq insolēnes nō valerent) vr q predicti Julius & Alphōsus sibi preiudicauerint obligando se, vel bona eor, ac etiaz soluēdo, seu disponendo, qd p solutione vr haberi. † 7 Qm cū voluntas pris codicillantis sit clara in tali legato pro eius obseruatione di cunt heredes naturaliter obligati, & obligatio talis impedit solu ti repetitioné, ac ēt requirit pmissionis implementū, seu executionem, iuxta. l. fi. cū materia. C. ad. l. falci. cum simi. & tradit Bar. & alij sequunt. l. i. ff. de gdi. indebi. ¶ Nec vr ob. qd allegat talia facta fuisse per errorē facti, vel iuris dubij cum sint facta gtemplatione illor codicillor, qm vr posse dici, q imo nullus facti error presumit cum ipsi de codicillis meminerint, & notitiam hēre de illis asserere videant. ¶ Nec video istum errorē iuris dubij talr q dēat eqpari errori facti in pposito nro. Et fateor q facta fuerūt oia ptextu codicillor, seu relicti facti in codicillis, put rei veritas est, sed dicam q postq ipsi nouerunt per dictos codicillos patris voluntatē eam voluerūt implere simplr alio non gsiderato, qd eo maxime pōt credi, q ad illud oino in foro gscientie erant obligati. ¶ Ista sunt que me dubiū reddunt circa gclusionē excell. Cōsultoris, & maxime primū fundamentū de. d. §. ex imperfecto. Et qūuis me non lateat gtra predicta multa posse adduci presertim gtra vltimū fundamentū, ex qbus gclusio Cōsultoris videtretur defensata, tñ apud me talis gclusio non transiret sine aliquo scrupulo, & pp hanc cām, eo ēt addito q omnes isti fratres sunt mihi pari cognatione giuncti, & a me pariter dilecti, placuit oino abstinere a gsulendo, vel subscribendo. Desiderarem. n. inter eos litez hanc amicabiliter, & gcorditer finiri, & non per punctuz iuris, put bonos fratres decet, & vt ita faciant omnes rogo. Deum orando vt eis modum aperiat cui soli sit laus & gloria.

Soci. nepos Padue legens in pma sede vesperti. lectio.

## CASVS

¶ Ser Berardus Philippi de berardis cū esset matrimonio cōiunctus suscepit filiū ex quadā muliere soluta noie Philippum.
¶ Quo adhuc existēte in infantili etate fuit facta de ipso legitimatio per collegiū scriptor archiuij Romane curie, & fuit habilitatus ad succedendū, tā ex testō, q ab intestato, tā ipsi ser Berardo pri eius, q alijs giunctis. Cuius ltimatōis copia transmittit.
¶ Et creditur q talis legitimatio fuerit impetrata ad instantiam ser Berardi patris, & eo sic procurante.
¶ Cui legitimatiōe anteq fieret Joā. petrus frater ser Berardi, & due eius sorores gsenserunt gstituendo pcuratorem ad illaz petendam, illi gsentiendum, & illam approbandam, & ratificandam cum amplissimis clausulis, & obligationibus de non gueniendo. Cuius instrumenti etiam copia transmittitur.
¶ Et ita legitimatio predicta postq facta fuit p pcuratorē pdcm fuit ratificata nomine predictor fratris & soror ser Berardi.
¶ Qui pcurator inter cetera dictis noibus dicto ser Berardo p dicto Philippo eius filio sic legitimato recipienti pmisit ipsi legitimationi non guenire, & ipsi Philippo, & suis heredibus litez aut gtrouersiā nō mouere de bonis hrditarijs dicti ser Berardi. Est silr huius ratificationis, & pmissionis copia transmittitur.
¶ Et post dictā ltimationē dictus ser Berardus semp ipm Philippū vti suum filiū ltimatum tenuit, reputauit, & tractauit, & ecōtra ab eo pro patre legitimante, & in ptāte ipsum hñte tractabat.
¶ Et in suo vltimo testamento eundem filium suum Philippum vniuersalem heredem instituit pleno iure si & inquantum voluerit vel capere potuerit eius hereditatem.
¶ Et casu quo dictus Philippus nollet, seu non posset esse heres ipsius testatoris tunc instituit Stanghelinū de sancto Marino.
¶ Et statim in testō subdit. Et q testator desiderabat eius hereditatem deuenire in filios masculos dicti Philippi eius filij si extarent; sinaūt in filias feminas, ad quos voluit, & mādauit. d. eius hered. deuenire & deuolui post pmam institutionem, & ideo dicto Philippo eius filio, & heredi, & alijs heredibus idem testōr phibuit, & vetuit alienationē, venditionē, donationē, & cuiuscunq generis gcessionem ad longū tps in totū, vel in ptem oium bonor imobilium. d. testatoris, & hoc q vt. s. voluit dicta eius bona oia & singula pmanere, & deuenire q primū fieri poterit ad filios dicti Philippi & eius testatoris posteros, & deinde in eius familia permanere &c. Ut hec latius in dicto testamento legi possunt. Cuius etiam copia transmittitur.

¶ Mortuo

¶ Mortuo dicto ser Berardo Philippus eius filius iam factus maior habens omnium predictorum notitiam, vti verus, et legitimus heres patris bonis, et hereditati eius se immiscuit, et ea pacifice, et quiete tenuit, et possedit toto tempore sue vite.

¶ Qui tandem moriens sine liberis eius heredes in testo instituit do. Camillam eius sororem vterinam, et do. Petrum eius fratrem amitinum cum onere, vt inuicem matrimonium contraherent, vt latius in testamento apparet. Cuius copia transmittitur.

¶ Qui do. Petrus, et do. Camilla hereditatem adiuerunt, et possessionem acceperunt bonorum. d. Philippi, seu ab eo possessorum tempore mortis, et per iudicem competentem fuerunt sententialiter in dicta possessione conseruati, et quatenus esset opus ad cautelam de nouo in dictam possessionem inducti, secundum formam iuris, et onus matrimonij eis iniunctum impleuerunt.

¶ Modo Stanghellinus institutus, vt in. d. testo. d. ser Berardi, dicens se vulgariter substitutum. d. Philippo in casum noluntatis, et impotentie, asserens Philippum vti spurium nunquam fuisse capacem, vti substitutus vulgaris petit se mitti in possessionem bonorum. d. ser Berardi, ostendens eius testamentum non delatum et c.

¶ Et si, et quatenus constaret de capacitate. d. Philippi mediante aliqua asserta ltimatione, vti cessionarius filiorum. d. Joa. petri fratris. d. ser Berardi, petit sibi restitui bona. d. ser Berardi ex causa fideicommissi, ad quod ipsi filij Jo. petri dicunt se vocatos vigore illius prohibitionis, alienationis, de qua in testamento predicto, ex quo Philippus sine liberis decessit, et non sunt alij masculi ex familia, seu agnatione dicti ser Berardi.

¶ Opponitur per heredes. d. Philippi primo, quo ad primum caput petitionis, et dicunt quod immo dictus Philippus, voluit, et potuit esse heres, et sic adiuit, seu se immiscuit, et ideo cessauit penitus vulgaris substitutio.

¶ Et preterea dicunt quod de hoc ad presens non est disputandum, quia cum ipsi sint in possessione bonorum, que tenebat Philippus per remedium. l. fi. C. de edi. di. adri. toll. debent in ea conseruari per testamentum. d. Philippi. Et quod opponitur de eius incapacitate, vltra quod est falsum, est longioris, seu altioris indaginis, vnde si de eo est disputandum, debebat proponi petitorium, maxime cum Philippus vixerit, et decesserit, existens in quasi possessione capacitatis, et sic bene, et iuridice legitimati.

¶ Quantum vero ad secundum caput, primo respondet quod imo ex illa prohibitione alienationis non dicitur inductum aliquod fideicommissum in fauorem filiorum. d. Jo. petri cedentium, vt asseritur.

¶ Secundo posito quod sic dicunt vigore asserte cessionis nullum ius competere Stanghellino, tum quia si qua cessio probetur, illa fuit simulata, tum etiam quia sine licentia principis facta de bonis immobilibus non potuit ius transferre in ipsum cessionarium.

¶ Istis sic stantibus, queritur quid iuris.

## SVMMARIVM

nis,⁊ partim ex causa donationis.

72 Actio competens ad bona immobilia censetur ēt ipsa imobilis.

73 Obligatio,vel actio iudicatur mobilis, vel imobilis, ſm res ad quas competunt.

## CONSILIVM XCVII

Dirigat Dñs verba mea in viā veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Viso puncto, inspectisq; omnibus,de qbus in eo fit mentio pro resolutione presentis ꝯsultationis,de duobus principaliter est tractandū,prout duo sunt capita petitionis Stāghellini,disiunctim tñ proposita. ¶ Primo.n. videndum est,vtrū ipse sit audiendus, dum tanq̄ vulgaris substitutus petit se mitti in possessionez bonoꝝ, ⁊ hereditatis ser Berardi testatoris,iuxta.l.fi.C.de edi.di.adri.toll.Et posito ꝙ non. ¶ Secundo videndum est, vtrum tanq̄ cessionarius filioꝝ fratris dicti ser Berardi possit petere fideicommissum aliqđ, prout petit. ¶ Circa primum ne separata ꝯfundantur,duo veniunt discutienda. Primum est vtruz fuerit locus vulgari substitutioni de ipso Stanghellino, vt asseritur facte. Scđm erit, vtrum in proposito remedio audiri debeat,posito ꝙ predicte substitutioni fuerit locus absq; tñ preiudicio veritatis. ¶ Capiendo igitur primuz, dico primo aspectu videri,ꝙ predicta vulgaris substitutio locū habuerit,illa eniz facta fuit,si Philippus testatoris filius noluerit, 1 vel non potuerit esse heres, vt ex lectura testamenti apparet, † ⁊ prout etiam cōmuniter talis substitutio fieri solet, vt.l.cum proponas.C.de hered.insti.⁊ ita etiā intelligeretur facta substitutio, si simpliciter dictum fuisset,si heres non erit, vt traditur in.l.prima.ff.de vulg.⁊ pupilla.⁊ in.§.fina.institu.de vulga.substitut.sed predictus Philippus non potuit esse heres dicti ser Berardi 2 testatoris,ergo ⁊c. ¶ Illud autem videtur clare probari,† qꝛ dictus Philippus natus fuit ex.d. ser Berardo vxorato, ⁊ quadaz alia muliere,⁊ sic ex adulterio, ⁊ damnato coitu fuit procreatus,propter qđ dicitur inhabilis ad succedendum patri, taz ex testamento,q̄ ab intestato,nec filij nomen meretur, vt in.§.fina. in aucten.quibus mod.natu.effi.sui.colum.vij.⁊ ibi per doctoꝛ.⁊ qꝛ hoc est notissimū,non insisto aliter in eius probatione. ¶ Nec videtur obstare,ꝙ dñs Philippus fuerit legitimatus per officiuz, seu collegium scriptoꝝ publici archiuij Romane curie, qm̄ videtur ꝙ talis legitimatio ex pluribus non valuerit. ¶ Et primo qꝛ in dicta legitimatione non apparet de consensu predicti ser Berardi patris,immo videtur eo inscio facta,propter qđ non vide- 3 tur valida,†qꝛ non conuenit vt quis insciꝰ,⁊ forte inuitus filiuz habeat in potestate,⁊ suum heredem,argumē.§.licet autem. institu.de adopti.ibi,vt eo inuito suus heres agnoscatur. ¶ Et ꝙ in legitimatione sit necessariꝰ consensus patris,firmat patruus, ⁊ dñs meus Socin.in consil.xlj.viso indulto.in princip.iij.volumi. 4 ¶ Secūdo qꝛ dictus Philippus erat infans,†⁊ regulariter per inferiores a principe,qbus conceditur potestas legitimandi infans non potest legitimari,nisi specialiter hoc ei fuerit per principem concessum,vt voluit Ang.in.l.fina.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.⁊ in disputatio. nobilis qdam genere. in primo dubio, ⁊ tradit Anto.rosel.in tracta.de legitimatione, in scđo lib. in.xvj. colum.dum loqꝛ de causa materiali.i. colū.versic. vnde comites habētes potestatem ⁊c. sed predicto collegio scriptoꝝ archiuij talis potestas non reperitur cōcessa,ergo ⁊c. ¶ Tertio vr̄ in- 5 ualida predicta legitimatio ex dfectu cause iuste, ⁊ ꝓbabilis,† qꝛ in dicta legitimatione non videtur allegata aliqua causa, que in iure approbetur pro iusta causa ad legitimationem, ꝓpter quod videtur ꝙ legitimatio non valeat,argu.eius qđ dixit glo.penult. prope fin.in.l.barbarius.ff.de offi.pretoꝛ.⁊ presertim cum ista legitimatio facta si per inferiores a principe,put determinat Anto.rosel.in dicto tracta.legitimationum,in dicto secundo lib. duz de causa formali tractat.ij.colū.versic.sed dubitatur an in legitimatione debeat inseri causa.in fi.dicens hoc esse notandū,qꝛ pro- 6 pter illud multe legitimationes destrui poterunt. ¶†Et maxime etiam isto casu sic videtur dicendū,cum non simus in pura, ⁊ simplici legitimatione naturalium,sed filij adulterini que videtur appellanda dispensatio quedam,⁊ ꝓpterea sicut in alijs dispensationibus causa reqritur,vt in.§.nisi rigoꝛ.qui est in.c.requiritis.prima questio.vij.cum ibi nota.per glo.⁊ docto.cū similibꝰ,de quibus per Alexā.in consi.clxxxvij.perspectis verbis.ij.colum. versi.septimo qꝛ in dicta legitimatione.v.volumi.⁊ per Coꝛ. in consil.primo,in presenti ardua.ij.colum.versi.scđo dicta legitimatio.iij.vol.q ui ambo ita arguūt contra ltimationem, super qua con- 7 suleḃant. ¶ Quarto contra predictam legitimationem facit,†qꝛ non reperitur qđ ad eam fuerint citati frater, ⁊ sorores dicti ser Berardi patris dicti Philippi,qui sperabant illi succedere tali legitimatione non interueniente,⁊ ꝓpter talem spem eorum interrerat illam legitimationem non fuisse factam,argu.l.nec ei.§.preterea.ff.de adoptio.ibi diminuatur spes ⁊c.ceterum in vnoquoq; actu ad eius validitatem citandus est,ꝙ ex eo aliquo modo ledi potest.l.nam ita diuus.ff.de adoptio.d.l.de vnoquoq;.ff.de re iu 8 dica.cum similibus. ¶†Sic in simili videmus ꝙ quando libertus restituitur natalibus,debet fieri citatio patronoꝝ,quoruz intererat id non fieri.l.scđa.l.penulti.⁊ fina.ff.de natal.resti. ¶ Immo, vt in dictis iuribus probatur, requiritur ꝙ patroni consentiant,sic igitur videtur dicendum in proposito ꝙ predictoꝝ fratris,⁊ soroꝝ dicti ser Berardi debuerit interuenire cōsensus, vel 9 saltem citatio,†cum legitimatio videatur quedam restitutio natalibus antiquis,iuxta.§.si quis vero non habens.versic.neq; eniz a principio.in aucten.quibus mod.nat.effi.leg.⁊.§.natura si quidem.⁊.§.illud tñ a nobis,versicu.⁊ sicut in liberis.in aucten.quibus mod.natu.effi.sui. ¶ Et maxime hoc videtur dicendum, cuz simus in dispensatione, in qua vt dixi requiritur cause cognitio, 10 †nam vbi cause cognitio debet inrteruenire,requiritur partis citatio,vt tradunt docto.in.d.l.de vnoquoq;. Ex his itaq; videtur legitimationem predictam inualidam fuisse, ⁊ ꝯsequenter ꝙ fuerit locus vulgari substitutioni facte de dicto Stanghellino,secūduz quod supra dicebatur. ¶ Sed istis non obstātibus contrariam opinionem de iure probabilioꝛem arbitroꝛ,vez ꝙ immo legitimatio predicta tanq̄ iure valida effectum suum soꝛtita fuerit,⁊ sic fecerit ipsum Philippū habilem ad succedendum patri suo,⁊ per 11 consequens ꝙ extincta fuerit vulgaris substitutio predicta, †cuz dictus Philippus adierit paternam hereditatem,seu ei se immiscuerit.l.post aditam.cum materia sua.C.de impube.⁊ alijs substituti. ¶ Et in primis non est dubium legitimationem predictaz fuisse factam ab habēte auctoꝛitatem,etenim collegium scriptorum archiuij publici,qđ talem legitimationem fecit amplissimam a sede apostolica habet auctoꝛitatem, vt ex bulla, seu priuilegio ipsis concesso apertissime constat,super hoc igitur non puto insistendum.Sed tota difficultas consistit in allegatis supra in contrarium.Eis enim resolutis conclusio predicta clarissima, ⁊ iuridica remanebit. ¶ Quare ad ipsoꝛum resolutionem veniendo,dico ꝙ non obstat primum fundamentum allegatuz in contrariuz. ¶ Qm̄ respondetur ꝙ immo dicta legitimatio fuit facta de voluntate, ⁊ consensu dicti ser Berardi patris. ¶ Et istud probatur primo ex instrumento illo mandati facti a Ioā.petro, ⁊ dicta Marsubilia fratribus dicti ser Berardi(de quo infra subijciaz) nam in dicto instrumento narratur qualiter ser Berardus pater dicti Philippi carens legitima sobole, desiderat, ⁊ vult dictum eius filium legitimari,⁊ habilitari.s.ad succedendum, ⁊ ab eo geniture maculā aboleri,seu tolli. ¶ Ex quibus verbis aperte ostenditur,ꝙ legitimatio que postea de ipso Philippo facta fuit dicitur facta de voluntate patris,⁊ ſm eius desiderium. ¶ Nec dicatur ꝙ de tali voluntate non constat in ipsa legitimatione, ex quo in ea nihil de patris consensu,aut desiderio dicitur. ¶ Qm̄ dico non referre,quomodo de tali voluntate cōstet,sed satis est ꝙ con- 12 stet,†quemadmodum dicimus ꝙ legitimatio que fit post moꝛtez patris,si de patris consensu appareat,iuxta auctent.item si quis. la prima.C.de natu.libe.fieri potest,quomodocunq; talis voluntas probetur etiam per actum inter viuos,⁊ etiam per priuatam scripturam,vt colligit̄ ex dictis Bar.in.l.gallus.§.⁊ quid si tantum.ff.de liber.⁊ posthum.tradit Curt. senioꝛ in consilio.xvj. clarus vir.scđa colum.⁊ insignis moder. Lancell. galiaula in dicto. §.⁊ quid si tantum.colū.xv.versicu.secunda cadit dubitatio.⁊ in proposito nostro ita voluit patruus,⁊ dñs meus Socin. in dicto consil.xlj.post princip.iij.volumi. ¶ Secundo probatur voluntas,⁊ consensus predicti ser Berardi,qꝛ ille fuit qui procurauit, ⁊ sollicitauit fieri predictam legitimationē. ¶ Et hoc primo suaderi potest,qꝛ sic est verosimile,nam cum Philippus filius tunc esset infans.vt asseritur,non potuit ipse de se legitimando supplicare,nec verosimile est alium pro eo sic petijsse preter eius patrez, qꝛ alioꝛum non intererat talem legitimationez fieri,sed patris intererat,vt scꝫ proprium filium,⁊ ex sanguine eius genitum in successorem habere posset, prout est cōmune, ⁊ naturale votum pa- 13 rentum,vt.l.scripto.in fi.ff.vnde liberi.†⁊ in proposito dicitur in. §.ergo sanciendu;.in aucten.quibus modis natu.effi.sui. ꝙ nihil legalius est, q̄ proprium filium ad paternam successionem admitti.Sumpto ergo argumē.a verosimili ꝙ in iure validissimuz est.l.non est verosimile.ff.ꝙ metus cau.⁊.c.sollicite.de restitutio. spoliato.

spoliato.cum similibus,dicendum est solum patrem eius procurasse legitimationem predictam fieri, et supplicationem de ea facienda fecisse, quod enim alius supplicauerit ab omni verosimilitudine dicitur remotum,et ideo quasi falsitatis imaginem habere videtur,vt inquit Bald.in.l.prima.C.de ser. fugiti.iij. colum. refert, et sequitur Alexād.in consilio.xxvij. in causa,et lite.in fi.ij. volumi.Jaso.in.l.si extraneus.scda colum.ff.de conditio. ob causam.et Deci.in consilio.ccccccxliiij.viso, et perlecto. scda colum.

14 ¶ †Facit qr si reperitur facta citatio,et non apparet,ad cuius instantiam presumitur facta,seu commissa ad instantiam partis, vt concludit Aretin.in cōsilio.xxxvj.casus talis est.in fi.ita videtur in proposito dicendū,q ista legitimatio presumatur facta ad instantiam partis,cuius interest,et sic patris. ¶ Secundo euidēter ista paterna procuratio,q filius legitimetur,probatur per dicta, et testificata per testes examinatos in presenti causa,nam Franciscus marini secūdus testis,et dñs Baptista mellinus octauus testis examinati pro parte reorū conuentorum illud deponunt, primus enim deponit q de cōmissione dicti ser Berardi Bononiam petijt cum dño Ludouico borgerio pro obtinenda legitimatione predicta,et q ea obtenta redijt,et illam dedit predicto ser Berardo,secūdus vero deponit qualiter dicta legitimatio facta fuit cum consensu, instantia, et ratificatione ser Berardi patris dicti Philippi, ex quibus sic depositis apertissime patet dictum ser Berardum procurasse,et desiderasse dictam legitimationem fieri,et sic illi consensisse. ¶ Tertio multum clare probatur dicti ser Berardi consensus,nam quando dñs Ludouicus borgerius nomine fratris,et sororū dicti ser Berardi ratificauit legitimationem predictam,de quo.j.dicetur,dictus ser Berardus pater erat presens ipsam ratificationem nomine legitimati filij recipiens, et eidem dicto nomine recipienti promisit dñs Ludouicus predictus nomine predictorum fratris,et sororum predicte legitimationi nullo modo contrauenire,ex quo clare constat patrem ser Berardum legitimationi filij sui iam facte apertissime consensisse, et illam ratificasse. Prout etiam constat ex eo, qr semper post dictam legitimationem pater, et filius inuicem se habuerunt, et tractauerunt pro patre,et filio legitimo,et naturali,vt deponunt predicti duo testes.

15 ¶ Nec obstat q iam legitimatio facta fuerat,† qr sequens ratihabitio retrotrahitur,et facit perinde esse,ac si ab initio consensum fuisset.c.ratihabitionem.de regul.iur.libro sexto,et.l.hoc iure.§.deiecit.ff.eodem titu.cum similibus. ¶ Et maxime hoc dicendum est,cum consensus patris solum in proposito requiratur ne eo inuito quicquam fiat propter preiudicium, qd ei fieri posset,vt.S.arguebatur in contrarium.

16 † Tunc enim sufficit consensum etiam ex post facto interuenire,,put post Andr.de isern.tradit Aluarot.in.c.primo.in princip.in colum.vij.versic. quero an

17 consensus.de probibi.alie.feu.per Federi.† vbi concludit alienationem feudi valere vti consensu dñi factam, etiam si consensus

18 ex post facto interueniat,vt per eum.†Differt enim cōsensus ab auctoritate,inter cetera,vt licet auctoritas debeat in ipso negocio interuenire.§.tutor autem.institu. de auctoritate tuto. tamen consensus potest ex post facto interuenire.l.si autē plures.in princip.ff.de aqua pluuia arcen. et declarat Alexād. in consilio. cvj. quo ad presens.scda colum.versi.et differentia est.primo volumi.

19 †et in proposito q in materia legitimationis sufficiat ratificatio etiam tacita,voluit Barto.in.l.gallus.§.forsitan.de liber. et posthum.cum concordātibus,vt per Curt. iuniorem in consil.clvij.

20 presupponitur in facto.viij.columna. ¶ †Demum consensus patris predicti probatur ex diuturnitate temporis. Ipse enim sciēs legitimationem predictam esse factam,patiens fuit ei non cōtradicens,immo vt dixi tractauit semper ipsum Philippum pro filio naturali,et legitimo, seu legitimato vsq ad tempus sue mortis,et sic per annos.xv.vel circa,propter qd presumitur q cōsensus eius omnino interuenerit vsq ab initio, per ea que per illum tex.tradūt doctores in.l.si filius.C.de petitio.heredita.et in.l.qui in aliena.§.sed et si non adierit.ff.de acquiren.heredita. Alexan. in consilio.xciij.repetitus in causa.secūda colum.versicu.nec obstat.vij.volumi.et in simili tradit Jas. in consilio.lxxxix. magnificus,et excelsus.colum.fina.versicu.secundo,et fortius.primo volumi. ¶ Et maxime etiam hoc dicendum est,attento q postea ipsum filium sic legitimatum heredem instituit, nam et ex eo arguitur consensus patris sic instituentis,cum alias non potuisset instituere valide loquor,vt est notum. ¶ Secundo non obstat, q de

21 infante secundo loco allegabatur,† qsi primo tērari posset q immo infans per habentem auctoritatem a principe legitimari possit,etiam q de infante specialiter nihil dicatur in eius priuilegio, et sic in proposito nostro collegium scriptorum. Et hoc attenta generali, seu indefinita illa concessione facta per sedem apostolicam predicto collegio,dum dicitur q possit legitimare notos,manse-

22 res,bastardos,et illegitime conceptos natalibus restituere,†nam indefinita illa oratio equipollet vniuersali,iuxta regulam.l.si pluribus.ff.de legatis secūdo.et.l.si plures.de legatis tertio. cum similibus,vt per Dyn.et alios,in rubri.de regu.iur.libro sexto, ita in generali,seu vniuersali concessione facta per principem,licet de infante mentio specialis non fiat,concludit Bald. in consi.cciij. super primo articulo.scdo volumi. idem voluit Corne. in consil. clxxvij.egregie discussa.prima colum.primo volumi.et Jas.in consilio.cxxv.pondus presentis consultationis.quinta colum.iiij.volumi.vbi plures alios allegat,et in consilio.clvj.qm per eximium. iiij.colum.versi.nam ad hoc vltra.eodem volumi. idem etiam voluit Dec.in consilio.lv.et pro tenui facultate. quinta colum. versicu.primo ergo non obstat.vbi etiam multos concordes allegat, et idem firmat in consilio.cccxvj.in casu proposito.iij.colum.versicu.secundo non obstat. vbi dicit istam esse cōmunem opinionem, et recte intuenti hoc videtur velle Bar.in.l.iubemus.C.de eman-

23 cipatio.libero.†dum concludit q licet alias in legitimatione requiratur consensus legitimati,tamen secus est in infante cum consentire non possit,ponderādo pro hoc.d.l.iubemus. vt per eum, et ita etiam per rationem predictam concludit Fulgo.in consilio. xvj.casus talis est,a,decessit.scda colum.versicu.nec ad rem pertinet.et Pau.de cast.in consilio.ccxxix.viso testamento reliquiani.versicu.sed certe istud magis prodest.et eandem rationem ponit etiam Corne.in dicto consilio.clxxvij.loco preallegato. ¶ Se-

24 cundo etiam respondetur,,et tollitur omnis difficultas, qr posita vera opinione in contrarium allegata,dico q illa procedit,nisi infans legitimatus factus postea maior ratam habuerit legitimationem de se factam,nam si opinio in contrarium allegata,procedit ea ratione,idest qr deest consensus infantilis,vnde si postea factus maior legitimationi de se facte consentit, et illam ratificat, cessat ratio predicta,ergo etc. per locum a cessante ratione.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona.et.c.cum cessante cum similibus,de appellatio. ¶ Et q sufficiat ratificatio legitimati, probatur in.§.generaliter.ibi,et filij hoc ratam habuerint. in auctentica quibus modis natu.effi.sui.et ita firmat Roman. in consil.cxliiij. in proposita consultatione.ij.colum. versicu. quarto dubitatur. prope finem. ¶ Immo plus dixit Bald.in consilio.cxlvj.titulus principis Achaie.iij.colum.versicu.et aduerte. primo volumine,

25 † videlicet q legitimatio infantis valet, vt ipse fiat legitimus, et sic in eius fauorem,sed non redigitur in patriam potestatem, nisi factus maior consentiat,vt per eum,quem refert,et sequitur Jas. in dicto consilio.cxxv.quinta colum.quarto volumi. ¶ Et q ratificatio sufficiat,conclud t Deci.in dicto consilio.lv. quinta colum.versic.tertio respondetur.dicens q ita etiam consuluit Alexand.vt per eum, qui idem dixit etiam in dicto consilio.cccxvj. tertia colum.versic.et vlterius.hoc etiam voluit Salyce.in dicta. l.iubemus.versicu.et adde.C.de emancipatio.libero.et eum refert, et sequitur Deci.in consilio.ccclxvij.viso puncto.scda colum. versicu.sed tamen his non obstantibus.vbi plures alios alleg. et ista opinio est vera,et communis,immo non inuenio illi contradicentem. Sed in proposito dictus Philippus factus maior legitimationem de se factam approbauit,et ratificauit, ergo etc. ¶ Istud autem probatur primo,qr vt per testes probatur ipse semper vti legitimatus, et patrie potestati subiectus patri suo obediebat, et

26 eum vt patrem legitimum tractabat. ¶† Secundo, qr sciens de se legitimationem factam tacuit, seu ei non contradixit, propter quod dicitur illi consentire saltem presumptiue,prout videtur de intentione glo.fina.in.l.in adoptionibus.ff.de adoptio.dum allegat dictum.§.generaliter.et ita in terminis dixit Dec.in dicto consilio.lv.quinta colum.et in dicto consilio.ccclxvij.secunda colum.

27 ¶†Tertio apertissime probatur ex eo,q post mortem patris tanquam filius legitimatus eius hereditati se immiscuit bona hereditaria possidendo pacifice,et quiete,et fructus ex eis recolligendo toto tempore sue vite,quod certe facere non potuisset, nisi mediante legitimatione per eum ratificata,et ita in terminis concludit Deci.in dicto consilio.cccxvj.tertia colum.in dicto versicu. et vlterius.quod etiam firmat Jas.in consilio.clxxxiiij.circa legitimationem.quinta colum.versic.sed Cesar ratificauit. secūdo vo-

28 lumi.†dicens q legitimatus acceptans sibi relicta a patre legitimante dicitur legitimationem ratificare,cum alias relicta illa habere non posset,vt per eum. ¶ Nec dicatur q nulla verba ratificantia probantur prolata ab ipso Philippo. Quoniam respondetur primo,q immo veritas est in contrarium,et ratificatio probatur expresse facta per dictum Philippum,vt mihi presuppo-

29 nitur. Et vbi hoc non probaretur. † Secundo respondetur ꝙ ratificatio necessario non requirit verba, sed potest etiam facto fieri. l. paulus. ff. rem ratam habe. ⁊ ita in terminis nostris plurima allegando firmat Deci. in dicto consilio. cccxvj. ⁊. ccclxvij. in locis preallegatis, super quo tanquam super re clara vlterius non insistam. Nec etiā dicatur ꝙ tempore predicte ratificationis iaʒ erat mortuus predictus ser Berardus pater, qꝛ hoc nihil impedit,

30 † cum etiam post mortem patris ratificatio fieri possit, vt per Decium, ⁊ Jasonem in predictis consilijs, maxime in dicto consilio Jason. centesimo octuagesimo quarto, quinta columna, versicu. nec obstat si diceretur. ¶ Nō obstat modo que tertio loco allegabantur de defectu cause, quoniam responderi potest, primo ꝙ quicquid allegati docto. in contrarium dixerint non videtur iure probari, ꝙ causa aliqua in legitimatione requiratur vltra voluntatem supplicantis, ⁊ principis legitimantis, seu habentis ab

31 eo facultatem, † nam principis, vel habentis ab eo potestateʒ voluntas sufficit, ⁊ pro lege habetur. §. sed ⁊ ꝙ principi. institu. de iu

32 re natura. gentium, ⁊ ciui. † Et licet videamur esse in dispensatione que sine causa fieri non solet. Tamen si facta fuerit a principe, vel eius vice fungente valebit, qꝛ iure non cauetur eam sine causa

33 factam non valere. † Sic in simili dicitur ꝙ sententia sub conditione fieri non debet prolata tamen valet, ⁊ tenet, vt. l. prima. §. biduum. in fi. ff. quando appella. sit. ⁊ tradunt docto. in. §. curare. institu. de actio. istam solutionem, licet hoc simile non alleget, tradit in terminis Corne. in dicto consilio primo, septima columna, versicu. nec obstat secunda ratio. tertio volum. ⁊ ibi respondet ad gl. in. l. barbarius. supra in contrarium allegatam. ff. de officio pretoris. ⁊ ad alia quedam, vt per eum, ad quem cum videri possit gratia breuitatis me remitto. ¶ Vel secundo, vbi quis hanc solutionem simpliciter non admitteret, respondetur ꝙ saltem ista solutio procedere debet in casu isto, in quo predicta legitimatio quo ad veritatem facta fuit de voluntate, ⁊ consensu patris, vt superius

34 ostensum fuit, † quando enim patre viuente, ⁊ consentiente fit legitimatio non requiritur alia causa, vt recte intuenti voluit Alexander in consilio centesimo octuagesimo octauo. colum. fina. versiculo non obstat septimum argumentum. quinto volumine, ita respondens ad argumentum de defectu cause, quod ipse supra fecerat, in secūda colūna, prout supra in contrarium allegaui. ¶ Tertio etiam respondetur ꝙ immo ista legitimatio dicitur facta ex iusta, ⁊ probabili causa, videlicet qꝛ dictus ser Berardus pater carebat legitima sobole, ⁊ ideo desiderabat dictum Philippuʒ habilitari. s. ad ei, ⁊ alijs succedendum, prout hoc constat ex preallegato instrumento mandati facti per fratrem, ⁊ sorores dicti ser Berardi in dictum Ludouicum borgerium, ⁊ socium, de quo instrumento etiam infra meminero, in eo enim aperte dicitur ꝙ dictus ser Berardus pater sic legitima sobole carens, desiderabat dictum filium suuʒ legitimari, ⁊ ad succedendum, ⁊ ad alia plura habilitari. ¶ Et plus dici potest ꝙ etiā si nullibi istud appareret expressum adhuc tñ ista eadeʒ causa presumenda esset, attenta ve

35 ritate, qꝛ scilicet legitima sobole carebat, † ⁊ naturale votum parentum est habere sibi filios successores. l. scripto. in fi. ff. vnde liberi. attento maxime ꝙ quicquid factum fuit circa ipsam legitimationem patre sic procurante, ⁊ ad eius instantiam factum fuit,

36 vt supra plene diximus, † nam cum sola illa ratio possit cōsiderari, vt quilibet bonus vir facile arbitrabitur, ⁊ sic sit vnica debet haberi pro expressa, ⁊ ab illa argui potest, iuxta nota. per glosam,

37 ⁊ alios in. l. quamuis. C. de fideicommiss. † Ista autem causa, scilicet carentia legitime sobolis in iure iusta, ⁊ probabilis reputatur, vt probatur in. §. illud tamen a nobis. in auctenti. quibus modis natu. effic. sui. ibi, si quis ergo filios legitimos non habet, ⁊ infra ibi legitimis, sicut prediximus non extantibus, ⁊ ibi si pater non habuerit legitimam prolem ⁊c. ⁊ in. §. si quis vero non habens filios legitimos, in auctenti. quibus modis natu. effi. legiti. ⁊ infra in versicu. liceat igitur patri si legitimam non habeat soboleʒ ⁊c. ¶ Et adeo talis causa consideratur, vt dixerit Dy. in. l. ex facto.

38 in princip. ff. de vulga. ⁊ pupilla. † ꝙ si post legitimationem filij patri (qui tunc carebat legitima sobole) superuenerit filius legitime natus legitimatio illa, saltem quo ad effectum succedendi dicitur extingui per argumentum a causa cessante, prout ibi refert Barto. mihi in secunda colum. versic. vltimo hec. l. inducitur per Dynum. ⁊ licet Barto. ibi post Rayn. non sequatur opinio Dy. tamen hoc absolute intendit, vt scilicet carentia legitime sobolis sit bona, ⁊ iusta causa legitimandi spurium, ⁊ in proposito nostro ita concludit Jas. in consilio centesimo vigesimo septimo, dubitatur in concurrenti casu. sexta colum. versi. ⁊ in quantum est ⁊c. quarto volumi. dicens ꝙ carentia predicta dicitur iusta causa, taʒ respectu patris, quaʒ etiam respectu legitimantis, vt per eum. ¶ Demum non obstat ꝙ quarto loco dicebatur fratrem, ⁊ sorores ser

39 Berardi non fuisse citatos. † Quoniam respondetur primo ꝙ ex eo non vitiatur legitimatio, presertim quo ad hoc, vt legitimatus patri succedat, nam cum ipsi non potuerint pretendere probabile interesse ex eo, qꝛ non debent esse solliciti de hereditate viuentis. l. secunda. §. interdum. in fi. cum concordantibus, de quibus ibi per glosam. ff. de vulgari ⁊ pupillari. ⁊ sic eoruʒ spes non erat considerabilis, iuxta. l. post emancipationem. in fi. ⁊ ꝙ ibi dicit Barto. ff. de libera. lega. eorum citatio non fuit necessaria, pater enim ser Berardus potuisset vno verbo eos excludere, ⁊ quemcunqʒ

40 etiam extraneum vocare ad eius successionem. † ⁊ hanc opinionem, vt scilicet agnatorum citatio non requiratur, quando legitimatio patre viuente, ⁊ consentiente fit, firmant Barto. ⁊ communiter docto. in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de liberis ⁊ posthumis. cum multis concordantibus, vt ita firmando scribit Corne. in dicto consilio primo, tertio volumi. in sexta columna, versiculo nec obstat secunda ratio. Curt. in consilio sexagesimo quinto, super premissa narratione. columna decima quinta in fi. patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consilio tertio, in causa domini Guidi. tertia columna, versicu. quinto quia nos. tertio volumi. ⁊ in consilio nonagesimo quinto, nulli dubium. prima colum. in fi. versicu. non tamen declarat. quarto volumine, ⁊ Decius in dicto consilio quinquagesimo quinto, secunda colum. ⁊ in dicto consil. ccclxvij.

41 columna fina. versiculo quarto, ⁊ vltimo. † ⁊ procedit ista opinio etiam ꝙ legitimatio fieret de spurio, seu adulterino filio, ⁊ sic posset dici dispensatio, qꝛ scilicet semper viget ratio illa ꝙ pater posset ad libitum agnatos priuare, ⁊ ꝙ ipsi non dicuntur pretendere interesse probabile, nec habent spem considerabilē, ⁊ ita recte intuenti volunt doctores in locis predictis. ¶ Secundo etiam respondetur, ⁊ tollitur omnis difficultas, nam Joan. petrus frater ser Berardi, ac etiam sorores predicte legitimationi consenserunt, antequam ipsa fieret, vt constat ex supra allegato instrumento mandati facti dicto Ludouico borgerio, ⁊ college, nam in eo clare dicitur ꝙ dictus Ludouicus predictus ipsorum nomine legitimationeʒ ipsam fieri petat, ⁊ factam quandocunqʒ cōfirmet, vt latius in ipso legi potest, ⁊ ita ipse do. Ludouicus predicto nomine ex post legitimationem predictam ratificauit, confirmauit, ⁊ approbauit, promittens nullo modo contrauenire in amplissima forma, vt constat in instrumento ratificationis per predictuʒ dominum Ludouicum facte de ipsa legitimatione. Et cum scirēt talem legitimationem factam fuisse, ⁊ ei nunquaʒ contradixerint, sed in eoruʒ mandato predicto perstiterint, dicuntur etiaʒ ex post facto illam approbasse, per ea que dixi supra in resolutione primi argumenti in fi. Cum igitur consenserint ab initio, ⁊ ex post ratificauerint. sequitur ꝙ legitimatio predicta non debet minus valere ex eo, ꝙ frater, ⁊ sorores ser Berardi non reperiuntur ad eam citati, cum talis citatio si fieri debuisset, soluʒ fieri debebat, ne predictis inscijs preiudiciuʒ inferretur, ⁊ forte inuitis, vt supra in contrarium arguebatur. Cum enim ipsi sciuerint, ⁊ cōsenserint, sequitur ꝙ nihil contra eam dicere possunt, argumento. l. non putauit. §. si quis sua manu. cum glo. sua. ff. de bonorum possessi. contra tabul. ¶ Sed dicet aliquis, adhuc restat scrupulus, nam esto ꝙ legitimatio predicta de iure valeat, tamen non videtur ꝙ per eam fuerit aliquo modo preiudicatum iuribus predictorum Joan. petri fratris, ⁊ sororum dicti ser Berardi, attento ꝙ in dicta legitimatione expressa dicit̃ ꝙ dictus Philippus possit succedere ⁊c. absqʒ tamen preiudicio illorum qui ab intestato succedere deberent, vnde cum ipsi fratri suo ab intestato succedere deberēt, non

42 videtur ꝙ eis fuerit in aliquo preiudicatum. ¶ † Veruntamen, ⁊ ad hoc respondetur, ⁊ de facili, ⁊ primo posset dici ꝙ illa verba, absqʒ tamen preiudicio illorum ⁊c. non sunt simpliciter intelligenda de quibuscunqʒ venientibus ab intestato, sed tantum respectu filiorum legitimorum, si quos haberet ille, cuius filius legitimatur, seu cum eo dispensatur, alioquin nunquam talis legitimatio, vel dispensatio posset sortiri effectum, vel rarissime, cum semper, vel vt plurimum cuicunqʒ morienti supersint, qui ei ab intestato succedere possunt, ⁊ ita in terminis in quadam dispensatione de quodam spurio facta, concludit Angelus in consilio ducentesimo sexagesimo tertio, viso puncto. quod etiam multi alij sequuti sunt, vt per Alexand. in consilio centesimo octuagesimo octauo, perspectis. quarta colum. quinto volumine, per patruum, ⁊ dominum meum Soci. in consilio quadragesimo primo, viso indulto, quarta, ⁊ quinta columna, tertio volumi. per Corneum in consilio trigesimo quarto, in hac quidem. quinta colum. primo volumine, ⁊ per Joannem crotum in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantuʒ. mihi

columna quadragesima septima, in principio.ff.de liberis & posthumis.qui omnes vltra allegatos per eos videntur firmare, quod illa verba absque preiudicio venientium ab intestato nõ debent vniuersaliter intelligi respectu quorũcunque coniunctorũ, sed tantum respectu descendentium illius, cuius filius spurius legitimatus fuit. Veruntamen est, quod aliqui tenent contrarium, & ideo sup hoc vltra non insistendo. Secũdo loco dico quod si contraria opinio est vera, vt scilicet illa verba intelligantur simpliciter de venientibus ab intestato saltem vsque ad quartum gradum intelligitur, & procedit, prout verba sonant, quando scilicet ageretur de causa intestati, & sic in proposito nostro, si ser Berardus decessisset intestatus, nam tunc dici forte potuisset, quod Philippus legitimatus non successisset, nec exclusisset predictum Joannem petrum, & sorores ab intestato fratri succedentes. 45 †Secus autem est quãdo sumus in causa testati, prout est casus noster, quia ser Berardus in testamento expresse Philippum filium suum heredẽ instituit, & noluit decedere intestatus, quo casu non dicitur fieri preiudicium predictis fratri, & sororibus, quoniam ser Berardus testando poterat quẽcunque voluisset instituendo eos a bonis suis excludere, ita voluit Baldus in consilio ducentesimo sexagesimo quarto, verba autem succedere, valeas. inter consilia Angeli, Paul. de cast. in consilio centesimo secundo, videndum est primo. columna finali, versiculo quarto videndum. secundo volumine, secundum nouam impressionem Ludouic. de sardis in tractatu legitimationum, in quinta questione, septime questionis principalis, Ludouicus bologninus in consilio quinquagesimo octauo, dominus Antonius. columna octaua in fi. patruus, & dominus meus Socinus in consilio ducentesimo duodecimo, prima consultatione. tertia, & quinta columna, & est communis opinio, prout illam sequendo attestatur Curtius in consilio septuagesimo tertio, super memorata. columna decima, & ita etiam firmat Decius in consilio.cccxxxviij. in casu proposito. prima columna in fi. in consilio.cccxciij. consului. in principio, in consilio.cccccl xxvj. pro resolutione. secũda columna, & in consilio.ccccccx. viso themate. in principio, qui in omnibus his locis dicit, quod secundum communem opinionem illa verba intelliguntur, quod licet sit quis habilitatus ad succedendum ex testamento tamen ab intestato non succedit, vt per eum. Cum igitur in casu nostro dictus Philippus sit expresse in testamento vocatus, sequitur quod clausula illa, absque tamen preiudicio &c. nihil ei dicitur obesse. ¶ Et maxime hoc dicendum est, quia dictus Joan. petrus frater, & sorores dicti ser Berardi voluerunt, & consenserunt quod dictus Philippus legitimaretur, & ad succedendum habilitaretur in eorum preiudicium, propter quod amplius cõqueri non debent, vt ex predictis constat. ¶ Ex quibus concludit vulgari substitutioni facte de dicto Stangbellino non esse locum, sed eam expirasse per aditionem factam per dictum Philippum, qui & voluit, & potuit ex testamento patris heres fieri per predicta. ¶ Et ex his redditur vana questio secunda in primo capite proposita, 44 †quoniam si substitutio non habet locum, clarum est quod ipsi Stangbellino non competit remedium possessorium, de quo habetur in.l.fina.C.de edi.di.adr.tollen. & ideo super tali questione non esset vlterius instandum. ¶ Verum vt consultanti morem geram, etiam in ea dicam breuiter quid de iure sentio conclusiue tamen loquendo. 45 ¶ †Et primo dico, quod Stangbellinus vbi alias tale remedium possessorium tanquam vulgaris substitutus posset intentare deberet ad victoriam probare, & liquidare, quod casus substitutionis euenerit, vt per Bartolum, & omnes in dicta.l.fin. maxime per Decium ibi columna nona, per Jacobum de sancto Georgio columna quarta, qui dicit quod in pratica oportet probare euenisse casum substitutionis, quod etiam ibi dicit Cur. columna nona, versicu. quarto querit Bart. & est hoc plusquam clarum, sed pro veritate ex parte Stangbellini illud non est probatum, ergo sequitur quod in tali remedio audiri non debet. ¶ Preterea, & secundo dico, quod in proposito de remedio dicte.l.fina. in fauorem Stangbellini non potest tractari, nã mortuo ser Berardo, Philippus eius filius, & heres institutus mittendus erat in possessionem bonorum que per testatorem possidebantur per remedium dicte.l.fina. & ita in veritate missus fuit, idest realiter possessionem accepit nemine contradicente. ¶ Nec potuisset tunc Stangbellinus contradicere allegando incapacitatem dicti Philippi, quia illud requirebat altiorem indaginem, quia cum de legitimatione appareret dicere, quod erat inualida, & velle illud probare longam disputationem requirebat, immo nec de iure id dici, aut probari poterat, vt ex predictis constat. 46 ¶ †Ex quo ergo talis oppositio incontinenti probari non poterat, sed requirebat altiorem indaginem non potuisset per eam impediri, quin Philippus mitteretur in possessionem, vt heres scriptus, vt tradunt omnes doctores in dicta.l.fina. prout vere missus fuit, & pacifice, & quiete possedit toto tempore vite sue. ¶ Quo stante dico, quod questio adipiscende possessionis bonorum, & hereditatis dicti ser Berardi per remedium dicte.l.fina. sopita fuit, & habuit effectum.d.l.fina. realiter in fauorem dicti Philippi, per quem omne ius eius translatum est in eius heredes, non ergo potest Stãgbellinus predictus vti tali remedio nunc, cum nec ab initio vti potuisset. Sed si ius aliquod pretẽdit debet vti petitorio, & probare de iuribus suis, quo non probãte Philippus si viueret, & nunc eius heredes gaudentes cõmodo possessionis venient absoluendi. Nunc igitur nõ est agendum de possessione bonorũ ser Berardi, de quo omnis questio iam fuit sopita, vt dixi, sed agitur de possessione bonorum, & hereditatis dicti Philippi, que certe ad dictum Petrum, & dominam Camillam heredes institutos pertinere debet, prout etiam ad eos realiter peruenit remedio dicte.l.fina. & per sententiam iudicis competentis ita fuit iudicatum, vt in puncto narratur.

47 ¶ †Et licet per prius ipsi possiderent ante declarationem iudicis predicti, ex hoc tamen non impeditur quin potuerint vti remedio dicte.l.fina. vt scilicet eorum possessio sibi confirmetur, vt voluerunt Cyn. Barto. & alij in dicta.l.fina. & Guido pape in questione ducentesima decima nona, edictum diui. in principio, cum concordantibus, vt per Modernios in dicta.l.fina. maxime Deci. columna decima septima, versiculo & ad supra dicta.

¶ Et ex his apertissime concluditur Stangbellinum predictum nullo modo audiendum esse in predicto remedio possessorio, sed debet vti petitorio, si quod ius pretẽdit, & probare sibi incumbentia tam & si ei, & vere nullum ius competat, vt ex predictis cõstat, que sufficiant circa primam principalem questionem. ¶ Circa secundam questionem supra formatam, vt clarius omnia intelligantur, de duobus tractandum est. Primo vtrum filijs dicti Joãnis petri ius aliquod competeret ex causa fideicõmissi, seu fideicommissum aliquod petere possent ex testamento dicti ser Berardi eorum patrui. ¶ Secundo vtrum illud dicatur translatum in predictum Stangbelliunm vigore cessionis per eos facte, & sic vtrum ipse vti cessionarius ad fideicommissi petitionem admittatur.

¶ Circa primum primo aspectu videtur dicendum, quod dicti filij Joãnis petri sint vocati per fideicommissum ad bona testatoris, nam testator prohibuit ea alienari per Philippum filium, & heredem institutum, quia voluit bona sua imobilia sic alienari prohibita in eius familia permanere, quod videtur intelligendum, idest in eius agnatione, iuxta.l.pronunciatio.§.secundo.ff.de verborum significatio. 48 †Ex qua prohibitione cum non sit nuda, sed appareant persone, cuius contemplatione facta fuit inducit fideicommissum in fauorem talium personarum, saltem in casu contrauentionis, vt.l.filiusfamil.§.diui.cum ibi notat. per Bartol. & alios. ff.de legatis primo. vnde cum de familia, & agnatione ser Berardi solum supersint filij dicti Joannis petri, videtur quod ipsi vocentur ad fideicommissum, 49 †maxime postquam Philippus alienare prohibitus videtur contrafecisse instituendo in suo testamento extraneos, & qui ei ab intestato non erant successuri, iuxta doctrinam Barto. in.l.peto.§.fratre.ff.de legatis secundo. & in.l.cum pater.§.cum inter. eodem titulo, & in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verborum obligatio. & tradunt doctores in dicto.§.diui. maxime Jas. mihi columna vigesima secunda, versiculo nunc teneo cõtrarium. ¶ Veruntamen hoc non obstante potest nullum probabiliter dici contrarium, & concludit quod immo dicti filij Joannis petri non dicuntur vocati ad aliquod fideicommiss. cum in veritate de eis nulla sit facta mentio, nec ad aliquid sint vocati. Et in istis fideicommissis, & dispositionibus testamẽtarijs dici solet, hoc non reperitur scriptum, ergo dici non debet, etiam quod forte de eo cogitauerit testator, 50 †quia non sufficit aliquid testatorem cogitasse, aut voluisse, nisi illud disposuerit.l.quidam cum filium. & ibi doctores tradunt.ff.de heredibus instituen. Ad quod bene facit.l.si sponsus.§.si quis rogatus.ff.de donatione inter virum, & vxorem. tradit Alexander in.l.tertia.ad fin.C.de liberis preteritis. & Jas. in consilio nonagesimo sexto, dominus Joannes. tertia columna, quarto volumine. ¶ Non obst. allegata in contrarium, in quibus stat omnis difficultas, quoniam responderi potest duobus modis. 51 ¶ Et pro declaratione prime responsionis premitto, †quod quando ex prohibitione alienationis inducitur fideicõmiss. illud regulariter non inducitur simpliciter post mortem prohibiti, sed tantum in euentum contrauentionis hoc est, quando prohibitus contra testantis prohibitionem alienauerit, ita declarant doctores, maxime Alexãder in.l.qui rome.§.coheredes.ff.de verborum obligati. & ibi etiam plene scribit patruus, & dominus meus

Socin. quinta, & sexta columna, vbi in indiuiduo ita firmat quan
do probibitio simpliciter fit, vt bona in familia remaneant.
52 ¶ † Et licet quando esset facta probibitio alienationis extra fa-
miliã eo addito, vt bona in familia remanerent, posset forte aliud
dici, vt ibi per eum loquentem ex intentione Barto. tamen vbi in
probibitione non sit dictum extra familiam, sed solum sit dictum,
vt in familia bona remaneant, prout isto casu contingit, vera vi-
detur conclusio predicta, vt scilicet fideicommiss. solum induca-
tur in casu contrauentionis, vt per eum ibi, & ita videtur com-
munis opinio, vt scribit Decius in consilio. ccccxxij. & pro tenui.
secunda, & tertia columna. ¶ Hoc ita posito ad argumentuȝ con
trarium respondetur, dicendo q Philippus filius, & heres testa
toris non contrauenit voluntati, & probibitioni paterne, non eniȝ
alienauit, vendidit, & donauit, nec ad longum tempus cõcessit bo
na immobilia in totum, vel in parte, in quos contractus testator
53 fieri probibuerat, † ergo sequitur q non venit casus fideicõmiss.
conditione eius deficiente, iuxta. l. qui hẽdi. & l. meuius. ff. de con
ditio. & demonstration. si enim solum in casu contrauentionis illi
de familia ad fideicommiss. erant vocati, & non fuit aliquo modo
contrauentum, sequitur q fideicommis. non dicitur factus locus.
54 ¶ † Et si dicatur q immo Philippus dicitur contrauenisse insti
tuendo in suo testamento predictos dominum Petrum, & domi
nam Camillam extraneos, quasi q sub illa probibitione aliena-
tionis dicatur probibita etiam heredis institutio per dictam. l. pe
to. §. fratre. ff. de legatis secundo. prout in allegatis in contrariuȝ
dicebatur. ¶ Responderi potest hoc negando, & concludẽdo, q
immo in proposito casu nõ sit probibita heredis institutio, q qui
55 heredem instituit, non videtur alienare, † nam alienare proprie il-
le videtur qui rem a se viuente remouet in alium transferendo, pu
ta vendendo, donando, dando insolutum, vel in dotem, vel quid
simile faciendo, quo viuens ipse priuetur re illa, que alterius fiat,
vt sic tantum per actus inter viuos alienatio proprie dicatur fie-
ri, iuxta. l. fina. C. de rebus alienis non alienand. & l. prima. C. de
fundo do. dum dicitur q alienatio dicitur omnis actus, per queȝ
transfertur dominium. Facit etiam. c. nulli. de rebus ecclesie non
alienandis. & ita recte intuenti videtur velle Jas. in. §. item si quis
in fraudem. tertia columna, institu. de actio. Ille ergo proprie di-
citur alienare, qui rem aliquam in alium transferẽdo illa semetip
suȝ priuauit, quod profecto non dicitur contigisse predicto Phi
lippo, qui viuens nunquam aliquid de immobilibus a se viuente
56 remouit in quempiam transferendo, sed solum per mortem, † que
omnia soluit. §. deinceps. in auctent. de nup. columna quarta, vna
cum dictis bonis totum mundum reliquit, & faciendo heredes
57 quos fecit, non videtur † q bona dicatur alienasse, cuȝ heres per
sonam defuncti representet, & eadem persona cum defuncto repu
tetur, vt in aucten. de iure iuran. a mori. presti. in principio. Et in-
uenio q hanc opinionem firmat concludendo Angel. in consilio
septimo ex dicto themate. secũda columna, & in consilio quinqua
gesimo septimo, domina Andrea. quarta columna, versiculo se-
cũdo videndũ. qui certe pulchris, & subtilibus rationibus moue
tur, de quibus ad eum me remitto, cum per omnes videri possint,
ita etiam consuluit Alexander in consilio centesimo quinquage-
simo quinto, visis, & accurate. secũdo volumine, & Jas. in dicto. §.
diui. dicit se alias sic consuluisse, & iudicatum fuisse Padue, licet
dicat se tunc aliter sentire, & ita reperio quod consuluit in consilio
centesimo primo, super premissa. per totum, & in consilio centesi-
mo vigesimo, domina Dorotea. per totum, primo volumine.
¶ Et licet ista opinio simpliciter posita sit periculosa, per dictuȝ.
§. fratre. & per allegata supra in contrarium, & maxime per dicta
per Jasonem in dicto. §. diui. tamen in casu isto videtur de facili
procedere, vt scilicet concludamus per probibitionem alienatio-
nis in testamento ser Berardi factam, non esse probibitam in-
stitutionem heredis, sed solum alienationem que inter viuos fie-
ret, quia satis clare colligitur ex verbis testamenti, q testator so-
lum, & duntaxat probibere voluit alienationem inter viuos.
58 ¶ † Et primo hoc ostendit, quia cum testator probibuerit aliena
tionem, venditionem, donationem, & concessionem ad longũ tem
pus, & clarum sit q vendere, donare, & ad longum tempus conce
dere sunt actus inter viuos, debemus dicere q verbum alienatio
nem, sit generaliter positum, debet intelligi tantum inter viuos, &
non per institutionem heredis, tum q per eam nõ fit propria alie
59 natio, vt supra dixi, † tum etiam quia verbum vnum alias per se
dubium declaratur ex verbis sibi adiunctis disiunctiue, vel copu
latiue, vt voluit Romanus in consilio ducentesimo trigesimo pri
mo, premissorum doctorum. in secunda responsione, refert, & se-
quitur patruus, & dominus meus Socin. in. l. prima. primo no-
ta. ff. de rebus dubijs. ¶ Propter quod in proposito dicendum
est, q verbum illud alienationem, posito q esset in se dubium, de-
clarari debet per illa verba alienationem, & donationem &c. vt sci
licet sicut illa solum inter viuos procedunt, ita ostendant q ver-
bum alienationem. solum importet illam alienationem que fit in-
ter viuos. ¶ Secundo hoc idem ostenditur ex pena, quam testa-
tor alienanti, & contrauenienti apposuit, dum eos punit in certa
quantitate danda per contrauenientem hospitali, nam ista pena
solum conuenit alienanti inter viuos, non autem in instituente he
60 redem in testamento, † quoniam cum heredis institutio nõ sortia-
tur effectum, nisi mortuo testatore. c. cum marte. de celebrat. mis.
cum similibus, sequitur q dictus Philippus cum sit mortuus
non potest pati penam in quantitate pecunie per eum soluẽda ho
spitali, sed eam penam pati potest soluȝ qui inter viuos alienaret,
quo stante dicendum est in proposito, q probibitio alienationis
per testatorem facta, debet intelligi tantum de alienatione inter
viuos, in qua tantum conuenit, & locum habere potest pena im-
61 posita alienãti. † Semper enim fieri debet interpretatio, q dispo
sitio adaptetur ad casus possibiles. l. lucius. §. primo. ff. ad muni-
cipa. facit. l. si quis ita. & quod ibi dicunt doctores. ff. de conditio
ni. institu. & ista sit prima responsio ad argumentum supra in con-
trarium factum. ¶ Secundo etiam ad idem argumentum princi
paliter respondetur, posito q prima responsio non pcedat, absq
62 tamen veri preiudicio, † & dico q verba illa, & deinde in eius fami
lia permanere &c. nõ debent aliquo modo intelligi respectu agna
tionis simpliciter cõsiderate, vt sic filios dicti Joannis petri com
prehendant, sed debent intelligi respectu descendentium ipsius te
statoris, & Philippi eius filij, vt sic intelligamus familiam ipsius
testatoris, vel Philippi effectiue, idest quam ipse effecerit, & sic
pro eius descendentibus. Esto enim q familia alicuius compre-
hensiue accipi possit, idest in qua ipse comprehenditur, & sic capi
possit pro agnatione simpliciter cõsiderata, vt arguebatur in con
trarium. Tamen quando de voluntate proferentis aliter appa-
rere potest capietur effectiue, vt dictum est, sed in casu isto de vo-
luntate testatoris aperte dicitur constare, q illa verba capiantur
effectiue, ergo &c. ¶ Istud autem probatur nam in testamento di
citur, q testator cõsiderabat in filios, vel filias dicti Philippi bo
na sua peruenire, & sic mandauit ad eos talia bona post primam
institutionem deuenire, & deuolui, & ea de causa probibuit aliena-
tionem, subdens, & hoc quia, vt supra voluit dicta eius bona de-
uenire, quam primuȝ fieri poterit ad filios dicti Philippi, & eius
testatoris posteros, ex quibus verbis euidentissime apparet, q so
lum respectu descendentium dicti Philippi fecit probibitioneȝ,
& dum statim subditur, & deinde in eius familia permanere, de-
bet intelligi respectu aliorum descendentium dicti Philippi, vt
scilicet de filijs eius in nepotes, & de nepotibus in pronepotes
transeant, & postea in alios descendentes, & eo respectu fecit pro-
hibitionem alienationis nedum ipsi Philippo eius heredi, sed
etiam alijs heredibus, idest filijs, & descendentibus dicti Philip
pi, vt scilicet de eis in eiusdem testatoris, vel Philippi familiam
transeant, & in ea permaneant bona dicti testatoris, capiendo ver
63 bum familia effectiue, secundum quod supra dictum est, † ita eniȝ
verba alia testatoris demonstrant que procedunt, per que con-
uenienter sequentia declarantur. l. si seruus plurium. §. finali. cum
similibus. ff. de legatis primo. & sic videtur omnino concludenduȝ
sub verbo familia. non comprehendi filios Joannis petri.
¶ Quod etiam, & secundo ex alio satis clare ostenditur, nam te-
stator si Philippus non esset heres non vocauit Joãnem petruȝ
fratrem eius, nec eius filios, sed extraneos quosdam, ex quo de-
monstratur non fuisse de eius intentione, vt ad illius bona aliquo
modo vocarentur vigore alicuius fideicommis. orti ex probibi-
tione alienationis, si enim sensisset, aut voluisset testator deficien-
te prole dicti Philippi bona sua peruenire ad dictos filios Jo-
annis petri fratris eius, vtiq, & fortiori ratione ordinasset, q ad
eos deuenirent, vbi Philippus heres non fuisset eos substituen
do, sumpto argumẽto a verosimili, iuxta. l. non est verosimile. cuȝ
similibus. ff. qd metus causa. illud non fecit, quia per substitutio-
nem vocauit extraneos, & non predictos filios fratris, ergo vero
simile est q eos etiam voluerit vocare ad aliquod fideicommiss.
in defectum linee dicti Philippi, sed ea deficiente extinguitur
omne fideicommiss. & per consequens sequitur q testamentuȝ di
cti Philippi pleno iure valuit, & heredes in eo instituti libere, &
absq onere fideicommissi succedunt in bonis predictis.
¶ Et ad predicta, & sic q verba illa in eius familia capi debeant
effectiue, & non comprehẽsiue, & consequenter q non comprehen
dant predictos filios dicti Joannis petri fratris testatoris, facit
quia

64 †quia semper in dubio debet fieri interpretatio, vt filius, ⁊ heres testatoris minus grauetur. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega- tis secundo, ⁊ sic vt fideicommissum, quod dicitur grauamen. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ⁊ pup. minus sit ⁊ pauciores per- sone ad illud dicantur vocate, qd certe erit in casu nostro capien- do effectiue illa verba in familia eius ⁊c. q2 tunc solum descenden- tes erunt vocati. ¶ Et pro ista conclusione facit pulchra decisio 65 Barto. in consilio. lxxxv. in questione predicta. †dum vult ꝙ ver ba ex paterna linea, in casu suo debent accipi effectiue, ⁊ nō com prehensiue. ¶ Item facit pulchra doctrina Joan. andr. in. c. vbi 66 cunqȝ. de pen. lib. vj. in nouel. †dum concludit ꝙ si princeps con- demnat Titiū, ⁊ cognationem suam, illa verba cognationē suaȝ, intelliguntur de descendentibus, ⁊ sic capiuntur effectiue. ¶ Et hanc decisio. refert, ⁊ in simili casu sequitur Aret. in consil. xxxix. in facto dicitur. volēs ꝙ si quis, puta Gaius, ⁊ sui fiant rebelles. illa verba ⁊ sui. capi debent pro descendentibus, ⁊ sic effectiue, vt 67 per eum, †qd etiam in simili firmat Nel. de sancto Gemi. in tra- cta. bānitorum, in prima parte primi temporis. in ix. q. concludēs ꝙ si bāniatur Titius, ⁊ totum latus eius, solum descendētes Ti- 68 tij comprehendentur, ⁊ sic illa verba, ⁊ totum latus eius, accipien tur effectiue. †In simili etiā ꝙ verba, ex linea patris, que possunt capi effectiue, ⁊ comprehensiue capi debeant effectiue, concludit patruus, ⁊ do. meus Soci. in consi. xxxiij. circa presentem. v. col. iij. volumi. Et de verbis ex progenie talis. idem ꝯcludit Corn. in consi. cccxvj. videtur prima facie. ij. colum. v. volu. volens capi di cta verba tantum pro descendentibus talis, ⁊ ꝯsequenter effecti- ue, sic itaqȝ in casu nostro dicendum videtur, vt verba illa in eius familia, non comprehensiue, sed effectiue capi debeant, ſm quod supra dictum est, maxime ꝯcurrentibus his duobus. s. ꝙ sumus in dispositione grauatiua heredes, ⁊ ꝙ ita verosimiliter testator videtur voluisse, vt ex predictis ꝯstat. Ex quibus videtur de iure concludendum predictis filijs Jo. petri nullum fuisse delatum fi- deicom. ex testamēto ser Berardi eoꝝ patrui, nec eos aliquid ea de causa petere potuisse. ¶ Ex quo sequitur ꝙ Stāgbellinus vti eoꝝ cessionarius nullum ius habere, nec quicquam petere potest, 69 †qm̄ illi filij cedentes non plus iuris in eum litteras ferre potue- runt, ꝗ̄ ipsi haberent. l. traditio. ff. de acq. rer. do. l. nemo plus iu- ris. ff. de reg. iur. ⁊. c. nuper. de dona. inter vir. ⁊ vxo. cum simi. Et sic sequitur non esse opus de alia. q. s̄. posita disputare. ¶ Verū- tamen vt super ea etiam consulranti morem gerā breuius dicam, quid iuris in ea sit, posito absqȝ tñ veritatis preiudicio ꝙ filij pre dicti Jo. petri sit delatum aliqd fideicom. ex testamento dicti ser Berardi. vnde breuiter, ⁊ ꝯclusiue loquendo, dico ꝙ Stangbel linus predictus nullo modo ex asserta cessione audiri dꝫ, posito ꝙ de ea legitime constaret, qm̄ per eam nullum ius dicitur acqui situm predicto Stangbellino tanꝗ̄ inualidam, ⁊ inutilem. Et li- cet plura ꝯtra cessionem predictam opponi possint, duo tamē pre 70 cipue reddunt eam penitus inutilem. ¶ † Primum est, q2 si qua cessio facta ostēdatur illa fuit simulata, nā vt mihi presupponitur fuit facta pro certo precio, vt sic videatur habere formam vendi tionis, sed illud precium qd presupponitur solutum filijs predicti Jo. petri fuit imediate per eos restitutum predicto Stangbelli- no, quo dato, seqtur ꝙ talis cessio non valet, nec vllum ius trans- fert in Stangbellinum predictum, quinimo cedentes eo casu di- cuntur omnem actionem perdidisse per. l. ab anastasio. C. mand. ⁊ ita in terminis declarat Bar. in. l. per diuersas. in. iij. colū. ver. quero quid si tibi ⁊c. eo. ti. cum quo ibi transeunt cōmuniter doc. 71 †Immo si cessio facta esset partim ex causa venditionis, ⁊ partiȝ ex causa donationis presumeretur simulata, ⁊ non valeret, vt ha- betur in. d. l. ab anastasio. ⁊ est illud in odiū redimentis liteȝ, pro- ut post Bar. per eum relatum dixit Alex. in consi. xxviij. in cau- sa, ⁊ lite. ij. col. ver. nec ad hoc ob. v. volu. fortius ergo in casu isto non potest dicta asserta cessio valere, cum totum preciū fuerit re- stitutum, ⁊ vbi aliquo modo valeret, q2. s. precium non probare- tur restitutum. Non tñ posset Stangbellinus plus petere, ꝗ̄ ve- re erogauerit, vt est casus in. d. l. per diuersas. in ver. ita tamen vt si quis. ⁊ ibi doct. declarant, super quo tñ non insisto, q2 vere pre- cium fuit restitutum, vt mihi presupponitur. ¶ Secundū est, per quod asserta cessio redditur inutilis, qm̄ dicitur continere aliena- tionem bonoꝝ immobilium, si enim ex prohibitione alienationis induceretur aliqd fideicom. illud certe esset respectu bonorum im 72 mobilium, cum de eis solum sit facta prohibitio, vt ex lectura te- stamenti constat, †⁊ licet non cedantur bona illa, sed actio ad il- la competens, tamen talis actio dici debet immobilis, cum ad immobilia competat, vt est glo. in ver. numeranda. in auctenti. de non alie. aut permu. §. i. colum. prima, cum concordantibus alle- gatis per Pau. de cast. ⁊ Jas. in. l. stipulationes non diuiduntur. in princi. in secundo nota. ff. de verbo. oblig. vbi ego etiam aliqñ 73 dixi in primo notab. †firmatur enim ibi conclusio cōmuniter ap- probata ꝙ obligatio, vel actio iudicatur mobilis, vel immobilis, ſm res ad quas sunt, vel competunt. Quo posito dico ꝙ talis ces sio dicitur fuisse inualida, ⁊ nullius momenti, q2 facta fuit sine au ctoritate sine licentia illustr. Ducis Vrbini, contra formā decreti Ducalis editi de anno. M. cccclxiij. ¶ Et licet forte in predicta asserta cessione reperiatur scriptum, reseruata licentia illustr. Du cis ⁊c. tamen hoc non sufficit, nisi realiter probetur ꝙ talis licen- tia fuerit impetrata, seu concessa, qd certe vt mihi narratur nun- quam fuit, nec probari potest. ¶ Nec si ex post licentia obtinere- tur cessio illa iam inualida validaretur, qm̄ recte intuendo predi- ctum decretum talis licentia debet omnino precedere alienatio- nem, aut translationem, ⁊ in casu nostro cessionem bonorum im- mobilium, vt probatur in dicto decreto, in ver. se prima non han no licentia da noi ⁊c. ⁊ supra etiam in versic. sequen. dum dicitur, ne alcuna persona debba, o possa riceuere, o accettare per alcun modo, titulo, o ragione, o cagion de detti beni, se prima non ha detta licentia. Hec enim verba omnino volunt licentiaȝ ab initio interuenisse, ⁊ vbi non interuenerit statim in decreto puniunt̄ con trahentes in amissione bonorum translatorum, ⁊ precij inter eos conuenti applicandorum camere fiscali, vt patet in eo ibi, sotto pena ⁊c. nulli autem dubium est in casu nostro predictum Stan- ghellinum cessionem predictam acceptasse, nulla prehabita licen tia ab illustr. Duce, ergo sequitur nedum ꝙ cessio non valuit, sed etiam ꝙ ille debet perdere precium, sic ergo concluditur ex hoc secundo fundamento ꝙ ex tali cessione nullum ius dicitur trāsla- tum in predictum Stanghellinum. ¶ Addo, ⁊ tertium funda- mentum, q2 prout nuper post superius scripta intellexi, emanauit nouiter Ducale qddam decretum, ꝙ nulla litis redemptio fieri possit, ⁊ facta etiam non sortiatur effectum ex iustis, ⁊ probabili- bus causis, vt in eo continetur. ¶ Quo stante valido, de quo non est dubitandum, iuxta tradita per Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iu. sequitur ꝙ cessio predicta de iure valere non debet, nec aliquid transferre in dictum Stanghellinum, qm̄ ille dicitur liteȝ redemisse, vt ex ipsa cessione constat, maxime dum ita dicitur ꝙ si lij dicti Jo. petri cedentes non sunt potentes ad litigandum pro- pter eoꝝ paupertatem, ⁊ ꝙ etiaȝ ipsi execrantur lites, ex his eniȝ verbis multum aperte ostenditur ꝙ Stanghellinus dicitur liteȝ redemisse, prout ēt exitus declarauit, q2 postea litem redemptam intentauit, seu mouit aduersus predictos do. Petrum tosinum, ⁊ do. Camillam eius vxorem reos ꝯuentos, qui vt ex predictis patet ab vtraqȝ petitione veniūt absoluendi, ⁊ ita ꝯcludeñ puto.

Soci. nepos Padue legens. 1534.

## CASVS

¶ Dñs Jo. iacob. de canipatijs Veroneñ. in testamento suo dñaȝ Catherinam eius vnicam filiam heredem instituit vniuersalem, ⁊ si sine filijs decesserit, substituit Bartholomeum, ⁊ Laurentiuȝ fratres ipsius testatoris, ⁊ eorum heredes.

¶ Mortuo testatore predicti substituti non habentes notitiam te stamenti, neqȝ substantie per testatoreȝ relicte, cuȝ essent satis pau peres, ⁊ minus prudentes conuenerunt cuȝ dicta do. Catherina, ⁊ eius marito, per quos fuit illis testamenti tenor non in totū nar ratus, sed tantum ꝙ in casu quo do. Catherina decederet, vt. s. te stator substituerat ipsos fratres conuenerūt inquam ꝙ datis. ibi duca. lij. renunciarent, ⁊ extinguerent substōnem de eis factā. Et ita receptis diuerso tñ tempore predictis. lij. aureis, renūciauerūt similiter diuerso tempore, ⁊ voluerunt predictam substitutionem non habere aliquam vim cōcedentes ipsi do. Catherine liberam facultatem disponēdi de bonis patris eius ⁊c. prout latius in in- strumento publico constat, cuius copia transmittitur.

¶ Presupponitur ex post apparuisse, ⁊ verum esse, ꝙ hereditas predicti testatoris erat valoris. 1500. aureorum, vel circa.

¶ Decessit postea do. Catherina sine filijs.

¶ Queritur nunquid predicti fratres testatoris possint venire ex causa predicte substitutionis, ⁊ ita fideicom. petere, non obstante predicta eorum conuentione.

¶ Et si iustitia patiatur, petitur consilium in fauorem dictoꝝ fra- trum, prout per alios consultum fuit.

## SVMMARIVM

¶ De quadam transactione, siue renunciatione fideicom. futuri, Consil. do. Maria. soci. ij. volu.

vtrum scilicet in ea habeat locum.l.de his.ff.de transactio.

¶ Item an.l.ij.C.de resc n.venditio.

¶ Et vtrum propter enormem lesionem, siue enormissimam rescindi possit.

1 Transactio quando dicatur facta.
2 Transactio fit de re dubia.
3 Trāsactio valida, an possit fieri in his que ex testamento pēdent, nisi inspectis, & cognitis verbis testamenti, & j.nume. 5.
Et quare hoc statutum fuit.
4 Scire leges, vel quid aliud dispositum non est verba eorum tenere, sed vim intelligere.
5 Ordo mortalitatis est, vt seniores premoriantur.
7 Fideicōmissum conditionale pendente conditione per morientem fideicōmissarium non transmittitur etiam ad proprios filios.
8 Parentum votum est filijs diuitias parare.
9 Consensui nil est, tam contrarium, q̄ error.
10 Erranti in transactione succurrendum est, etiam si in ea sit dictum inspectis, & cognitis verbis testamenti, seu q̄ asseruit se plene informatum de tenore testamenti.
11 L.de his.ff.de trans.an procedat ēt in pacto gratuito, & j.nu.13.
12 Renūciatio fideicōmissi que fit inter fratres in diuisionibus non valet, s̄m cōmunem opin.nisi habita notitia testamenti.
14 Transactio fieri potest occasione future litis.
15 Transactio in qua est lesio supra dimidiā iusti precij pōt rescindi.
16 Transactio videtur quedam emptio, & venditio.
37 grant, † ꝛ sic data est forma in arrogatione seruãda, vt. s. qui vult arrogare, impetret licentiã a prefato clarissi. Comite, ꝛ postea ea obtenta ex rescripto, ꝛ auctoritate eius accedat corã iudice, qui de causa cognoscat, ꝛ habita cause cognitiõe ille talis arroget in filiũ queꝫ optabat, hec aũt forma seruata non fuit, nec iudex ali-
38 quis cõpetens fuit aditus, vt de causa cognosceret, ergo ꝛc. † forma. n. non seruata actus reddiẽ nullus. l. iulianus. §. sed ꝛ si qs. ff. ad exhib. cuꝫ si. Nec dicaẽ ꝙ prefatus magnificus Comes erat iudex cũ amplissimo prefecti officio in ciuitate Patauina fungeretur pro illustriss. Venetoꝝ dñio, qꝛ ex eo non dr̃ index competens inter predictas personas, sed eaꝝ iudex dr̃ magnificus pretor illius ciuitatis, ꝛ preterea magnifi. Comes predictus non interue-
39 nit vt iudex, sed oia fecit, vt implalis comes, † ꝛ regulariter duplici officio qs non fungiẽ, seu vicem duoꝝ hominũ non sustinet. l. si plures. ff. de pac. cũ ꝯcor. ibi per gl. allega. ¶ Sed lꝫ ex predictis causis ꝓdicta asserta arrogatio reddaẽ nulla, possentqꝫ in ea alij defectus cõsiderari, iuxta. l. nã ita diuus. cũ sua materia. ff. de adop. ꝛ iuxta tradita per Ang. in ꝯsi. xciij. visis, ꝛ inspectis. in. i. ij. ꝛ. iij. col. ꝛ per Deci. in ꝯsi. cccxcix. ꝯclusionem. ad fi. super illis tñ vlterius non insistendo. ¶ Tertio loco dico ꝙ ex alio clarissimo, ꝛ indubitato fundamẽto pretensa arrogatio nulla fuit, ꝛ omnino inualida, qꝛ. s. in ea nõ interuenit personaliter ꝑsona do. Ludouici, qui vt asseriẽ volebat predictã Annam in filiã arrogare.
40 † nec potuit tale qd facere per procuratorẽ, prout de hoc est text. aptus, ꝛ ibi Bar. ꝛ oẽs tradunt in. l. post mortẽ. §. fi. ff. de adopt. ꝛ ibi in specie Alb. de rosa. dicit ꝙ adoptio per aliũ fieri non potest, ẽt ꝙ ad illud habeat mandatũ, tradit Bar. in. l. ita aũt. §. gessisse. ff. de admi. tu. ꝛ in. l. gallus. §. forsitã. vbi plene per Mod. ff. de liber. ꝛ posthu. ¶ Et huius decisio. ratio triplex põt allegari.
41 ¶ † Prima est, qꝛ in arrogatione ad instar stipulationis per verboꝝ solẽnitatem fit interrogatio, ꝛ rñsio, iuxta. l. ij. §. i. ff. de adop. ꝛ dixit Ange. in predicto ꝯsi. xciij. iij. col. merito reqritur presentia, ita vt nec per procuratorẽ fieri possit, prout hanc rõnem assignat Fulg. in. d. l. post mortẽ. §. fi. ꝛ eum refert, ꝛ seqtur patruus,
42 ꝛ do. meus Soci. in. d. §. forsitã. ij. col. ver. scđa ꝯclusio. ¶ † Secũda ratio est, qꝛ adoptio, siue arrogatio imitaẽ naturam inquantum põt. l. adoptio. n. ff. de adop. ꝛ. §. minorẽ. insti. eo. tit. vnde sicut vera, ꝛ naturalis filiatio non põt fieri per procuratorem, ita nec ẽt ficta, ꝛ istam rõnem assignat Bar. in. d. l. ita aũt. §. gessisse.
43 de admi. tuto. ¶ † Tertia ẽt ratio allegabatur, qꝛ. s. adoptio, siue arrogatio non dr̃ esse in administratione patrimonij, ꝛ ideo non põt fieri per procuratorem, sicut de manumissione, dicit glo. in. l. nec mulierẽ. C. de vindi. lib. ꝛ apud ꝯsil. manu. ꝛ istam rõnem assignat Bar. in. d. §. gessisse. ꝛ in. d. §. forsitan. vbi ẽt do. meus So-
44 ci. ꝛ alij sequunẽ. ¶ † Et si dicatur ꝙ ẽt legitimatio vr̃ extra administrationem patrimonij, ꝛ tñ potest fieri per procuratores, ꝓut est magis cõis ꝯclusio doct. in. d. §. forsitan. ꝛ in. d. l. post mortem. §. fi. rñdetur posito ꝙ illa opi. sit vera, ꝙ inter casum, ꝛ casuꝫ
45 magna est differẽtia, † nam per arrogationẽ. l. disponit circa substantiã filiationis, qꝛ efficitur filius qui non erat in legitimatione aũt stante substantia filiationis addiẽ qualitas, qꝛ de illegitimo fit legitimus, merito lex facilius illud ꝯcedit, cũ facilius inducatur qualitas cũ substantia, iuxta nota. in. l. talis scriptura. §. fi. in gl. fi. ff. de leg. i. cũ si. ad hoc propositũ in indiuiduo allegatis per Nic. de Neap. in. l. excusare. ff. de excu. tu. cuius lectu. imprimitur cũ lectu. Bart. ꝛ ita hanc rõnem differentie refert, ꝛ cõmendat Jas. in. d. §. forsitan. iiij. colũ. ver. adde ꝙ alio modo. ¶ Preterea, ꝛ scđo arrogatio dr̃ actus ipsius patris arrogantis, merito eius persona dꝫ interuenire cum simus extra administrationeꝫ patrimonij, sed legitimatio dr̃ actus ipsius principis patre supplicante, seu ꝯsentiente, in ea. n. disponit princeps, ꝛ ius legitimitatis ꝯcedit, at in adoptione, vel arrogatione pater arrogãs disponit, qꝛ arrogat, merito in ea ꝓpria ꝑsona prĩs dꝫ interuenire, non sic in legitimatione, prout hanc rõnem assignat Bar. ꝛ sequũtur
46 alij in. d. §. forsitã. ¶ † Sed vlterius dicã quicquid de his tribus rationibus qs sentiat de eis non esse multum curandũ, cum habeamus expressam decis. legis in casu nostro in. d. §. fina. ꝛ cõiter doc. omnes ita ꝯcludunt firmantes per illuꝫ tex. arrogationẽ requirere presentiã arrogantis, ꝛ per procuratorem fieri nõ posse. ¶ Ex predictis itaqꝫ oibus intrepide ꝯcludenduꝫ puto primo, ꝛ ante omnia prefatã Annam succedere aliquo modo non posse predicto do. Ludouico, neqꝫ vti filiã naturalem, qꝛ vel non est talis, vel non dr̃ ita legitimata vt succedere possit, neqꝫ ẽt vti filiam adoptatã, siue arrogataꝫ, cũ asserta arrogatio fuerit, ꝛ sit nullius momenti. ¶ Scđo successiue eidem do. Ludouico intestato decedenti successisse eius proximiores sanguine coniunctos.

Socin. nepos Padue legens. 1540.

CASVS

¶ Alexander furega nobilis Mãtuanus habebat ab episcopatu Mantuano in feudũ antiquum quasdã petias terrarum, seu vnam possessionẽ, quam donauit monasterio, ꝛ monialibus sancte Marie de misericordia ciuitatis Mãtue asserens de hoc se habere licentiam Reuereñ. Cardinalis, Episcopi, ꝛ administratoris. d. epatus Mantue, que tñ assertio non probatur vera.
¶ Sed ex post per aliquot dies locũ tenens predicti Reuerendis. Cardinalis, dicens se id facere vigore quarũdam litteraꝝ ipsius Cardinalis predictã donationem ꝯfirmauit, ꝛ ratificauit nomine predicti administratoris, ꝛ eodẽ nomine predictas moniales inuestiuit de predictis terris, prout hec oia latius patent in scripturis desuper ꝯfectis, quarũ copia transmittitur. s. primo copia antique inuestiture, quã habebat Alexander predictus cuꝫ suis fratribus, scđo donationis predicte, ac ẽt litterarum, de quibus supra, atqꝫ etiam inuestiture nouiter facte ipsis monialibus.
¶ Decessit modo. d. Alexander sine filijs masculis, superstitibus sibi qbusdam fratribus, siue filijs fratruꝫ, ꝛ sic superstitibus agnatis, qui presupponuntur vocati ad ipsum feudum vigore antique inuestiture, ꝛ de hoc non fit dubitatio.
¶ Queritur modo nunqd isti agnati sint admittendi contra predictam donationeꝫ asserentes eam non potuisse illis ignorantibus preiudicare, an vero contra, cum contra eos allegetur Mantue extare consuetudinem, ꝙ alienatio feudi facta de cõsensu domini directi preiudicat etiam agnatis.

SVMMARIVM

¶ De feudo antiquo ꝙ alienari non possit in preiudiciuꝫ agnatorum, etiam cum consensu domini.
¶ Et de consuetudine contraria, an valeat, ꝛ quõ sit intelligẽda.
¶ Et de ratificatione ꝙ non trahitur retro in preiudicium eius, cui interim est ius quesitum.

1 Consuetudo est tanquam lex obseruanda.
2 Consensus alicuius qñ requiritur ratione sui preiudicij nõ est necessariuꝫ ꝙ in ipso actu interponatur, sed sufficit ex post facto interponi per viam confirmationis, vel ratificationis.

3 Feudum

## CONSILIUM CI

Dirigat Dñs xba mea inviã veritatis, & iustitie. ¶ Inspectis pũcto, & scripturis, de qbus in eo fit mentio, omnibusq; diligẽter ɔsideratis, resolutio presentis ɔsultationis visa est admodũ dubiã. ¶ Naz primo aspectu videbatur oĩno preiudicatum agnatis predicti Alexandri donan- 1 tis, † qm̃ attenta ɔsuetudine, de qua in puncto, que tanq̃ lex videtur obseruanda, iuxta. l. de qbus. cum materia. ff. de legib. & §. ex non scripto. insti. de iu. nat. gẽ. & ciui. cũ simi. dicitur ipsis agnatis preiudicatũ, si in tali donatione interuenit ɔsensus directi dñi, qui certe vr̃ interuenisse, nam locũ tenens inspecto tenore litterarum Reuereñ. Cardinalis administratoris epatus Mantue directi dñi ipsius feudi eius nomine tali donationi ɔsensum prestitit illaz ɔfirmando, & ratificãdo. ¶ 2 † Nec vr̃ quicq̃ obstare quod talis consensus nõ fuerit ab initio in tali donatione prestitus, q2 ratificatio illa retrotrahitur. c. ratihabitionẽ. de reg. iur. lib. vj. qñ. n. ɔsensus alicuius reqritur rõne sui preiudicij non est necessariũ, quod in ipso actu interponatur, sed sufficit ẽt quod postea subsequat̃ per viaz confirmationis, vel ratificationis, prout ꝓprie fuit in casu nostro, vt. l. fi. C. ad maced. & l. donationes. la. i. in fi. C. de donat. inter vir. & vxo. l. i. §. pdest. ff. quo. lega. & c. i. in prin. ibi, vel postea ratuz non habentibus &c. de alien. feu. pater. cum ɔcor. vt in proposito nostro alleg. Curt. iunior in ɔsil. i. facti contingentia. vi. colum. & in suo tracta. feudoꝝ. in. iiij. parte in materia alienationis feudi, in. ij. quest. circa scdam regulam formata. ¶ Nec ẽt videtur obstare si dicatur ɔsensum Reuereñ. Cardinalis non videri isto casu prestitum, cũ in suis litteris dixerit quod consentire nolebat, qñ resultaret notabile preiudicium episcopatui, qd isto casu videtur euenisse, q2 cuz illud monasterium donatariũ semper viuat, dicitur sublata spes reuersionis feudi ad episcopatũ, quaz habebat, si apud laicos permansisset, qm̃ ad hoc videtur posse rñderi quod apud Reuereñ. Cardinalem istud preiudiciũ non videtur esse tale, propter qd nolit consentire, cum iam sciret in omnem euẽtum talem spem esse perdendam, & non est dubiũ quod aliquo casu consentire voluit, vcz si cum paruo damno suo fieri possit, vt in litteris aperte dicitur, & tñ etiam eo casu, & semper spes illa veniebat perdenda propter qualitatem donatarij, vt. s. Sic igitur videtur quod de tali preiudicio non senserit Reuereñ. Cardinalis, & sic videt̃ quod eius consensus videatur recte prestitus, & per ɔsequens quod etiam agnatis dicatur preiudicatũ vigore predicte ɔsuetudinis. ¶ Istis tñ non obstanti. maturius, diligentiusq;, omnibus ɔsideratis, & stantibus veris his que in facto presupponunt̃, contrariam opinio. de iure probabiliorem arbitror, queadmoduz, & recte ni fallor, visuz fuit excellẽtissimo aduocato do. Francisco galuagno, mihi vti fratri boñ. & olim acutissimo discipulo meo. ¶ Et pro clariori demonstratione veritatis, † presuppono quod cũ feudum, de quo agi- 3 tur fuerit, & sit antiquũ, vt mihi in facto presupponitur de sui natura est transitoriuz ad agnatos vltimo loco decedentis sine filijs masculis, qui tñ agnati sint de descendentibus primi inuestiti, & tales agnati sunt habituri feudũ suo proprio iure ex ꝓuisione primi inuestiti, & ex gratia, & concessione ɔcedentis, & non ex aliquo facto illius agnati, qui nouiter decessit, vt declarat Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. & tradit Andre. de isern. in. c. i. §. quid ergo. colũ. fin. de inuesti. de re alie. fa. cum infinitis concord. qui allegari possent, sed gratia breuitatis dimittuntur, & q2 hoc est clarissimuz. Sic igitur in casu nostro isti agnati Alexãdri nuper defuncti dicuntur vocati ad feuduz istud ex concessione, & gratia ɔcedentis, & ex prouisione primi inuestiti eoꝝ ascendentis, & non ex aliquo facto predicti Alexandri. ¶ Et ex hoc sequitur quod per ipsum Alexandrum, aut aliqd eius factum nullum potuit 4 inferri preiudicium predictis agnatis, † non enim ɔuenit eos per factum Alexãdri iure suo priuari, non ab ipso Alexandro eis prouenientes, ꝓut voluerunt Cyn. Ang. Pau. de cast. & alij in. l. apud iulianũ. §. si quis alicui. ff. de legat. i. tradit Alexã. in consil. cvij. in causa Nicolai. post prin. lib. iiij. & plene de hoc scribit Jas. in consi. vij. vertitur ɔtrouersia. v. & vj. col. incipiendo ibi in vers. quarto adhuc. iij. volu. ¶ Et ista ɔclusio adeo vera est, vt proce- 5 dat, † etiam si cũ facto do. Alexandri vltimo defuncti concurrisset voluntas, & consensus dñi directi istius feudi, & sic in casu isto Reuereñ. Cardinalis, & administratoris episcopatus Mantuani, prout signanter declarat Bal. in. c. primo. §. hoc quoq;. de succ. feu. refert, & seqt̃ur Jas. in dicto consi. vij. & Cur. iunior in tracta. feudoꝝ. in. iiij. parte, in tertia regula. i. colum. & est de hoc tex. in terminis in. c. primo. in princi. de aliena. feu. pater. & ibi omnes docto. not. ¶ Et ista procedunt de iure scripto, ſm que infertur, quod ſm iuris scripti regulas isti agnati Alexandri nuper defuncti admittunt̃ ad recuperandũ bona feudalia per ipsum donata predicto monasterio, etiã quod vere interuenisset in tali donatione con- 6 sensus predicti dñi directi, † q2 vera, & magis cõmuniter approbata ɔclusio est, quod facta alienatione per vassalluz de feudo antiquo illud dicit̃ aperiri agnatis, vt. s. ipsi recuperare possint saltez mortuo alienante, prout videtur tex. in. c. i. §. titius. si de feud. ɔtro. fit inter dñm, & agna. & in. d. §. hoc quoq;. & ibi gl. Jacob. de beluis. Andre. de iser. Bal. & alij, de success. feu. ¶ Et dicit Jo. de imo. in. c. ij. de feu. quod in iudicando non est tutũ recedere ab ista opini. ¶ Et illam esse cõem, & tenendam asserit Jacob. de sancto Georgio in suo tracta. feud. in ver. & cũ pacto de non alienando. vij. colum. ver. sed quero de pulchra qõne. & Curt. iunior in tracta. feudoꝝ. in quarta ɔclusione. v. partis prin. & ita etiam firmat Alex. in consi. xxx. qm̃ omne datum. iiij. colum. i. volu. & Curt. senior in consi. xlviij. memorie recolende. colũ. xxj. versi. scdo respondetur.
7 ¶ † Istis modo sic stãtibus primo dici potest, quod allegata ɔsuetudo cum sit ɔtra ius scriptum, & preiudicet tertio in iure suo potest dici inualida, iuxta elegantem doctrin. Matth. de afflic. in. c. primo. vij. colũ. de feud. cogn. & maxime q2 ista ɔsuetudo, posito tñ quod probetur, q2 absolute non presupponitur, videt̃ omnino irrationabilis, vt ibidẽ per Afflic. declaratur. ¶ Et quod sit irrationabilis patet, q2 ſm eam posset vassallus cum dño conuenire dolose ad dãnum, & preiudicium eius agnati, qui post dictum vassalluz ad feudũ vocabatur vigore antique inuestiture. ¶ Et ad hoc plurimum facit pulchra decisio Dec. in consi. ccviij. ad clarioreʒ. 8 iiij. colum. ver. & per hoc rñdetur. dum concludit in casu suo, † qd consuetudo existens in Gallia, quod valeat alienatio feudi non intelligitur in preiudicium agnatoꝝ, quibus ius esset quesitum vigore dicte inuestiture, vt per eũ. Sic igitur ſm predicta cõsuetudo ista Mantuana, si probetur, videtur quod debeat intelligi dũmodo non fiat agnatis preiudiciũ respectu antiqui feudi in iure eis quesito ex antiqua inuestitura, prout proprie contingit in casu nostro.
9 ¶ † Facit etiaz, q2 consuetudo mala quantũcunq; longeua, & ab omnibus approbata non ligat, neq; seruari debet, vt not. Ange.

per illum tex.in auctent.vt nulli iudi.§.primo.negandũ enim non videtur ꝙ predicta consuetudo dicatur mala,cum sit ꝯtra.ll.⁊ in preiudicium tertij,⁊ ita ius tertio auferens,videtur ꝯtra iustitiaȝ naturalem,que est vt nemini ius suũ auferatur, ⁊ merito propter

10 hoc non debet valere,† prout de statutis ꝯtra iustitiaȝ naturaleȝ, vt.s.non valeant,nec dicantur ꝯfirmata per generalem confirmationem superioris,dixit Bal.in.c.ad nostram. de ꝓbatio. prout

11 ibi refert,⁊ sequitur Fely.colum.fin.℄†Facit etiam, qꝛ consuetudo ꝙ feudum alienetur irrequisito dño soluȝ valet, qñ domino nullum fit preiudicium,sed plenum ius eius reseruatur,sed si preiudicaretur non valet,vt egregie voluit Bal.in consil.ix. factum tale est.colum.iiij.versi.surgit hic nouum dubium.primo volum. Sic igitur videtur dicẽdum in casu nostro,vt non valeat consuetudo ꝙ feudum alienetur irreqsito agnato, cui ius est quesituȝ in

12 eius preiudicium.℄†Et generaliter ꝙ consuetudo circa feuduȝ irrationabilis,⁊ que continet iniquitatem non valeat, sed potius dicatur corruptela,dixit Andre.de iser.in prelud.feudorum, refert,⁊ sequitur Affli.in.c.i.§.mulier habens. scda colum. ⁊ in fi. si de feu.fuer.ꝯtrouer.inter dñm,⁊ agna.Cum igitur cõsuetudo sit talis,sequitur ꝙ valere non debet in preiudicium agnatorum. ℄Et hoc sit primum fundamentum in fauorem istoruȝ agnatorum.℄Secundum fundamentum est, qꝛ dico posito millies qđ consuetudo predicta probetur, ⁊ procedat etiam in preiudicium agnatorum,tñ non procedet, nec erit attendenda in casu nostro, nam illa debet intelligi tantum in casu, in quo fuit seruata, ⁊ ad aliũ casuȝ trahi non debet,qđ probatur primo, qꝛ regula est com

13 muniter approbata,†ꝙ consuetudo que est contra regulas iuris non extenditur ad casus similes,vt voluit Cyn.in.l.qđ vero.ff.de legi.prout refert,⁊ seqtur Afflic.in.c.primo.in princi. in vltimis verbis,de feud.cogni.⁊ docet Floria. in.l.venditor.§.receptũ.ff. si serui. vendi. sed ista ꝯsuetudo dicitur contra iuris regulas, vt

14 patet ex predictis, ergo ⁊c. ℄†Secundo generalius loquendo istud probatur,qꝛ consuetudo tantum habet de effectu, seu de potentia,quantum habet de vsu,seu quantum in vsu continetur, vt signanter voluit Bal.in.l.fina.C.cõmu.vtri.iudi.iij.colũ. in versicu.vnum aliud queritur.⁊ in.c.primo.in princi.v.colum.in verno.ꝙ etiam consuetudo ⁊c.de his qui feu.dare pos.prout refert, ⁊ sequitur Curt.senior in consil.xj.statuto Parmensi. scda colũ. in fi.⁊ Curt.iunior in consil.clxxj.materia presentis consultationis.iiij.colum.prope fin.vbi etiam allegat Areti.⁊ alios doctor. in varijs locis,vt per eum,merito ergo consuetudo vltra casum,

15 in quo loquitur non extenditur.℄†Quod etiam, ⁊ tertio probatur, qꝛ consuetudo dicitur esse stricti iuris, ⁊ proprios terminos non excedit.c.qđ ad translationem.⁊ ibi Abb.in vltimo notabi. de offi.lega.⁊ voluit Barto.in.l.prima.§.si quis hoc interdicto. ff.de itine.actuq; priua. ⁊ de hoc esse cõmunem regulam, inquit Cur.iunior in consi.lv.facio primam ꝯclusioneȝ.secunda colum. quod etiam dixit in dicto consil.clxxj.loco preallegato. Merito ergo consuetudo stricte debet interpretari, arg.l.quicquid astringende.ff.de verb.oblig.℄Et ista duo eo maxime procedunt, qñ cuȝ primo concurrunt,hoc est ꝙ consuetudo sit iuri contraria, vt per doctor.in locis predictis,vt sic omnia simul iungendo, dicamus consuetudinem iuri contrariam vti stricti iuris stricte interpretandam,⁊ in proprijs terminis sui vsus intelligendam,qꝛ dũtaxat tm̃ habet de potentia,⁊ effectu quantum hȝ de vsu, sed consuetudo de qua agitur,posito ꝙ probetur,⁊ procedat dicitur iuri scripto contraria,vt ex predictis constat, ergo vti stricti iuris tantum habet de effectu,quantum de vsu,⁊ vltra extendi non debet. Attento maxime ꝙ dicitur etiam onerosa,⁊ preiudicialis agnatis,sed sic est, ꝙ ista consuetudo in vsu suo solum habet, vt mihi narratur,qñ alienatio fit vere cum consensu dñi directi,hoc est qñ consensus directi dñi interuenit in ipsa alienatione,ergo non debet extendi,⁊ habere locum quãdo talis consensus in alienatione nõ interuenit,dato ꝙ ex post facto videatur aliquo modo interuenisse ratificatio. Negari enim non potest re ipsa, ⁊ in facto diuersum esse ab initio consentire,⁊ ex post ratum habere,vt de se

16 patet.℄†Et licet aliquãdo ratihabitio equipararetur cõsensui ab initio,vt.s.in contrarium arguebatur,tñ illud non semper procedit,vt patet ex his que tradunt Bartol.Alexã.⁊ alij in.l.bonorum.ff.rem ratam haberi.⁊ alibi sepe,⁊ inter cetera non procedit in casu nostro,ne consuetudo iuri contraria,que dicitur stricti iuris extẽdatur ad alium casum,ꝙ̃ in quo sit inducta,⁊ sic plus habeat de effectu,ꝙ̃ de vsu ꝯtra predicta.℄Dico itaq; in ꝓposito nostro ꝙ donatio,⁊ sic alienatio feudi,de qua agitur fuit realiter facta absq; consensu dñi directi,⁊ sic extra terminos consuetudinis,merito nullius fuit momenti,maxime in preiudiciuȝ agnatorum,quibus dicitur apertum feudum,vt saltem vocent̃ post mortem illius Alexandri donatoris,prout.s.deductũ fuit.℄Et pro predictis ꝙ consuetudo non trahatur ad istum casuȝ facit,prout

17 etiam excellentissimus aduocatus considerauit, † qꝛ consuetudo nihil aliud est, ꝙ̃ quoddam tacitum pactum ciuium, vnde sicut pactum non extenditur, iuxta.l.si vnus.§.ante omnia. ⁊ ibi tradunt docto.ff.de pactis.ita etiam nec consuetudo extendi debet.

18 ℄† Hinc est ꝙ consuetudo ꝙ feuda diuidantur per patrem inter filios non extenditur,vt pater possit vni prelegare,tam ⁊ si prelegatum videatur quedam diuisio,prout voluit Oldrad. in consi.cc.xxxvij.perlectis,⁊ diligenter attentis.quem refert,⁊ sequitur Felyn.in.c.auditis.vij.col.ver. consuetudo est pactum ⁊c.de prescript.℄Tertio in fauorem agnatorum facit, qꝛ posito ꝙ alias ratificatio superueniens sufficeret, ⁊ ꝙ ad talem casum traheretur consuetudo,qđ tamen est falsum per predicta , adhuc in casu

19 isto agnatis istis non preiudicaret predicta ratificatio,†qm̃ nunquam ratificatio trahitur retro in preiudiciũ eius, cui interiȝ fuit ius quesitum,iuxta doctri.Bar. ⁊ aliorum in.d.l.bonorum.rem ratam habe.Nunꝙ̃ enim ratificatio operatur, quãdo res nõ est integra,vt ibi per doctor.⁊ dixit Barto.in.l.si vxor.§.si qs vxorem.in scda oppositione.ff.ad.l.iul.de adult.Jo.andre.in.c.ratihabitio.de regu.iur.libro sexto,Bald.in.l.ordo.C.de execut.rei iudic.cum concordan.multis,⁊ per Alexand.in consil.clxvij.qm̃ res post princip.versi.preterea dico.vj.volumi.⁊ in consi.lxxviij. viso,⁊ diligenter.iiij.colum.versi.quarto respondeo.v.volumi. ⁊ firmat etiam Afflic.in decisionibus Neapolitanis,nu.cclxxxvj. Jacobus de prasitio.cum alijs,de quibus per excellentissimũ aduocatum,sed sic est ꝙ in casu nostro istis cognatis post alienationem,⁊ donationem factam sine consensu dñi directi fuit quesituȝ ius,⁊ apertum feudum,⁊ non dño,vel saltem veniant post mortem dicti Alexandri,cũ simus in feudo antiquo,vt.s.fuit dictum in presuppositis, ergo sequitur ꝙ superueniens ratificatio directi dñi eis preiudicare non debet, sicut enim consensus domini alias de iure ad aliquid sufficiens non operatur,neq; attendi debet si ex post superueniat,quãdo tertio ius est quesituȝ, nec ei preiudicat,vt ex predictis patet,ita etiam dicendum est de consensu domini,qui in casu isto fuisset sufficiens de consuetudine.

20 ℄†Quarto facit,qꝛ in inuestitura facta ipsi Alexandro,⁊ fratribus,⁊ ita etiã in alia antiqua inuestitura facta eorum patri adest expressum pactum iuramento firmatum, ꝙ ipsi non possint alienare bona feudalia,nec de eis,aut eorum parte aliquem contractum facere sine speciali,⁊ expressa licentia Reuereñ.domini directi,⁊ tale pactum debet aliquid operari,iuxta tradita per Cur. iuniorem in tractatu feudorum, in.iiij.parte in.xlj.⁊ vltima causa priuationis in prima regula in scda colum. versi. quarta declaratio est. dicam igitur ꝙ operabitur hoc, vt.s.licentia, ⁊ consensus dñi specialiter,⁊ expresse debeat interuenire, prout verba sonant,posito ꝙ forte alias sufficerent equipollentia, ⁊ ꝯsequenter dicatur conuentum,ꝙ consensus dñi,qui ex consuetudine Mantuana sufficere solet,debeat specialiter,⁊ expsse interponi,⁊ alias alienatio non valeat,⁊ non est dubium tale pactum valere, cuȝ in

21 feudis pacta fere omnia valeant, ⁊ sint seruanda, † semper enim tenor inuestiture cum suis pactis debet ante omnia inspici,⁊ derogat omni nature feudali,⁊ est tex.in.c.primo.prout ibi multuȝ not.Bald.de duobus fratribus a capi.inuestien. ad quod plura cumulari possent,vt per Jaso.in consi.ccxxxiij.presens consultatio.iiij.colum.versi.vj.ad predicta.secundo volumi.⁊ in consilio. cxxxvj.presupponitur in facto.iij.colum.versicu. item ista est vna maxima.iiij.volumi.⁊ per Alber.brun.in consil.xxxix. circa antedictum casum.secunda colum.⁊ per alios in varijs locis, quos omitto,qꝛ hoc clarum est,⁊ in materia feudorum dicitur vna maxima,vt inquit Jas.in dicto consil.cxxxvj.℄Modo in proposito dico, ꝙ talis consensus in casu nostro non interuenit, nisi specialis,⁊ expressus,ergo ⁊c.℄ Illud autem probatur, qꝛ Reuereñ.Cardinalis administrator episcopatus Mãtuani in suis litteris expresse non consentit,immo dubitatiue loquitur, ⁊ vult res diligenter considerari,⁊ vult postea illustr.Duci eius fratri morẽgerere,si illud potest fieri sine notabili preiudicio episcopatus, ⁊ sic locutus fuit conditionaliter,ex quibus verbis nõ potest colligi expressus,⁊ specialis consensus,vt requirebatur ex forma pacti,⁊ inuestiture,cum ꝯditio se habeat ad esse, ⁊ abesse, vt est no-

22 tum.†Nec qui loquitur conditionaliter dicitur simpliciter, ⁊ specifice loqui,iuxta doctri.doct.Barto.in.l.prima.in princip.post oppositiones.ff.de vulga.⁊ pupil.cum qua transeunt magis communiter doctor. vt ibi per Alexand. ⁊ alios, ⁊ voluit etiam hoc Bald.in consilio.cclxix.quidam nomine.primo volumine.

℄Et

¶ Et plus etiam dici potest quod conditio predicta non probatur, nec potest dici impleta, vt statim dicam, ergo &c. ¶ Preterea, & quinto, vbi etiam predicta omnia non procederent (que tamen iuridica vestra) in fauorem predictorum agnatorum facit, quia absolute dici potest alienationem, & donationem predictam esse factam absque aliquo consensu, & licentia Reueren. do. administratoris, etiam quod postea nomine eius videatur interuenisse ratificatio mediante persona ipsius locumtenentis. ¶ Et si domini directi, & sic ipsius Reueren. administratoris licentia, & consensus non interuenit in predicta donatione, sequitur quod sumus extra terminos predicte consuetudinis, & per consequens quod alienatio predicta non potuit aliquo modo nocere istis agnatis in iure eis iam quesito mediante antiqua inuestitura, secundum ea que supra in principio dicta fuerunt.

¶ Quod autem donatio dicatur absolute facta sine consensu domini probatur, nam quod a principio talis consensus non interuenerit est plusquam clarum, nullibi enim de eo apparet, † & cum illum interuenisse sit facti non presumitur, nisi probetur, ad quod vulgo allegatur. l. in bello. §. facte. ff. de capti. & postli. reuer. licet mihi hoc non probet ille text. sed tamen probatur in. l. si emancipati. C. de collatio. in versi. probatis &c. ¶ Et licet in tali donatione videatur talis consensus presupponi, tamen si aliter non probatur, non presupponitur, vt dixi, † & asserenti illum interuenisse incumbit sue assertionis probatio. l. actor. C. de probatio. & l. ij. ff. eodem tit. cum similibus. Sed dico etiam quod nec ex post facto potest dici talem consensum per viam ratificationis interuenisse, quoniam in litteris Reueren. administratoris talis consensus non exprimitur, sed solum dicitur, quod eius locum tenens, ad quem littere diriguntur annuat votis illustrissimi, & excellentissimi Ducis, si ipse locumtenens omnibus diligenter consideratis, inuenerit id fieri posse absque multo damno suo, & notabili preiudicio sui episcopatus. Uerum si sine preiudicio notabili fieri non poterit non consentiat, sed eum excuset apud excellentissimum Ducem, & sic ex talibus verbis manifeste patet ipsi locumtenenti esse factum mandatum limitatum, seu qualificatum secundum importantiam illorum verborum, † cuius mandati, & commissionis fines non licebat tali commissario excedere. l. diligenter. ff. manda. §. is qui exequitur. institu. de manda. & c. cui de non sacerdotali. de prebend. libro sexto cum similibus.

¶ Hoc ita stante, dico quod locumtenens in sua ratificatione, & in inuestitura, quas fecit nomine Reueren. Cardinalis excessit fines mandati, quia scilicet assensit votis illustr. Ducis non obstante quod damnum ipsius Cardinalis, & episcopatus esset magnum, & notabile, † & consequenter dico quod non fuit impleta conditio, sub qua Reueren. Cardinalis consensit, secundum quod. s. dicebam, merito eius consensus non potest dici adesse. l. qui heredi. §. plautius. vbi Barto. & dominus meus Socin. ff. de conditio. & demonstra. l. cedere diem. ff. de verborum significa. & l. i. §. sinautem. C. de caduc. toll. cum infinitis similibus. † Notabilitas autem damni, & preiudicij ipsius episcopatus inter cetera, que gratia breuitatis omitto, probatur ex quantitate feudi, seu eius magno valore, nam vt mihi in facto presupponitur excedit valorem ducatorum duorum millium, que summa cuilibet bono viro, videbitur magna etiam respectu episcopatus, argumento eorum que tradit Bartol. in. l. admonendi. colum. penultima. ff. de iureiuran. in versicu. sed est aduertendum que dicantur cause magne. cum quo transeunt doctores, vt ibi per Jasonem, & Curt. iunior. & mihi videtur quod de hoc senserit Reueren. Cardinalis in suis litteris, quando dixit, senza vostro molto danno, & similiter etiam quando dixit, senza notabile preiudicio, nam cum sciret donationem debere fieri monasterio sancte Marie de misericordia iam sciebat illud non moriturum, & consequenter sibi auferri omnem spem reuersionis, iuxta. c. primum. §. inde potest presumi. & ibi doctores, & maxime Modernio. tradunt, de alien. feud. † quilibet enim presumitur scire. ll. l. leges sacratissime. C. de legibus. vnde iam sciebat Reueren. Cardinalis damnum illud perdende spei reuersionis sibi imminere, & certum esse, & ideo quando in suis litteris dicit debere considerari, an preiudicium sit notabile, siue an sit magnum damnum, videtur omnino habuisse respectum ad valorem, & estimationem feudi, siue ad eius quantitatem, an scilicet sit magnum, vel paruum, seu magne, vel parue estimationis, attento maxime quod in litteris illustrissimi Ducis, per quas petebatur consensus eius Reueren. Cardinalis non poterat certificari de predicta estimatione, siue quantitate feudi, quia solum in eis fit mentio vnius possessionis, seu predij, quod posset esse magnum, puta centum bubulcarum, & vltra, & etiam paruum, puta viginti, aut vigintiquinque bubulcarum, vel quid simile. Sic igitur videtur quod in hac dubietate, & incertitudine existens Cardinalis commiserit suo locumtenenti, quod si inueneorit omnibus bene consideratis ex donatione, que facienda erat inferri episcopatui magnum, & notabile preiudicum non assentiat, si autem modicum consentiat. Cum autem preiudicium esset magnum, & notabile, vt est dictum non debebat locumtenens assentire, & ideo quando postea consensit fecit contra voluntatem Reueren. Cardinalis, & dicitur excessisse fines mandati, merito sequitur quod donatio predicta remanet facta sine consensu directi domini, & propterea non sumus in terminis consuetudinis, de qua supra, que solum procedit quando alienatio fit de consensu domini.

¶ Reiecta ergo predicta consuetudine a casu nostro remanet, quod ex predicta donatione nullum potuit inferri preiudicium agnatis istis, qui vigore antique inuestiture dicuntur ad feudum vocari, secundum quod supra declaratum fuit. ¶ Et stantibus istis non est necessaria illa disputatio, vtrum istis agnatis liceat de iure tertij opponere, non enim veniunt per istam viam, sed dicunt ex antiqua inuestitura se vocari post mortem predicti Alexandri non obstante alienatione, seu donatione per eum facta, secundum ea que supra in principio dicta fuerunt. ¶ Quibus non obstat allegata consuetudo ciuitatis Mantue, quia illa procedit solum, quando alienatio fuisset facta cum consensu domini directi, & sic Reueren. Cardinalis, quod certe isto casu non contingit, vt modo dictum fuit. ¶ † Et vbi etiam in casu isto agnati dicerentur opponere de iure tertij essent audiendi, cum eorum intersit, iuxta doctrinam Barto. in. l. secunda. circa medium. ff. de exceptio. rei iudica. ¶ Item etiam, quia dicuntur in effectu habere causam, & ius suum ab episcopatu Mantuano ex gratia, & prouidentia eius in antiqua inuestitura, tunc enim licet de iure tertij opponere, vt declarat Bald. in auctenti. qui rem. secunda columna, versicu. subsequenter quero, emphiteota non soluit &c. C. de sacrosanctis eccle. prout hoc prosequitur excellentissimus aduocatus, super quibus non puto insistendum, quia non sunt necessaria, cum vt dixi, non simus in tali disputatione. ¶ Et ex predictis omnibus, vel singulatim, vel saltem simul consideratis resultat manifesta conclusio in fauorem predictorum agnatorum, vt scilicet ipsi sint omnino admittendi ad petitionem dicti feudi, non obstantibus his, que. s. in contrarium allegabantur, quibus ex iam dictis apparet clara, & iuridica responsio. Laus Deo.

Marianus Socinus iunior iuri sconsult. Senensis patritius. Padue legens. 1540.

## CASUS

¶ Illustrissimus quondam Federicus Dux Urbini asserens genitorem suum titulo donationis, seu potius remunerationis concessisse nobili viro quondam Antonio de statis pro se, & heredibus suis castrum Montisbelli cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs &c. & hoc suadentibus meritis, fide, & probitate eius erga dictum genitorem donationem predictam, seu remunerationem cum omnibus suis capitulis ratificauit, & approbauit domino Adoardo suo, & Julij fratris nomine petenti, & recipienti, dicens se id facere fretus quod dicti Adoardus, & Julius paternas virtutes imitentur, & in eadem fide, & deuotione persistant, ac erga se statumque suum laudabiliter, & bene se gerant, prout latius in dicta confirmatione apparet, cuius copia transmittitur.

¶ Ex post predictus Adoardus, & Joan. ludouicus filius, & heres domini Fabricij alterius fratris dicti Adoardi, & quilibet eorum pro sua tertia parte vendiderunt dictum castrum Montisbelli illustrissimo Duci Urbini, & sic sola tertia pars remansit predicto do. Julio alteri fratri predictorum Adoardi, & Fabricij.

¶ Decessit postea dictus dominus Julius, & ei superfuerunt comites Antonius, & Julius posthumus. quorum nomine postea pariter, & suo mater eorum domina Perablanca emit ab illustrissimo Duce Urbini predictas duas tertias partes dicti castri, & in instrumento desuper confecto sunt amplissime clausule ad contractum venditionis pertinentes, & quedam alie, vt ex ipsius copia, que transmittitur videri potest.

¶ His peractis decessit domina Perablanca, & postea decessit comes Antonius eius filius superstitibus sibi comite Nicola filio masculo, & Anna, & Catherina filiabus feminis, ac etiam comite Julio fratre eius.

¶ Demum decessit comes Nicola predictus intestatus sibi superstitibus dominabus Anna, & Catherina sororibus, & heredibus vniuersalibus, necnon etiam predicto comite Julio patruo eius.

¶ Queritur nunc, nunquid predicte Anna, & Catherina velut heredes fratris debeant admitti etiam ad partem illam predicti castri Montisbelli, que ad eorum fratrem nuper defunctum spectabat.

¶ Et quia hoc videtur pendere ab eo, vtrum scilicet castrum predictũ iure feudi ꝯcessum fuerit, vel ne, ideo de hoc solum querit.

## SVMMARIVM

¶ De donatione in remuneratione, ꝛ cõprobatione eius de quodam castro, vtrum scilicet importet feudum.
¶ Et similiter de quadam venditione, an sit facta iure feudi.
¶ Et vtrum semper sit feudum, vbi de fide fit mentio.
¶ Et ꝙ in dubio res quelibet presumitur libera, ꝛ non feudalis.

1. Feudalis concessio videtur quando in ea dicitur quod concedit propter fidem.
   Feudum a fide denominatur, ꝛ quare.
2. Seruitia personalia directis dominis pro feudis prestari solent.
3. Feudum alicui concessum in aliquem transferri non potest, nisi per viam subinfeudationis.
4. Quis in sua dispositione non presumitur velle impossibilia comprehendere.
5. Actus quilibet sic interpretari debet, vt valeat.
6. Feudalis res semel effecta videtur ꝙ semper sit feudalis.
7. Vassallus feudum recipiens magnam habet a domino suo dependentiam.
8. Feudum an possit concedi per viam venditionis, ꝛ ĩ. nu. 33.
9. Princeps, vel dominus, quando in concessione vtitur verbo dono, dicitur donationem liberam facere, ꝛ non feudalem.
10. Rex si donat aliquid non exprimendo ꝙ sit feudum dicitur rem illam libere donare.
11. Donatio dicitur fieri libera, ꝛ non feudum quando in verbis dispositiuis concessionis fit mentio de donatione.
12. Verbum concedo in dubio donationem importat.
13. Quid quando in concessione importante donationeꝫ sunt aliqua verba feudum etiam importantia.
14. Dominij appellatione in dubio directum dominium venit.
15. Dictio vt, sicut dictio sicut omnimodam similitudineꝫ importat.
16. Per feudalem concessionem vtile tantum dominiuꝫ transfertur.
17. Res quelibet libera presumitur.
18. Donatio fauorabilior redditur ob merita precedentia, que est irreuocabilis.
    Nec per liberorum superuenientiam reuocari potest.
19. Donatio ob benemerita a minore facta nõ requirit ad eius firmitatem cursum. x. vel. xx. an post maiorem etatem.
20. Priuilegium benemeriti concessum dicitur proprio motu principis concessum, licet regulariter contrarium presumatur, ꝛ amplius non dicitur priuilegium, sed beneficium.
21. Confirmatio de aliquo castro facta per principem, nil innouat, nec facit ꝙ castrum, quod non erat feudum, sit feudum.
22. Confirmationis natura est confirmata roborare, ꝛ non infringere.
23. Relatum dicitur cum suis qualitatibus esse in referente.
24. Feuda quare concedantur.
25. Feudum non debet dici, licet in concessione fiat reseruatio fidelitatis, si de donatione in verbis dispositiuis mentio fiat.
26. Feudum non potest dici sine inuestitura, vel eo quod pro inuestitura habeatur.
27. In feudis fidelitas iure obligationis debetur.
28. Verba ẽm subiectam materiam intelligi debent.
29. Dispositionis vna pars aliam maxime dubiam declarat.
30. Fidelitatem omnes subditi domino iurare debent.
31. Concessio facta iure proprio, ꝛ ad proprium, ꝛ in perpetuuꝫ feudo non conuenit.
32. Clausula illa in concessione posita ad habendum, ꝛ faciendũ de rebus venditis quicquid placuerit, non conuenit concessioni feudi.
    Vassallus de feudo etiam pro anima disponere non potest.
34. Feudum quid sit.
35. Corrigere seipsum nemo presumitur.
36. Contraria duo simul stare non possunt.
37. Iuramentum fidelitatis in feudo, quid importet.
38. Principi recomendati speciem seruitutis habere non dicuntur, sed liberi dicuntur.
39. Dominus, ꝛ superior quis potest dici ratione protectionis, ꝛ defensionis.
40. Bona libera, ꝛ allodialia domino loci ratione iurisdictionis, ꝛ superioritatis subiacent.
41. Feudum non potest vendi per vnum fratrem in alterius fratris preiudicium sine eius consensu.
42. Sorores excluso patruo fratri succedunt.

## CONSILIVM CII

Dirigat Dñs ṽba mea in viã veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Non sum immemor iam annus est, ꝛ vltra me quorundam consilijs subscribendo, consuluisse in fauorem illustr. comitis Iulij, vt scilicet ille fuerit admissus ad castruꝫ Montisbelli, vti feudum suis maioribus concessum exclusis dominabus Anna, ꝛ Catherina sororibus comitis Nicole nuper defuncti sine liberis loquendo de parte dicti castri, que ad ipsum comitem Nicolam viuentem pertinebat, ꝛ id feci presupponẽdo, prout etiam mihi in facto presupponebatur ꝙ apud predictos comites, ꝛ eorum maiores castrum predictum fuisset vti feudum per illustrissimum Vrbini Ducem illis concessuꝫ, ꝛ intentioneꝫ meaꝫ fundaui in natura feudi, que est vt transeat ad masculos, ꝛ cuius femine regulariter sunt incapaces, vt in dicto consilio videri potest. ¶ Et licet ex post aliqua viderim in facto tunc mihi incognita, ex quibus cõclusio per me facta in dicto consilio posset reddi dubitabilis, tamen ab ea minime recederem, sed quod scripsi scripsi, ꝛ ei nouiter adhereo. ¶ Nunc autem reuocatur in dubium, quod tunc in facto pro vero presupposui, prout tunc mihi presupponebatur, vtrum scilicet predictum castrum Montisbelli fuerit in feudum concessum, an vero libere, ꝛ vt allodiale donatum fuerit, ꝛ postea pro parte venditum respectiue ad ꝯtractus qui exhibentur. ¶ Et certe prima frõte videtur ꝙ fuerit concessuꝫ in feudum, ꝛ tanquam feudum debeat iudicari quẽcunqꝫ contractum inspiciamus, nam primo concessio dicti castri, siue donatio facta quondam domino Antonio de statis per illustrissimum comitem Guidantonium olim Vrbini Ducem fuit facta propter merita, ꝛ fidem ipsius domini Antonij versus illustrissimum concedentem. ¶ Similiter etiam eiusdem cõcessionis, seu donationis confirmatio ex post facta filijs predicti domini Antonij per illustrissimum Federicum filium predicti Guidantonij pariter Vrbini Ducem facta fuit propter fidem, ꝛ deuotionem dictorum filiorum, de qua erga se, ꝛ statum suum confisus fuit illustrissimus Federicus, vt in dicta confirmatione apparet, in versicu. freti ꝙ dicti Adoardus, ꝛ Iulius paternas virtutes imitentur, ꝛ in eadeꝫ fide, ꝛ deuotione persistant ꝛc. † Cum igitur in dicta donatione primo, ꝛ deinde in eius confirmatione dicatur ꝙ propter fideꝫ facta fuerunt, videtur sequi ꝙ fuerit feudalis concessio, nam licet fides, seu fidelitas capi possit varijs respectibus, tamen per excellentiam dicitur in feudis, ob quam causam feudum sic denominatur a fide, ꝙ in eo principaliter, ꝛ magis ꝙ̃ in alijs fides consideretur, vt declarat Bald. in prelud. feudorum, tertia columna, in versicu. secundo quero. ꝛ ibidem Aluarot. quarta, vel quinta columna, in versicu. quare autem appelletur feudum. ꝛ est text. vbi doctores not. in. c. primo. §. fina. per quos fiat inue. Dicamus ergo ꝙ mentio fidei, seu fidelitatis in predicta concessione, ꝛ eius confirmatione per excellentiam debet intelligi respectu feudi, argumento. §. sed quotiens. institu. de iure naturali. ꝛ ita videtur arguere Abb. in consilio octuagesimo secundo, quamquam in his dubijs. tertia columna, versicu. insuper presupponitur. primo volumine. ¶ Et preterea in instrumento predicte confirmationis asseritur ꝙ predictus dominus Antonius faciebat seruitia illustrissimo Guidantonio, ꝛ ꝙ propter talia seruitia, ꝛ eius benemerita facta fuit predicta concessio, seu donatio, merito etiaꝫ ex hoc videtur posse argui ꝙ in feudum talis concessio facta fuit, † cum pro feudis soleant prestari seruitia dominis directis loquẽdo de seruitijs personalibus, vt voluit Cyn. in auctentI. ingressi. colum. fina. versicu. circa premissa. C. de sacrosanctis ecclesijs. ꝛ Bald. in auctenti. si quas ruinas. eodem titulo, columna tertia, in versicu. quinto probatur. qui clarius idem voluit in additio. Speculato. in tit. de loca. tertia columna, vt refere, ꝛ sequitur Ias. in prelud. feudo. mihi in quinta columna, in principio. ¶ † Preterea, ꝛ tertio ꝙ predicta concessio primo loco facta, ꝛ subsequenter etiaꝫ cõfirmatio feudalis videtur posse suaderi, quia vt audio, dicitur ꝙ illustrissimus Guidantonius, ꝛ post eum Federicus predicti habebant totum Ducatum Vrbini in feudum a sede apostolica, ꝛ vt dicitur pro se, ꝛ heredibus masculis donec reperiantur ꝛc. sub quo Ducatu inter cetera castrum Montisbelli, de quo agitur videtur comprehendi, propter quod videtur ꝙ non potuerit per predictos illustrissimos Duces in aliquem transferri, nisi per viam subinfeudationis cum eisdem pactis, vt est textus in. c. primo. §.

mo.§.profecto.& ibi doctores dicunt de lege corra. Non ergo videtur quod potuerint dictum castrum liberum,& vt allodiale concedere,quia ipsi non sic habebant,& cum possent solum vt dixi subinfeudare in dubio predicta concessio, & postea eius confirmatio debent presumi facte pe viam feudi,† tum quia quis non presumitur velle in sua dispositione sibi impossibilia comprehendere.l.lucius.§.penultimo.ff.ad municipal. cum similibus, facit in argumentum.l.si quis ita.ff.de conditio.institu. †cum etiam quia actus quilibet sic debet interpretari,vt valeat.l.quotiēs. &.l.vbi est.ff.de rebus dubijs.&.l.quotiens in stipulationibus.ff.de verborum obligatio.cum similibus. Si igitur inspiciamus primam illam concessionem,& ipsius confirmationem postea subsecutā videtur quod dictum castrum Montisbelli possit appellari feudū per predicta. ¶Sed & si inspiciamus contractum venditionis per illustrissimum Guidobaldum Urbini Ducem facte de anno.M.D.ij.videtur similiter quod venditio predicta facta fuerit, vt de feudo,†tum quia res semel effecta feudalis videt quod semper sit feudalis,sicut dicimus quod res semel effecta alienabilis perpetuo est alienabilis,vt.l.pater filium.§.quindecim.& ibi doctores tradunt.ff. de legatis tertio. tum & maxime propter quedam pacta in dicto contractu venditionis inter partes conuenta in versicu. hoc tamen addito,& specificato &c. ibi enim inter cetera dicitur quod ipsi emptores,& eorum descendentes remaneant,& remanere intelligantur sub prefato illustrissimo domino vēditore in protectione,& dicti emptores intelligantur recōmendati in habendo amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis, vt omodo dependentiam habere intelligantur a prefato illustrissimo domino &c. videtur enim quod eiusmodi pacta proprie in feudis cadant,† nam vassallus feudum recipiens magnam habet a domino suo dependentiam, videturque eidem recōmendatus,& debet habere amicos domini pro amicis,& inimicos pro inimicis, & dici solet quod debet faydam, idest inimicitiam leuare, & ideo solis masculis regulariter feudum competere solet,quoniam id femine facere nequeunt, iuxta tradita per glosam,& alios cōmuniter in.c.primo.§.hoc autem notandum.super ver.legibus.in fi. qui feud. dare possunt.

¶Et propter hoc vltimum, posito quod esset feudum, memini me in alio consilio dixisse quod non debebat transire ad feminas.

¶Nec videtur obstare quod fuerit super isto castro, vel parte eius factus contractus venditionis,& emptionis,†nam etiam feudum tali modo videtur posse concedi,vt est tex.in.c.primo. ad fin.ibi, vel nisi emerit feudum,de feud.natur. & in.c.primo.post princip. ibi,vel nisi beneficium de cōmunibus bonis fuerit emptum, de benefi.fratris.cum similibus. ¶Hec sunt que primo aspectu quemquam inducere possent ad credendum, quod in proposito nostro castrum Montisbelli debeat dici feudum,& quod in eo,vt in re feudali succedatur. ¶Ex quibus fortasse motus fuit, qui alias in facto mihi presupposuit,vti iam dixi,quod verum esset feudum. ¶Et hoc stante procedit conclusio,quam alias in preallegato consilio firmaui in fauorem prefati comitis Julij. ¶Verūtamen predictis non obstantibus diligentius omnia considerando contrariam opinionem vti veriorem amplector,& concludo castrum predictum olim apud dominum Antonium de statis,& postea apud eius posteros non fuisse,nec hodie esse,vt feudum,sed fuit,& est vti res libera,& allodialis quamcunque acquisitionem,siue quemcunque contractum inspiciamus. ¶Et incipiendo a prima concessione olim facta per illustrissimum ducem,siue comitem Guidantonium, que tantum ostenditur per relationem de ea factam in eius confirmatione,quam postea fecit illustrissimus dux Federicus,dico,& concludo quatenus ex dicta relatione colligi potest, quod dictum castrum non fuit datum in feudum,sed fuit pure,simpliciter,& libere donatum predicto quondam Antonio de statis,& quidem in remunerationem suorum laborum, & meritorum, vt probant illa verba, eidem donasse,seu potius remunerationis titulo pro se, & heredibus suis concessisse &c. †quando enim dominus in cōcessione vtitur verbo dono,vel simili importante donationem dicitur per eum fieri libera donatio,& non feudalis concessio, vt pulchre concludit Oldrad. in consilio centesimo quinquagesimo nono, ex presenti themate.in primo dubio,& post Oldrad.ita firmat,& defendit plene ad partes disputaudo Alberi.de rosa. in rubrica.C.de donatio.in vltima questione,& eius dicta quasi ad verbum referens hanc opinionem sequitur Jacob.de sancto Georgio in tracta.feud.seu in sua inuestitura feudali,super versicu. inuestiui talem.tertia colum.in versicu.sed quero de questione.& ita etiam voluit Andre.de iser.in.c.primo.in fi.in additio. ex quibus causis feud.amit.†inquit enim quod si Rex rem aliquam donat non exprimendo quod sit feudum,dicitur rem illam libere donare, & quidē inter viuos,& non erit feudum, vt per eum, & ibidem hoc sequitur Jsern.referendo Matthe.de afflic. colum.penultima, in versic. vltimo dominus Andreas hic &c.hanc opinionem sequitur etiam Pau.de cast.in consilio centesimo sexagesimo primo,in presenti causa.colum.fina. Alexand.in consilio vigesimo quarto,ponderatis his que in themate.quarta colum.versicu. nec dicatur quod femine &c.libro quinto,& Deci.in consilio trigesimo secundo,& pro tenui.prima colum.versicu.non obstat ergo &c.in consilio ducentesimo octauo,ad clariorem.secunda colum.versic. postremo aduertendum.in consilio ducentesimo sexagesimo nono, consultus ab illustr.post principium,in consilio.ccc&c. quoniam ex facto ius oritur.quarta colum.versicu.tertio in eadem prima inuestitura. & in consilio.cccc&xij.consuluit accurate.per totum.† Omnes enim predicti in effectu volunt,& maxime Deci.in dicto consi.cccc&xij. quod quando de donatione fit mentio in verbis dispositiuis dicitur fieri libera donatio,& non feudalis concessio, & in hoc est cōmunis doctorum conclusio, vt ex predictis constat, merito ergo ita est dicendum in casu nostro,cum in verbis dispositiuis fuisset facta mentio donationis,vt ex verbis,de quibus.s.colligi potest. ¶Et plus etiam, quia in predicta donatione dicitur, de rebus donatis &c.ipse donator &c. & eandem donationem &c. &.s.scriptam donationem &c. adeo quod videtur procul ab omni dubitatione,quod prima illa concessio fuerit donatio,& non feudum, prout verba clare sonant,vt dictum est. ¶Quinimmo etiam illud verbum concessisse,similiter donationem demonstrat,†nam verbum concedo.in dubio donationem importat,vt inquit Barto. per illum textum,iuncta glo.in.l.vxori.§.fina.ff.de legatis tertio. prout refert,& sequitur alios concordā. allegando Jason in consilio. xlv.factum sic se habet.in princip. primo volumine. ¶† Et licet quando in concessione,in qua verba aliqua important donationem essent etiam verba aliqua importantia feudum, puta quia diceretur quod conceditur in feudum,vel quid simile,prout erat in casu Oldra.in dicto consilio centesimo quinquagesimo nono, posset de predicta opinione dubitari,prout de opinione Oldra. dubitat Jas.in prelud.feudo.septima columna,versic.si quis tamen vellet in predicta questione.& Cur.iunior in tracta. feudorum, in sexta questione prime partis,tertia colum.versicu.circa vero secundum requisitum.& tradit Deci. in consilio.cxciij. & pro tenui. tertia colum.ver.non obst.alleg.s.in contrarium,tamē in casu nostro cessat omnis dubitatio,quia in predicta donatione facta prefato domino Antonio nulla verba de feudo apposita fuerunt, quod appareat,& qui contrarium assereret deberet illud probare per regulam.l.secūde.ff.de probationi.cum similibus,sed bene fuerunt verba clara,& explicita donationem importantia, vt ex predictis constat. ¶Preterea quod dicta concessio fuerit libera donatio, & non feudum, probatur ex eo quod in dictum dominum Antonium fuit translatum dominium dicti castri,vt patet in predicta confirmatione,in versi.cum hoc etiam quod Antonio prenominato competerent immunitates,honores,& dominium &c. quod certe debet intelligi de directo,†tum quia dominij appellatione in dubio venit directum verbum illud capiendo in potiori eius significatione,iuxta.l.primam.§.fin.ff.si ager vectig.vel emphiteo. petatur. cum similibus,tum etiam,& maxime,quia imediate subditur quod ipse Antonius de rebus donatis disponere possit,vt ipse donator poterat,†importat enim dictio illa,vt,similitudinem,ac si dictū fuisset,sicut,iuxta doctrinam Bartol.in.l.fina.prima colum.versic. pro declaratione.ff.de eo quod certo loco. ¶Et quemadmodum per dictionem sicut, importaretur omnimoda similitudo, vt per patruum,& do.meum Soci.in consilio.cclij.visis instrumentis.septima colum.versicu.secundo quia dicit.secundo volumine, & quidem in substantia,& qualitatibus,vt in.c.fina.& ibi Anto.de bu. in quarto notab.de restitut.spoliato.ita etiam debet dici in casu isto importari per dictionem,vt,quod certe non cōtingeret,si dominium directum non esset translatum,vt ergo dominus Antonius potuerit in totum disponere, sicut poterat ipse donator dicendum est translatum in eum fuisse dominium directum,quo posito non potest dici quod concessio fuerit feudalis,†quia per illam dūtaxat vtile dominium transfertur directo reseruato domino concedenti.c.i.vbi no.de inue.de re.alie.fac.&.c.i.si de feu. fue. contro.inter domi.& ali.cum similibus,vt tradit Jas. in dicto consilio quadragesimo quinto,post princip.versicu.nec etiam ista concessio.vbi plura alleg. ¶Concluditur itaque ex predictis castrum, de quo agitur non fuisse datum in feudum, sed libere concessum titulo donationis. ¶Et vbi etiam res dubia esse,ita omnino esset tenendum,†cum in dubio quelibet res apud quempiam presumatur libera,& vt dicūt allodialis,nisi probetur feudalis, vt tra-

dunt Ioan.andre.& alij in.c.nimis.de iureiuran. Bald.in.c. cete rum.in fi.de iudic. Pau.de cast.in consilio.clxix.in causa quam magnificus.in princip.primo volumine,secundum nouam impressionem, Alexand.in consilio.cxxix.ponderatis his. in principio, libro primo,cum concordant.vt per Deci. in dicto consil.cclxix. in princip. in consilio.lxxxv. & diligenter pro tenui. secunda colum.& plenius in consilio.cccclxxiiij. preponitur quod magnifica. secunda colum.& per Prepositum in.c.primo.§.inter filiam. si de feu.fue.contro.inter domi.& agna. ¶ Et vltra allegatos per predictos doctores, ita etiam dixit multos allegando Curt. senior in consilio.lxxv.dominus Ludouicus.secunda colum.versic.tamen hoc non obstante. Alber.brun.in consilio primo, circa primum.prima colum.& legitur etiam ibi in consilio sequen. secũda colum.quod fuit domini Ioan.campegij aliquando preceptoris mei,cum alijs quampluribus,qui ad hoc allegari possent. ¶ Et eo magis ita est dicendum in casu isto,attento quod donatio dicti castri facta fuit in remunerationem benemeritorum dicti domi. Antonij.† Etenim benemerita precedentia fauorabiliorem, & pleniorem reddunt donationem,& ob eam causam dicitur talis donatio irreuocabilis omnino l.si pater.§.i.ff.de donatio.licet alia donatio quandoque reuocetur,iuxta.l.finalē.C.de reuocan.donatio. adeo nec per superuenientiam liberorum reuocari potest contra regulam.l.si vnquam.C.eodem titu.vt tradit patruus,& domin. meus Socin.in consilio.cxlvij.visa facti contingentia. colum.penulti.libro primo, Corne.in consilio.cxciiij.videtur in presenti. secunda colum.tertio volumi.& Deci.in consilio.xx.in causa istorum. ¶ † Sic etiam dicimus quod si fiat donatio a minore propter benemerita non requiritur pro eius firmitate post maiorem etatem cursus.x.vel.xx.ann.iuxta.l.fina.§.fina.C.si maior fac. alie. sin.decre.fa.rat.habe.sed sufficiet cursus quinquennij, iuxta.§.ibi precedentem.prout signanter determinat Corne.in consil.xxxvj. in hac consultatione.secunda colum.versi.item facta fuit. secundo volumine. ¶ † Sic etiam in simili videmus quod merita precedentia operantur vt priuilegium benemeriti concessum dicatur, proprio motu principis concessum,& non ad partis petitionem, licet regulariter contrarium presumatur,vt tradit Alexand.in.l. tertia.prima colum.versi.secundo limita,nisi precesserint merita. quod quisque iur. ¶ Quinimmo tunc priuilegium videtur perdere nomen priuilegij,vt sic non dicatur contra ius, sed potius debet dici beneficium secundum ius,ita vt late debeat interpretari, vt egregie tradit do.meus Socin.in consilio.lxxxiiij. accuratissime.quinta colum.in fi.libro tertio. ¶ Possent & alia plura similia deduci,vt ibi per Socin.& per Corne.in dicto consi.cxciiij. latius igitur in casu nostro hanc donationem interpretando propter precedentia merita dicemus non fuisse factam iure feudi, sed puram,& liberam,vt sic plenior stabiliorque,& perpetuo maneat.

¶ Et quod dictum est de donatione, & remuneratione predicta, vt scilicet non fuerit facta iure feudi,sed vti de re libera, & allodiali iure libere donationis facte propter benemerita,† dicendum est etiam de confirmatione facta postea per illustr.ducem Federicum,cum in illa simpliciter.s.scripta donatio,& remuneratio cum omnibus suis capitulis, & obligationibus ratificetur, & approbetur, & sic prout erat dicitur confirmata,ex quo sequitur quod nihil dicitur innouatum,iuxta.c.antepenul.& tradita ibi per Abbat.& alios,de confir.vti.vel inuti.& tradita etiam per Dec.in.l.more maiorum. quinta colum.versicu.quarta conclusio.ff.de iurisdictio.omn.iudi.sicut ergo prius dictum castrum non erat feudum, ita etiã non fuit effectum feudum per dictam cõfirmationem,† quia natura confirmationis est confirmata roborare, & non infringere, vt vocabulum ipsum,& ius eius demonstrat,cum confirmare sit quasi simul firmare,vt declarat ita in simili arguendo Corne.in consilio. ccxxxv.de pluribus queritur.iij.colum.secundo volumine. ¶ Et eo maxime hoc dicendum est,quia in dicta cõfirmatione dicitur quod illustr.dux Federicus illam faciens vult ea mediãte teneri, & obligari ad obseruationem conuentionis facte per illustr. genitorem suum ad ipsam se referendo, vnde cum in conuentione, & donatione per genitorem facta contineatur quod non sit feudum,sed libera donatio, vt dictum est, idem etiam dici debet de ipsa confirmatione,† cũ relatum dicatur cum suis qualitatibus esse in referẽte. l.asse toto.& ibi per Bar.& alios.ff.de her.instit.& l.institutio talis.ff.de condi.insti.cum alijs concor.vt per Alex.in consi.cxc.vi sis attestationibus.ij.colum.lib.vij.& in consil.xxiij. consideratis verbis.ij.colum.eo.lib.& tradit Cur.iun.in consi.xcij.habita diligenti.ij.colum.in fi. ¶ Nec predictis obst.allega.s.in contrarium respicientia primam illam donationem, & confirmationem eius, quia de facili respondetur. ¶ Et ad primum quatenus dicebatur concessionem fuisse factam propter merita,& fidem do. Antonij respondetur quod ex hoc non potest argui quod fuerit concessio feudalis,sed bene quod fuerit donatio ex causa remunerationis,prout clare dicitur in verbis suis,& s.fuit ponderatum,nam verba illa suadentibus meritis fide, & probitate &c. de quibus in instrumento donationis,prout in eius confirmatione refertur,intelligũtur de fide,& meritis precedentibus,in quorum remunerationem fuit facta donatio. ¶ † Feuda vero conceduntur propter fidem in posterum prestandam directo dño per vassallum,per quem in inuestitura fidelitatis promitti solet,iuxta totum titulum, & que in eo tradunt doctor.de for.fideli.& etiam in seq.de no.for.fideli.& de hac fide, & fidelitate promittenda,& in futurum prestanda loquuntur allegata in contrarium,& est tex.in.c.i.in fi.in quibus cau.feu.amit. ibi ad hoc vt ille,& sui heredes fideliter dño seruiant.& ita in simi. respondent Pau.de cast.in prealleg.consil.ibi colum.fi.versic.nec obst.quod appellent eum fidelem. ¶ Quinimmo voluit Deci.in dicto consi.ccccxiij.† quod etiam si fieret quedam reseruatio fidelitatis,non tñ deberet dici feudum,si de donatione in verbis dispositiuis fieret mentio,vt per eum. Fortius ergo non erit feudum in casu nostro,in quo nulla fit reseruatio fidelitatis, sed bene de donatione fit mentio in verbis dispositiuis, vt ex predictis constat. ¶ Et per predictam responsionem tollitur etiam scdm fundamentum fundatum in seruitijs personalibus,que solent pro feudis prestari,quia illud procedit quando vassallus occasione feudi recepti in ipsa inuestitura promittit seruitia talia prestare,& sic seruitia in feudis considerantur futura.s.post concessionem, & inuestituram feudalem prestanda,in casu autem nostro fit mentio de seruitijs preteritis,dicitur enim qui diu ad eius seruitia fuerat &c. que seruitia iam prestita induxerunt illustr. Guidantonium ad faciẽdam donationem predictam,sicut etiam.s.dictum fuit de meritis, & fide dicti do. Antonij, & propterea merito dicitur quod donauit, seu potius titulo remunerationis concessit,vt in dicta confirmatione aperte legitur,& quia ista sunt clarissima,& neminem, super eis puto hesitaturum,propterea vlterius circa ea non insisto. ¶ Et si dicatur quod imo predicta confirmatio facta fuit pretextu fidei, & seruitiorum de futuro,de quibus sibi prestandum confidit illustriss. dux Federicus, vt patet ibi in versi. freti quod Adoardus &c. vt in contrarium allegabatur. Rñdetur pluribus modis. ¶ Et primo dico quod quecũque verba in dicta confirmatione reperiantur, cũ de feudo nulla mentio fiat,& vti de feudo nulla fuerit facta inuestitura non debet dici feudum,† nam sine inuestitura,vel eo quod pro inuestitura habeatur,non potest dici feudum.c.i.quib.mod. feu. consti.potest.cum simi.& ibi dicunt doc.& tradit Matth.de affli. in.d.c.i.colum.penul.ex quib.cau.feu.amit. Illa autẽ verba freti q.d.Adoardus &c.non important feudum,nec habent vim inuestiture,sed aliter intelliguntur,vt.j.dicetur,ergo &c. ¶ Secũdo respondetur quod ex predictis verbis feudum argui non pot, tam & si de fide,& deuotione futura loquantur, † quia in feudis fidelitas debetur iure obligationis,vt.d.c.i.in fi.& expresse promittitur, & cum iuramento,vt in titu.qualiter iurare debeat vassal.& in duobus tit.seq.& ibi doct.declarant,at verba predicta in casu nostro hoc non important,sed solum demonstrant confidentiam, quam de illis Adoardo,& Iulio habebat illustr.dux Federicus,quod intelligi debet,vz quod bene se gerent,& in fide,& deuotione erga se, & statũ suum permanebunt virtutes paternas imitando, & sic quẽadmodum pater eorum viuens fecerat,qui quidem non seruierat, nec fuerat fidelis,vti vassallus,siue feudatarius,cum nullum feudum haberet,sed ex sua bonitate amore, & deuotione, quibus vti subditus prosecutus fuerat ipsum,& illustr.genitorem eius, propter que fuit postea motus predictus illustr.genitor ad donandum,& titu.remunerationis concedendum castrum predictum, sm quod.s.deductum fuit,& ista consideratio,vt puto, est pura veritas. ¶ Potest etiam tertio responderi,quod cum in casu nostro clare constet,quod donatio facta fuerit,& verba illa de confidentia fidei,& deuotionis sint dubia,quia posito absque preiudicio veritatis,qđ possint intelligi respectu feudi, negari tamen non potest quin etiam aliter intelligi possint,scilicet vt modo dixi, debent dicta verba in dubio sic intelligi,vt per verba clara declarentur, & sic quod non alterent donationem, & consequenter qđ feudum non inducant,† tum quia verba debent intelligi secundum subiectam materiam.l.si vno.in principio,vbi Barto.ff.loca.& c.solite. vbi doctores notant,de maiorita.& obedient.cum similib. est bonus textus, & ibi Aluarotus,& alij notant in.c. primo.§.finali. si de feud. content. sit inter dominum , & agnatum. † Tum etiam, quia vna pars dispositionis declarat aliam maxime dubiam.l. vtrum. & ibi summat Angelus.ff.de petitione hereditatis. & l. quemadmodum.

quemadmodum.§.fina. ⁊ ibi Florian. cum similibus.ff.ad legem aquiliam. ⁊ tradit patruus ⁊ dominus meus Socinus loquens de vna parte statuti, vt scilicet aliam declaret in consilio.ix. Viso statuto.secunda colum.tertio volumi. ⁊ in consil.xlvj. Eleganter ⁊ subtiliter.tertia colum.quarto volumi.⁊ Corne.in ɔsil. clxxxij. In causa vertente.tertia colum.tertio volu. cum multis alijs qui ad hoc allegari possent. ¶Item ⁊ quarto respondetur ⁊ tollitur aperte omnis difficultas, nam licet in predicta confirmatione nar retur illa ɔfidentia, ⁊ sic videatur fieri mentio de fide futura pro pter quod videatur posse argui feudum. Tamen quando postea confirmat in verbis dispositiuis expresse dicitur supra scriptã do nationem ⁊ remunerationem ratificamus, ⁊ approbamus, ⁊ qui dem cum omnibus capitulis, ⁊ obligationibus in ea expressis, ex quibus verbis plusꝗ̃ manifeste apparet, ꝙ nihil fuit imutatum, sed donatio, ⁊ remuneratio, prout erat fuit confirmata. Merito ergo non potest dici, ꝙ inductum fuerit feudum, ex quo prius nõ erat, ⁊ de eo nulla inuestitura facta fuit, ⁊ eo presertim quia si cuꝫ suis capitulis fuit dicta donatio approbata, ergo cum translatio ne dominij directi, ⁊ cum potestate, vt possent illi de rebus dona tis disponere, vt olim poterat illustrissimus Guidantonius, cum inter cetera hec contineantur in prima illa donatione, ex quibus manifeste colligitur, ꝙ non potest dici feuduꝫ, vt supra dictũ fuit. ¶Et quod de fide futura dicitur in dicto versic. freti quod dicti Adoardus ⁊c. debent prout etiam supra dixi intelligi aliter ꝗ̃ ra

30 tione feudi puta ratione subiectionis, †omnes eniꝫ subditi domi no suo fidelitatem debent, vt declarat Barto. in extrauaganti ad reprimen. in versicu. totius fidelitatis, ⁊ Jaco. aluaro. in. c. i. quid preced. debe. an inue. vel fide. in versicu. no. tex. ꝙ fidelitas, ⁊ ita in proposito respondet Paul. de castr. in preallegato consil. clxj. colum. fina. versicu. nec obst. ꝙ appellat eum fidelem. ⁊ idem vo luit Corne. in consil. xvj. Aperta fronte. colum. quinta. versic. nisi respondeatur. ꝙ gratia ista. primo volu. ¶Non omitto ꝙ quan do ex predicta confirmatione, aut suis clausulis preiudicaret ali quo modo dominabus Anne ⁊ Catherine sororis dictis comi tis Nico. ⁊ filiabus comitis Antonij, quondã comitis Julij an tiquioris, possent pro sua rata ex persona suorum auitorum taleꝫ confirmationem non acceptare, cuꝫ predictus comes Julius an tiquior nunꝗ̃ mandauerit illam peti, nec etiam expost illam rati ficauerit, sicut etiã eam postea, nec comes Antonius, nec comes Nicola illam nunquam ratificauerunt. Verum super hoc non pu to insistendum, quia predicta satis superqꝫ sufficiunt. ¶Demum non obst. tertium fundamentum sumptuꝫ ex. c. i. §. profecto. de le ge corra. prout in contrarium allegabatur. Quoniam responder negando ꝙ castrum Montis belli fuisset apud illustrissimuꝫ Du cem Guidantoniuꝫ iure feudi a sede apostolica, quinimmo dico, prout mihi asseritur, ꝙ erat apud eum iure plene proprietatis, et vti res libera, ⁊ ideo nil miruꝫ si eo modo ⁊ libere donare potuit, ⁊ quicunqꝫ asserit ꝙ haberet in feuduꝫ a sede apostolica simul cũ ducatu Vrbini debet hoc probare. Tum ex regula. l. ij. ff. de pro batio. ⁊ l. actor. C. eo. titulo. cum simi. Tum etiam qꝛ quelibet res apud quemcunqꝫ presumitur libera, ⁊ (vt dicunt) allodialis, vt su pra dictum fuit, ex quo sequitur ꝙ asserens contrariuꝫ habet pre sumptionem iuris contra se, ⁊ ideo ei onus probandi incumbit ẽt vbi alias non incumberet, vt. l. siue possidetis. cuꝫ ibi traditis per glo. fina. ⁊ docto. super ea. C. de proba. ¶Nec sufficit allegare ꝙ habebat illustrissimus Guidantonius ducatum Vrbini in feudũ, quoniam non sequitur, ergo ⁊ castrum Montis belli, cũ ipse aut sui antecessores non acquisierunt totum statum simul ⁊ eodeꝫ mo do, sed diuersis modis ⁊ temporibus, vnde facile esse potest (put pro vero mihi asseritur) ꝙ castrum istud liberum haberet. Et ex feudo ducatus Vrbini non est arguendum ad castrum Montis belli, non enim probat hoc esse quod ab hoc ɔtingit abesse. l. non hoc. C. vnde legiti. ⁊ l. neqꝫ natales. C. de ꝓbatio. cum similibus. ¶Quinimo ꝙ non haberet illud castruꝫ iure feudi suaderi vide tur ex duabus presumptionibus, que in contrarium allegaban tur. Dico enim ꝙ nemo presumitur facere quod non potest, ⁊ ꝙ quilibet presumitur velle actum suum valere, vt supra dicebatur, vnde cum illustrissimus Guidantonius libere donauerit, ⁊ dñium directum transtulerit, ⁊ cum plena potestate disponendi ad arbi trium donatarij certe credendum est, ꝙ nisi potuisset, ita non fecis set per predicta, sed si habuisset in feudum id facere minime po tuisset, ergo ne tantus, ⁊ tam sapientissimus Princeps dicatur fe cisse quod non poterat, ⁊ sic actum inualidum omnino presumen dum est, ꝙ apud eum castrum istud esset vti res libera ⁊ allodia lis. ¶Et eo maxime hoc dicendum videtur, qꝛ postea succeden te tempore illustrissimus Dux Guidobaldus partem dicti castri, que ad eum redierat iure proprio, ⁊ ad proprium vẽdidit domine Terre blance, ⁊ alijs, prout de hac venditione statiꝫ dicetur. Hec sufficiant quantum ad primam illam donationem ⁊ comproba tionem eius postea secutam. ¶Si vero considerare velimus ven ditionem que de qbusdam partibus dicti castri facta fuit, adhuc idem oĩo dicendum est, vt scilicet ex ea non sit aliquo modo con

31 stitutum feudum, †quoniam facta fuit iure proprio, ⁊ ad ꝓpriuꝫ, ⁊ in perpetuum, vt clare dicitur in dicto instrumento, quod non conuenit feudo, quia in vassallum non transit, vt ꝓpriũ, sed tan tum iure vtilis dominij vti res domini directi, ⁊ non in perpetuuꝫ cum ad dominum redeat ex defectu linee, per felloniam, per alie nationem, ⁊ alijs modis vt est notum, ⁊ habetur in titulo quibus modis feud. amit. pͥmo ⁊ scđo. ¶Item fuit facta venditio. d. par tium pro omni ⁊ quocunqꝫ iure ad Illustrissimũ venditoreꝫ quo modocunqꝫ spectãte, ⁊ precipue ratione vtilis directi, pleni ⁊ ple nissimi dominij. ¶Immo etiam ratione, signorie, ⁊ superioritatis nihilo penitus reseruato venditori, vt in dicto instrumento legi tur, quod certe non conuenit transferenti, seu constituenti feuduꝫ, cum tantum vtile dominium transferat, ⁊ directuꝫ pro se retineat cum superioritate, vt supra dictum fuit. ¶Considerandum etiaꝫ est, ꝙ in dicto instrumento semper appellatur venditio, ⁊ de feu do nullum verbum ponitur, nulla fit inuestitura, nec aliquod pre statur iuramentuꝫ fidelitatis, merito debet dici simplex venditio, ⁊ non feudi constitutio per ea que supra dicta fuerunt circa pͥmaꝫ illam donationem, ⁊ eius confirmationem. Nõ etiam ex eo pro

32 batur, †quia in clausula illa, ad habenduꝫ ⁊c. datur emptoribus, ⁊ eorum heredibus plena ⁊ libera facultas faciendi ⁊ disponen di de rebus venditis quicquid eis perpetuo placuerit, qđ est alie num a iure feudi, cum vassallus de eo disponere non possit etiam pro anima. c. ij. §. donare. qualiter olim feud. alien. pote. cuꝫ simi. Sic igitur concluditur ex predicto contractu venditionis, ⁊ em ptionis non posse dici constitutum feudum, sed fuit simplex ⁊ libe

33 ra venditio, vti de re libera ⁊ allodiali. ¶†Et licet aliquando re periatur, ꝙ etiam feuda vendantur. vt in. c. i. ad fi. de feud. natu. cum simi. ꝟ. in contrarium allegatis. Tamen illud posset procede re quando apparet expresse, ꝙ feudum venditur vt in dictis iuri bus, sed regulariter quando fit venditio, ⁊ nulla fit mentio feudi non dicitur fieri iure feudi, maxime attento ꝙ feuda ex sua regu

34 lata natura conceduntur gratis, ⁊ absqꝫ precio, †⁊ ideo solet de finiri, feudum vt sit beniuola actio gaudium tribuens capiẽti, ꝺm Jaco. de ardizo. ꝓut refert ⁊ sequitur Bal. in prelu. feud. iiij. col. qui etiam subdit ꝙ dicitur concessio feudi gratiosa, vt per eum, ⁊ consequenter sine precio, datur enim beneficium illud ex beneuo lentia, ⁊ sic non ex precio, iuxta definitionem aliam quã ponit Ja cobi. de sancto georgio in preallegata sua inuestitura feudali su per ver. in feudum. in princi. ¶Nec predicte conclusioni obstant duo allegata in contrarium. Nam dum primo dicebatur, ꝙ res semel effecta feudalis ⁊c. clare respondetur negando, ꝙ istud ca strum fuerit vnquam feudale apud istos Comites de statis vt ap paret ex predictis, ⁊ hoc in proposito sufficit. Tam et si ad argu mentum posset alijs modis responderi, sed nõ curo gratia breui tatis, ⁊ quia non est necessarium. ¶Ad illud autem quod secun do loco dicebatur de pactis in dicta venditione insertis in versi. hoc tamen addito ⁊c. respondetur ꝙ ex eis nõ debet quoquo mo do argui feudum, quoniam istud est impossibile ⁊ repugnantiam contineret, nam cum plenum ⁊ plenissimum, vtile ⁊ directum do minium cuꝫ omnibus alijs iuribus nihilo reseruato sit translatũ, vt dictum est, non potest dici, ꝙ sit feudum, in quo fit reseruatio

35 directi dominij, ⁊ quorũdam aliorum iurium, vt dictũ fuit, †alio quin iste contractus sibi inuiceꝫ repugnaret, ⁊ diceretur, quasi se ipsum corrigere, quod non est dicenduꝫ arg. l. non ad ea. ff. de con

36 di. ⁊ demonst. †⁊ eius quod dicitur duo contraria, ⁊ repugnantia simul stare non posse. l. hec verba. ff. de verboruꝫ significa. cum si mi. ¶Ex quo ergo verba predicti pacti feudum importare non debent alio modo intelligentur. Dicaꝫ itaqꝫ ꝙ important fedus quoddam inequale, qꝛ dicti emptoreꝫ vigore eiusmodi federis di cunt remansisse in ꝓtectione illustrissimi Ducis, ⁊ eideꝫ recõmen

37 dati, ꝙ qdem valde distat a natura feudi, †in feudo. n. iuramen tum fidelitatis, ꝙ prestatur speciẽ quandam seruitutis importa re videtur vt in simili voluit glos. iij. in. l. si vsufructus legatus. ff. de vsufruct. vbi illam notat Bald. qui idem ⁊ clarius dixit in. c. primo. §. primo. super ver. collocandam. si de feu. fuer. contro. vbi etiam hoc dicit Afflictus, ⁊ in. l. libertas. in principio. ff. de statu

38 hominum. †illi vero qui sunt alicui Principi recomendati non dicuntur habere speciem seruitutis, sed dicuntur liberi, vt decla rat Barto. in. l. non dubito per illum text. ff. de capti. ⁊ postlimi.

reuer. & in. l. prima. C. de excusa. mun. libro decimo. cum concor- dan. multis, vt per Socinum nostrũ in consilio. lxxiiij. In presen ti consultatione. secunda columna. versi. preterea dictum castrũ. primo volumine. ¶ Et ratione predicte protectionis, & recōmen dationis dicuntur isti de statis habere quandam dependentiā ab ipso illustrissimo Duce, qui eo respectu potest dici dominus, & su- perior eorum, [39] † cum ratione protectionis, & defensionis quis pos sit dici dominus. l. interdum. §. qui tutellam. ff. de furtis. prout ad hoc allegat illum textum Barto. in proemio fforum secunda co lumna. in versicu. item probatur quia &c. ¶ Et similiter etiam qđ dicitur in dictis pactis, vt isti de statis emptores habeant amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis intelligitur ratione predicte protectionis, & federis inequalis, sepissime enim inter principes, inter ciuitates & castra fiunt eiusmodi conuentiones, sed ex eis nō infertur ad feuda, vt est plusquam notissimum, & experientia docet, que dicitur magistra rerum. c. quam sit. de electio. libro sexto.

¶ Et sic patet non obstare, quod ego in alio consilio dicebam de vassallo, qui debet leuare faidam, idest inimicitiam quod mulieri non conuenit, nam ego fateor illud esse verum, quando esset feu- dum, & in inuestitura feudi esset tale pactum, nam tunc etiã quod feudum esset emptitium non transiret ad feminas, vt dixi in dicto consilio. Sed in casu nostro non sumus in feudo, sed in re libera & allodiali, & pactum predictum cum ceteris dicitur initum in qua- dam confederatione que dicitur facta ſm quod dictum fuit. ¶ Po test etiam dici quod illa verba, in habendo amicos pro amicis &c. de- beant referri potius ad illustrissimum Ducem, iuxta verborũ or- dinem, quam ad Comites de statis. Dicitur enim quod dicti emptores intelligantur recōmendati in habendo amicos pro amicis &c. quasi dicat in hoc eos recepit illustrissimus Dux cōmendatos, vt ha- beat eorum amicos pro amicis &c. sed vtcunque intelligantur solũ fedus quoddam demonstrat, & non feudũ per predicta. ¶ Pos set etiam dici quod omnia contenta in dicta clausula, hoc addito &c. intelligantur expressa inter partes respectu cuiusdam subiectio- nis ex parte emptoris, & superioritati ex parte venditoris, scilicet ratione iurisdictionis, [40] † quoniam etiam bona libera & allodialia subiaceat domino loci ratione iurisdictionis, & superioritatis, vt egregie scribit Oldra. in consilio. xlix. Consueuit dubitari. circa finem. vt refert & sequitur Jas. in prelud. feudo. in. xiij. diuisio. in fine. & mihi est in columna. xxxix. in fine. ¶ Remanet itaque ex pre dictis conclusio quod castrũ Montis belli apud istos Comites de statis nunquam fuit, nec hodie est vti feudum, sed vti res libera & al- lodialis. [41] ¶ † Quod etiam ex eo videtur suaderi, quia duo ex fi- lijs domini Antonij primi donatarij portiones suas vendiderunt vti res liberas, & pleno iure ad eos spectantes, quod certe facere non potuissent in preiudicium alterius fratris sine eius consensu, si castrum illud apud eos fuisset vt feudum, vt est clarum, & proba- tur in. c. primo. de alienatione feudi paterni. vbi omnes tradunt, & pro regula ponit Curt. in dicto tractatu feudorum. carta. xlvij. secunda colum. Et quod ipsi domino vendidissent quemadmodum etiam si ei renunciassent fratri eorum nō preiudicassent nisi duran te vita ipsorum refutantium, vt per eundem Curti. in dicta carta xlvij. tertia colum. versicu. extenditur hec regula. & tamen ven- ditio predicta vti de rebus liberis valuit, & frater eorum vendito rum nullum ius habuit ad venditionem rescindendã. Quod vel ex eo ostenditur, quia postea filij predicti fratris, vel qui eorũ no mine fecerunt redemerunt predictas partes, & sic constat quod ipse illustrissime Dux, & ipsi de Statis semper habuerunt castrum pre dictum non pro feudo, prout vere non est, sed pro re omnino libe ra & allodiali, prout vere est, vt ex predictis constat. ¶ Et stante predicta conclusione pro vera sequitur quod in dicto castro succedi debet non ſm naturam feudi, sed sicut in ceteris bonis liberis.

[42] ¶ † Et propterea sequitur quod Comiti Nico. nouiter defuncto ét in dicto castro pro sua portione successerunt eius sorores, vt pro- ximiores eorum patruo excluso, iuxta aucten. cessante. & que ha- bentur in corpore vnde sumitur. C. de legiti. heredi. ¶ Non obstā tibus his que dixi in alio consilio, etenim conclusio quam ibi fir- maui procedit presupposito, quod dictum castrum esset feudum, prout tunc mihi presupponebatur, & ita ego presupposui, prout in prin- cipio dicti consilij apparet. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens. 1541.

## SVMMARIVM.

¶ De feudo accepto, ita quod in eo, sui de domo sua succedant & nō extranei, an transire possit ad transuersales de agnatione.

¶ Et an aliquo respectu sit hereditarium.

1. Feudum ad directum dominum reddit deficiente linea inuesti- ti antiqui.
2. Verba sui de domo sua in inuestitura posita, quomodo intelligā tur, & infra nume. 11. 24. 29. et. 32.
3. Verba ſm subiectam materiam semper sunt accipienda.
4. Inuestiture verba debent intelligi ſm materiam feudorum.
5. Feudum ſm naturalem naturam feudorum solum ad descenden tes primi inuestiti transit non autem ad eius transuersales.
6. Feudum si concedatur Titio, & heredibus de quibus intelligat.
7. Feudum si sit concessum vbi pro te & filijs tuis masculis, & femi- nis, qui intelligantur vocati.
8. Femine ſm naturam feudi, si quando ad feudum admittunt non vocantur extantibus masculis.
9. Verba illa & heredibus suis quid importent.
10. Verba illa in inuestitura posita pro masculis, & feminis, quomo do intelligantur.
12. Feudum nouum cum consensu domini directi an possit in extra- neum alienari.
13. Verbum sui in materia feudali capitur pro heredibus, & infra nume ro. 27. et vide infra nume. 36.
14. In feudo nouo non succedunt nisi heres vltimi vassalli, vel saltẽ primi inuestiti.
15. Feudum paternum & antiquum non differunt.
16. Feudum non potest alienari etiam cum consensu domini in pre- iudicium agnatorum.
17. Feudum non potest etiam renunciari directo domino in preiudi- cium agnatorum eis non consentientibus.
18. Inuestitura feudi semp inspici dẽ quę omni nature feudorũ drogat.
19. Domus in materiam feudali pro agnatione capitur.
20. Verba debent intelligi ſm communem vsum loquendi.
21. Intellectus omnis est extraneus qui non sonat in auribus vulgi etiam si propria significatio repugnaret.
22. Feudum regulariter ad transuersales transire non potest, nisi ex forma inuestiture vocentur.
23. Verba in inuestitura posita, quod sui heredes succedāt compreben- dunt etiam transuersales.
25. Interpretatio semper est facienda, vt verba aliquid operentur.
26. Verbum, quodlibet, etiam minimum in inuestitura positum ali- quid debet operari.
28. Inuestitura facta de feudo, pro se, & heredibus suis quibuscunque, quomodo intelligatur.
30. Feudum nouum acceptum pro se, & descēdentibus, an possit ven- di, aut renunciari in preiudicium descendentium.
31. Feudi antiqui natura non mutatur, nec nouũ efficitur ex quibus- cunque verbis in inuestitura positis.
33. Feudorum tres sunt species.
34. Feudum in dubio an debeat dici hereditarium, & nu. 34.
37. Argumentum a verosimili procedit.
38. Dominus feudi in dubio videt velle illud illis concedere pro qui- bus inuestitus recepit.

## CONSILIVM CIII

D Irigat Dominus verba mea in viam ve ritatis & iustitie. ¶ In causa isto- rum nobilium de Comitibus, quam habent con- tra filios, & heredes quondam magnifici, & claris simi domini Joannis pisani cōclusionem firmatã in fauorem nobilium de Comitibus per excellentissimum Con- sultorem mihi vti patrem honoran. dubiam primo aspectu redde re videntur infra scripta, in quibus (ni fallor) stat punctus & tota difficultas presentis cōsultationis. ¶ Dico enim in primis quod feu dum istud decimale de quo agitur quando fuit concessum Ber- nardino, & Ludouico filijs domini Nicolai de comitibus videt fuisse concessum vti feudum nouum, & illo tunc deuolutũ ad men sam episcopalem per mortem quondam domini Prosdocimi iu nioris sine descendentibus habilibus ad dictum feudum, prout cla re hoc videtur contineri in inuestitura facta predicto Bernardi- no, & Ludouico de anno. 1502. [1] ¶ † Et vltra hoc videtur proba- ri, quia cum defecerit totaliter linea masculorum descendentium ex antiquiori domino Prosdocimo primo inuestito videtur quod feudum redierit ad dominum directum, & sic ad episcopatū Pa tauinum, iuxta. c. primum. de beneficio fratris. & c. primo. §. pri mo. de successione feudi. & c. primo. §. cum autem. vbi per docto. qui feudum dare possunt. cum similibus. & est glos. & ibi tradunt doctores in. l. ex facto. §. finali. ff. ad trebellianũ. ¶ Nec videtur obstare

obstare, quod in inuestitura antiquioris domini Prosdocimi legitur feudum sic fuisse concessum, quod sui de domo sua succedant, et non extranei, quasi quod illa verba velint vocare omnes de domo, et familia comitum etiam transuersales, vt infra dicetur.

2 ¶ † Quoniam videtur posse responderi, quod immo dicta verba videntur intelligenda solum de suis de domo sua, scilicet a se descendentibus, nam cum verba ista, de domo, varijs modis in iure capiantur, vt per Bartolum in.l.tutellas.ff.de capit.diminu.per Pau.de castro in consilio.xcij. Notandum est.circa medium, libro primo. secundum nouam impressionem, et tradit Corne.in consil.lv. Pro decisione.tertia colum.primo volumi.in consilio.ccxvj. Viso testamento.secunda colum.secundo volumi.in consilio.cxcviij. In proposita consultatione.secunda colum. tertio volumi. et in consilio.xlj. Videtur in hac.iij.colum.iiij.volumi.et Barba.in.l.cum acutissimi.mihi colum.lxj.C.de fideicōmis.et inter alia capiantur, pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine, vt per Barto. et alios in dictis locis. Videtur quod ita capi debeant in dicta inue-

3 stitura, † quoniam vt vulgo dicitur verba semper sunt accipienda secundum subiectam materiam.l.si vno. in principio.ff.locati. et ibi not. Barto.c.solite.et ibi tradunt docto.de maiorita. et obedien. cum

4 simi. ¶ † Et in proposito quod verba inuestiture debeant intelligi secundum materiam feudorum de quibus agitur tradit Andr.de isernia in.c.primo.de eo qui sibi vel heredibus suis.et Aluaro.in.c. fina.si de feu.fue.controuer.prout eos refert, et alios concordantes allegat Albert.brun.in consil.lxxx. Omnipotentis Dei. prima colum.et tradit Alexan.in consil. xxvj. Ponderatis his.iij.

5 colum.versicu.debet ergo. ¶ † Dico ergo quod de natura regulari feudorum, et secundum eorum consuetudines feudum solū transit ad descendentes primi inuestiti non autem ad eius transuersales, vt.d. c.i.de successio.fratrum, cum alijs supra deductis, ergo videtur necessario dicendum, quod verba illa, de domo sua, tantū de descendentibus intelligi debeant, vt sic intelligantur secundum subiectam ma-

6 teriam, et ei deseruiunt. † Sicut in simili videmus quod si feudum cōcedatur Titio, et heredibus suis intelligitur solum concessum pro eo et descendentibus, et non pro omnibus heredibus solum ex eo quia sic materia feudalis, seu feudi natura expostulat, vt traditur per omnes in dicta.l.ex facto.§.fina.et videtur tex.in.c.primo.§. et si clientulus.de aliena.feud.et in.c.fina.si de feud. fuer. controuer.et est hoc cōmune dictum apud docto.nostros, vt per Alex.

7 in dicto.§.fina. † Sic etiam habemus, quod si concedo tibi feudum, pro te, et filijs tuis masculis, et feminis, nō intelliguntur omnes simul vocati tam masculi, quam femine, sed ordine successiuo, scilicet prius masculi, et eis non extantibus femine, et istud quia illa verba, pro masculis, et feminis, debent deseruire subiecte materie feudali, et

8 secundum eius naturam intelligi que illa est, † vt femine si quādo admittende sunt non vocentur extātibus masculis.c.i.§.filia vero. et ibi Bald.not.de successio.feud.et.c.primo.§.quinetiam.vbi Bald. et Aluarot.in titulo episcopum vel abbatem. Sic igitur dicendū videtur in casu nostro de illis verbis, de domo sua, vt intelligantur de descendentibus, et non de transuersalibus ratione subiecte materie, vt dictum est. ¶ Et hoc videtur faciendum etiam si verba paterentur aliquam impropriationē, nam etiam in predictis duo-

9 bus casibus verba impropriantur. † Quoniam in primo verba illa, et heredibus suis, ex propria importantia significant omnes heredes, et successores.l.in annalibus.C.de lega.l.sciendum.in principio.l.heredis appellatio.et.l.heredis appellatione.ff.de verborum significatio.et constat ex toto titulo instituta de heredum qua-

10 lita.et differ.et.ff.C.et institu.de heredibus instituendis, † in secundo vero verba illa, pro masculis, et feminis, cum sint copulata ex eorum propria natura omnes simul vocant, et viriliter.l.reos.§. cum in tabulis.ff.de duobus reis. et.l.si quis titio.ff.de vsufruct. accrescen.cum similibus.et tradunt doctores in.l.gallus.§.quidā recte.ff.de liberis et posthumis. et tamen in vtroque a proprietate tali receditur vt verba intelligantur secundum subiectam materiam feudalem vt ex predictis constat. ¶ Esto ergo quod propria significatio illorum verborum, de domo sua, omnes agnatos etiam trāsuersales comprehendat, tamen videntur intelligenda tantum de descēdentibus domini Prosdocimi primi inuestiti ratione subie-

11 cte materie. ¶ † Ad quod facit, quia dicta verba ad ipsum dominum Prosdocimum relata possunt intelligi effectiue, scilicet de domo sua, idest de domo quam ipse effecit, et sic de suis descendētibus, item et contentiue hoc est in qua ipse continetur, et sic de tota agnatione in qua ipse reperitur, sicut in simili de linea alicuius dicimus, vt tradit patruus et dominus meus Socinus in consilio trigesimo tertio. Circa presentem, quarta, et quinta columna, tertio volumine. Et eo posito videtur quod debeant intelligi effectiue, et sic pro suis descēdentibus sicut etiam de linea concludit Socinus in dicto consilio trigesimo tertio. ¶ Quibus sic stantibus sequitur quod feudum istud in persona dominorum dicti Ber-

12 nardini, et Ludouici videtur fuisse nouum. † Et eo posito videtur, quod illi potuerint de eo disponere cum consensu Episcopi domini directi etiam quod dispositio facta fuerit in beneficium extranei, et ad preiudicium suorum filiorum, prout post Andream de isernia, scribit Jacobus aluarotus in.c.primo, circa finem principij.de alienatione feudi paterni.et videtur hoc probari in.c.primo.§.primo.de probibi.alienatione feud. per Federicum, et in.c. primo.§.si vero.de alienatione feudi.in generalitate dictorum iurium. Si igitur dispositio, et alienatio predicti feudi fieri potuit, et sic valuit non videtur, quod in presentiarum Bonifacius, et Paulus filij dictorum Bernardini, et Ludouici de comitibus possint retractare, et maxime quia eorum parentes disposuerunt de tali feudo illud renunciando in manibus Episcopi qui postea inuestiuit quondam clarissimum dominum Alouisium pisanum, prout sic de consuetudine seruari in alienatione feudi decimalis inquit Cardinal.in capitulo secundo.tertia columna, in decima questione, de feud.et refert et sequitur Jaso.in capitulo primo, quarta columna, qui feud.dar.possunt. ¶ Sic igitur ex hoc primo fundamento concludendum videtur predictos Bonifacium, et Paulum non esse audiendos. ¶ Quod etiam secundo loco ex alio videtur dicendum posito, quod feudum istud diceretur antiquum, quoniam videtur quod fuerit hereditarium attenta inuestitura facta antiquiori domino Prosdocimo, nam cum in ea dicatur, quod sui in tali feudo succedant, videtur quod debeat exponi, scili-

13 cet heredes, † quia verbum sui in dubio in ista materia capitur pro heredibus, vt volunt Andreas de isernia, et Baldus in capitulo primo.an agnat.vel filij.secundum quod refert et sequitur Alexander in dicto consilio vigesimo sexto. libro quinto.in dicto versiculo debet ergo referri. et Albert. brun.in dicto consilio octua-

14 gesimo. quarta columna. ¶ † Quo stante sequitur quod nullus potest ad predictum feudum admitti, nisi sit heres vltimi vassalli, vel saltem primi inuestiti, vt per doctores in dicto capitulo primo an agnat.vel filij.et per Alexandrum, et Albertum brunum in locis predictis, et fuit dictum Barto.in.l.vt iurisiurandi.§.si liberi. prima columna.ff.de operis libertorum. et tradit Curtius iunior in tractatu feudorum, carta octaua, columna prima, ad finem. et in secunda columna.et Jas.in.l.secunda.columna antepenultima in principio.iūctis pluribus ibi precedentibus.C.de iure emphyteotico. sed isti Bonifacius, et Paulus non sunt heredes domini Prosdocimi antiquioris, nec Bernardini, et Ludouici eorum parentum vltimo loco decedentium, ergo etc. ¶ Hec sunt que prima fronte me in presenti consultatione dubium retinebant contra conclusionem excellentissimi Consultoris.

¶ Uerumtamen eis non obstantibus, prout vere non obstant, vt statim dicetur conclusionem predictam vti iuridicam amplector, et vna cum excellentissimo Consultore, Consulo istis nobilibus de comitibus Bonifacio, scilicet et Paulo veluti comprehensis in antiqua inuestitura competere ius ad predictum feudum, eosque posse dicti feudi alienationem per eorum parentes factam rescindere, et reuocare. ¶ Et fundamentum est, quia hoc feudum in ista nobilissima familia dicitur antiquum, et pro ea vniuersaliter acquisitum ex gratia, et concessione Episcopi Patauini illud concedētis, et ex prouisione illius domini Prosdocimi, qui tempore suo inter primarios iurisconsultos habebatur. ¶ Siue velimus dicere, quod in persona domini Prosdocimi iunioris diceretur feudum paternum cum esset pronepos domini prosdocimi primi inuestiti, et sic non esset vltra quartum gradum.iuxta capitulum pri-

15 mum.§.primo.de successione feud. Sed de nomine non curo, † quia paternum et antiquum in proposito non differunt, et sepe in iure ista nomina confunduntur.c.i.§.bis ergo.de successione fratrum, et de grad.succe.in feud.et.c.i.post principium.ibi, paternum autem voco etc.de natura succes.feud.et vtrobique docto.tradunt, et declarat Jas.in preludi.feudorum.in tertia diuisione, mihi colū. xxvij.et Curti.iunior in tractatu feudorum.car.vij.colum. secunda.

16 ¶ † Quo posito manifesta sequitur cōclusio, quod nō potuerunt postea Bernardinus, et Ludouicus vltimo loco de dicto fundo inuestiti illud alienare, aut aliter disponere etiam cum consensu Episcopi domini directi in preiudicium agnatorum vocatorum vigore prime inuestiture.c.primo.de alienatione feudi paterni. vbi doctores not.cum similibus. prout etiam dixit excellentissimus Cōsulens, et hoc pro regula in materia feudali ponit Curt. iunior in

17 tractatu feudorum. carta.xlvij. secunda columna. ¶ † Et adeo verum est hoc quod procederet etiam si ipsi libere renunciassent domi-

no Episcopo, & alteri non vendidissent, naz nec talis renunciatio noceret agnatis predictis, qui ei non consensissent, vt idem Curt. inquit in dicta carta. xlvij. colum. iij. versicu. extenditur hec regula. ¶ Tota ergo difficultas est videre, vtrum predicti Bonifacius, & Paulus vigore prime inuestiture sint vocati, & certe inspe 18 cto tenore ipsius, † qui contra omnia inspici debet, & omni nature feudorum derogat, vt est notissimum, & in feudis pro vna maxima habent doctores nostri, prout post Bald. Aluarot. & Marti. de laud. per eum relatos declarat Jas. in prelud. feudo. in quarta diuisione mihi colum. xxxj. Inspecto inquam inuestiture tenore dicendum est predictos Bonifacium, & Paulum eē vocatos, nam cum in inuestitura dicatur cum hac conditione, q̄ sui de domo sua succedunt, non autem extranei, apparet omnes de domo vocatos esse, quod debet intelligi, scilicet de familia & agnatione 19 de comitibus, † Dominus enim in proposito nostro capitur pro agnatione. iuxta. l. pronunciatio. §. secundo. in versicu. cōmuni iure. ibi dum dicitur, qui ex eadem domo, & gente proditi sunt. ff. de verborum significatio. & supra per dominum Consulentez dictuz fuit, & ita pro agnatione domum poni dicebat Jaco. de are. in. l. prima. in principio. ff. ad senatusconsultum sillenia. quod Barto. ibi dicit esse notabile, licet illi textui non congruat, vt per eum, & tradit de hoc ibi insignis Moder. Joan. igneus colum. xxxij. cuz aliquibus sequen. vbi videtur tueri expositionem illam Jaco. de are. ¶ Sed quicquid de tali expositione dicendum sit, licet domus capiatur pluribus modis, tamen vbi non capitur pro materiali domo constante ex solo, parietibus & tecto, sed refertur ad personas ex cōmuni vsu loquendi capitur pro tota agnatione, vt inquit Corne. in dicto consilio. xxvj. quarto volumi. & in alijs consilijs supra allegatis. Et idem etiam voluit Petr. de ancha. in cōsilio. clij. Plura sunt dubia. secunda colum. cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent, sz isti Bonifacius & Paulus sunt de nobili familia, & agnatione, & sic de domo de comitibus, vt est notū, 20 ergo sunt vocati per illa verba de domo sua, † etenim tritissima regula est verba debere intelligi ſm cōmunem vsum loquendi. l. labeo, vbi not. Barto. ff. de suppellecti. legato. l. liberorum. §. quod tamen cassius vbi glo. & Barto. ff. de legatis tertio. glo. & docto- 21 res in. c. preterea. de verborum significatio. † & dicit Bald. in titulo de pace constan. in versicu. oppizoni. quod omnis intellectus est extraneus qui non sonat in auribus vulgi, & iter alia allegat. c. ex literis. i. de sponsalibus. ¶ Et procedit hoc etiam si propria significatio repugnaret, vt per Abbatem in. c. quāuis. de verboruz si- 22 gnificatio. cum multis alijs qui allegari possent. ¶ † Et licet isti Bonifacius & Paulus sint transuersales ipsi domino Prosdocimo primo inuestito, ad quos regulariter feuda transire non solent. c. i. §. i. de successio. fratrum &c. & c. i. de duobus fratribus de nouo benefi. inuesti. cum simi. Tamen si ex forma inuestiture etiā transuersales vocent̄ debent admitti & inuestitura attendi debet. c. i. de duobus fratribus a capita. inuesti. & ibi Bald. no. & tradit Preposi. in. d. c. i. in scdo nota. de duobus fratribus de nouo benefici. inuesti. & ſ. etiam dictum fuit, & quia hoc est clarum non insisto in allegationibus. Unde cum tenor inuestiture vocet illos de domo, idest de agnatione dicitur vocare omnes etiam transuersa- 23 les, ergo &c. ¶ † Immo etiam q̄ non esset dictū de domo sua trāsuersales venirent sub illis verbis, q̄ sui succedant, vt in simili voluit Bald. per illum tex. in. l. petitionem. C. de aduoca. diuer. iudi. refert & sequitur Beltran. in consilio. clxxx. Uiso casu. in principio. libro primo. ¶ Et predictam conclusionem in casu nostro quisqz aperto iure admittet, si allegata supra in contrarium resoluantur, in quo stat omnis difficultas. ¶ Quare ad ipsorum reso- 24 lutionem deueniendo dico, † q̄ non ob. dum primo dicebatur, q̄ verba illa, de domo sua &c. debebant tantuz descendentes importare, vt sic interpretentur ſm subiectam materiam feudoꝝ. Quoniam respondetur, & de plano illud procedere nisi verba sic acce- 25 pta superflua essent & nihil operarentur. † semper enim cuiusqz dispositionis sic facienda est interpretatio, vt verba aliquid operentur. l. si quando. de lega. i. & c. si papa. de priuile. in. vj. cum simi. & 26 tradit Bald. in rub. C. de contraben. emptio. in. ix. q. † asserens q̄ quodlibet verbum etiam minimum censeri debet positum cū effectu aliquid operandi, prout etiam firmat Alex. in consilio. cxcv. Perspectis instrumentis. colum. ij. in versi. secundo ꝓbatur. lib. vj. & tradit Marsil. in consil. xxi. Uocem meam exaudi. vj. colū. ad fin. cum infinitis concordan. qui ad hoc allegari possent, sed si illa verba acciperent̄ pro descendentibus tantuz superflua omni- 27 no essent, ergo &c. ¶ † Jstud autem ostendit̄, qz descendentes oēs iam erāt vocati per illud verbum sui, nam intellectum illud ꝟbuz ſm subiectam materiam feudalem tantum descendentes, & qdem

masculos comprehendit cum ipsi soluz regulariter in feudis succedant, vt supra dictum fuit, & istud voluit Alex. in. d. cōsil. xxvj. lib. v. in. iij. colum. versicu. & cum verba debeant intelligi. ¶ Quo stante verba illa, de domo, nihil penitus operarent̄, vnde vt operentur, & non frustra dicantur apposita debent importare omnes de domo, & sic de agnatione domini Prosdocimi etiam transuersales, & maxime qz istud conuenit cōmuni vsui loquendi ſm q̄ su- 28 pra dictum fuit. ¶ Et ad hoc in simili optime facit, † quia si quis inuestiatur de feudo, pro se, & heredibus suis quibuscunqz, verba illa non restringuntur ad descendentes licet sic subiecta materia postularet, sed intelliguntur etiam de extraneis, alias ad feudum non admittendis, & hoc ne verbum illud vniuersale, quibuscunqz sit superfluum, & nihil operetur, & istud videtur probari in. c. i. de feud. non hab. propri. natu. feud. & ita per illum tex. dixit Bald. in. l. i. xxxiiij. q. ff. de rerum diuisio. asserens ita esse ex mente Cyni in. l. liberti. C. de oper. liberto. videas ibi in. iij. colum. idem voluit Bald. in. c. imperialem. in prin. de ꝓhibi. alie. feud. per Fede. ripam in. l. id tempus. §. i. ff. de vsucapio. Alex. in. l. qdam. §. nihil. ff. de eden. & Barba. in. l. cuz acutissimi. C. de fide. colum. lxx. put eum, & predictos omnes refert & sequitur Curt. iun. in tracta. feudoꝝ. car. xxx. colum. iiij. vbi dicit hanc opinio. cōmuniorem esse licet aliqui tenuerint ꝯtrarium, vt per eum, qui eam aliquibus cōprobat, & etiam videtur amplecti quando talia verba sunt prolata ab homine, & vt ipse inquit hanc opinionem tenet etiam Fely. in. c. in presentia. mihi col. xiij. versicu. fallit ista conclusio. de probatio. & vltra Curt. ibi hanc opinionem tenuit Abb. in consil. iij. Uitar in presenti. iiij. colum. in fi. lib. ij. Alex. in consil. cxcv. supra allegato. iij. colum. & in consil. vij. Attentis & ponderatis. ij. colū. lib. vij. Jas. in vsib. feudo. colum. xvj. & seq. versi. tertio limitatur. & in colum. fina. versi. feudum hereditarium. Deci. in ꝯsil. lxxvij. Licet in casu. iij. colum. in consil. clxxxv. Jn causa istoꝝ. ij. colum. & in consil. cccxcv. Jn causa magnifici. i. colum. Hippo. de marsi. in consil. lxxx. Qui cuncta moderatur. nume. xlij. & idem Curt. in eodem tracta. car. xliiij. colum. iiij. versi. quarto signanter. & in cōsil. i. Facti contingentia. sic se habet post princip. vbi asserit hanc opinionem esse veram & cōmunem, sicut ergo in casu predicto ne verbum illud, quibuscunqz, remaneat sine effectu, & propter eius generalitatem, intelligitur etiaz de heredibus extraneis alias inhabilibus ad feudum, ita in casu nostro verba, de domo sua, sic generaliter, seu indefinite posita, vt aliquid operentur debent etiā de agnatis transuersalibus intelligi licet alias nō admitterentur. ¶ Et licet Curti. in dicto tractatu, in dicta carta trigesima. referat Areti. & dominum meum Socinum circa illud verbum, quibuscunqz, tenere contrarium, tamen de eorum opinione non videtur curandum, cuz contra eos sit communis opinio. ¶ Et preterea eorum auctoritas seruiret nobis in casu nostro, nam quilibet eorum, ideo nolebat includi extraneos heredes, quia etiam sine eo verba aliquid operabuntur, vt per eos, & Curt. ibi, volunt ergo Aretinus, & Socin. quod si verba alias nihil operarentur non debet fieri restrictio de habilitate ordinaria, & hoc ꝓprie est in casu nostro, quia pro vero verba, de domo sua, aliud operari 29 non possunt. ¶ † Et per hanc viam apertissime tollitur quod dicebatur, quod verba de domo sua videbantur accipienda affectiue, & non contentiue, quoniam illud posset procedere quando sic effectiue accepta aliquid operarentur, alias intelligi debent contentiue per predicta. ¶ Et maxime quia sicut se habet communis vsus loquendi, vt supra dictuz fuit. ¶ Et stantibus predictis remanet firma conclusio, quod istud feudum decimale de quo agitur non fuit nouū in persona Bernardini, & Ludouici, sed eis 30 acquisituz vt fuit antiquū. ¶ Quo stante † non est opus intrare illam difficultatem, vtrum scilicet suscipiens feudum nouum, pro se, & descendentibus possit illud vendere, aut renunciare in preiudicium descendentiuz, in qua doc. vario modo loquuntur, vt per Cur. in dicto tractatu, carta quadragesima septima, columna prima, & carta quadragesima quinta, columna prima, secunda, & tertia. & ipse in dictis locis si bene ponderetur, videtur tenere, quod non possit quādo in consecutione feudi nihil de suo erogauit, sed totum prouenit a gratia, & beneficio concedentis, vt per eū, quod proprie conueniret in casu nostro cum predicti Bernardinus, & Ludouicus tale feudum habuerint gratis, & sic per hanc viam etiam vbi esset feudum nouum eorum filij Bonifacius, & Paulus fouerent iustitiam, sed super eo non curo longius insistere, qz vere feudum dicitur antiquum, vt ex predictis constat. ¶ Nec tali antiqtati feudi qcq̄ derogatur, neqz efficīt nouuz ex aliquibus 31 ꝟbis positis in inuestitura facta Ludouico, & Bernardino, † qm̄ qualiacūqz ꝟba fuerint etiam si expresse dicerent de feudo nouo non facerent

non facerent nouum in preiudicium istorum Bonifacij, et Pauli, et aliorum agnatorum. c. i. et ibi nota. de vassal. decrepi. eta. et c. primo. vbi etiam docto. an agna. vel fili. Bald. in preludi. feud. in. §. diuus. cum alijs concordantibus. vt per Curtium in tractatu feudo. carta. vij. colum. ij. ad finem. et supra per dominum Consulentem qui etiam alijs modis ad istud respondet vt per eum. Remansit ergo istud feudum antiquum, et vt de antiquo iudicandum est. ¶ Nec tunc obst. quod vltimo loco allegabatur in contrarium vz quod feudum est hereditarium, et prefati Bonifacius, et Paulus non sunt heredes etc. quoniam respondetur de plano negando feudum illud esse aliquo respectu hereditarium, sed totum dicitur ex

32 gratia, et beneficio concedentis, †nam cum illa verba, seu de domo sua, exponi debeant, idest omnes de sua agnatione, et familia de comitibus. sequitur quod dicitur feudum familiare non autem hereditarium, iuxta declarationem Bald. in. l. cum virum. colum. fina. versicu. extra quero. C. de fideicommis. quam refert et sequitur Jas. in vsibus feudo. in. xv. diuisione, seu velimus dicere quod dicatur feudum simpliciter ex pacto et prouidentia concedentis, et nullo respectu hereditarium, vt solent loqui doctores nostri, vt patet ex dictis per Alexan. in dicto consil. xxvj. libro quinto. et alibi sepe, et plene habetur per doctores, maxime per Afflic. in. c. primo.

33 iiij. et. v. colum. an agnat. vel fili. †vbi post alios declarat reperiri tres species feudorum quantum pertinet ad propositum nostrum, scilicet hereditarium merum puta susceptum pro se, et heredibus quibuscunque, vel si quid simile exprimatur vt per Jasonem in dicta. xv. diuisione, ex pacto et prouidentia, quod supra appellaui familiare puta pro se, et filijs, vel descendentibus, vel quid simile, item mixtum quod de vtroque participat, puta pro se, filijs, et heredibus suis, vel quid simile. ¶ Primum transit ad omnes heredes etiam extraneos, vt supra dictum fuit. ¶ Secundum ad solos liberos, et non tanquam heredes, et ideo non est necesse quod sint heredes, sed sufficit quod sint de liberis, et proximiores. ¶ Tertium vero vti mixtum requirit vtrunque. ¶ Dico ergo quod allegata in contrarium procedunt in prima, vel in tertia specie feudorum, in his enim requiritur quod quis sit heres, vt ad feudum admittatur. ¶ Nos vero sumus in secunda specie, scilicet in feudo quod simpliciter dicitur ex pacto, et prouidentia, siue familiare, et ideo non est opus, quod Bonifacius, et Paulus sint heredes domini Prosdocimi primi inuestiti mediate, vel immediate, nec etiam suorum parentum, sed sunt admittendi tanquam de domo et familia nobilium de comitibus, et proximiores, prout etiam fuerunt admissi eorum parentes, prout ex eorum inuestitura apparet. ¶ Et quod nos simus in secunda specie feudorum de qua supra constat, quia in antiqua inuestitura nullum est verbum quod sonet in hereditarium, num-

34 quam enim de heredibus fuit facta mentio. ¶ Nec tunc ob. †quod in dubio feudum debet dici hereditarium, et quod acceptum pro se, et suis intelligitur, scilicet heredibus, vt voluit Alexan. in dicto consilio vigesimo sexto. cum alijs in contrarium allegatis. Quoniam respondetur posito, quod eius opinio sit vera, licet de ea du-

35 bitari possit, quod nos non sumus in dubio, †cum sint vocati omnes de domo nulla expressa qualitate feudi hereditarij perinde, ac si dictum esset, quod sui agnati succedant, quo casu non esset dubium quod diceretur simpliciter feudum ex pacto, et prouidentia concedentis sine mixtura hereditarij, vt patet ex traditis per do-

36 ctores in dicto. c. primo. an agna. vel fili. †et dictum Alexa. et aliorum in contrarium allegatum, si etiam verum, posset procedere, quando verbum sui simpliciter poneretur, et ab adiuncto verbo non declararetur, vt in casu Alexandri in dicto consilio. xxvj. in quo dicebatur, pro se, et suis, nam cum posset intelligi pro suis liberis, vel agnatis, item et pro suis heredibus in dubio capitur pro heredibus, sed in casu nostro dictum est, sui de domo, quod exponitur, idest sui agnati, vt supra dictum fuit, et sic verbum, sui, non remanet dubium, sed declaratur ab illo verbo adiuncto, de domo, quo stante etiam secundum Alexan. et alios in contrarium allegatos non debet dici aliquo modo feudum hereditarium, sed remanet purum et simplex feudum familiare, seu ex pacto et prouidentia concedentis merito ad illud sunt admittendi isti Bonifacius, et Paulus, etiam quod non sint heredes suorum parentum, nec antiquioris domini Prosdocimi primi inuestiti, non enim vocantur, vt heredes, sed tanquam de domo, et sic de agnatione de comitibus, vt ex predictis constat. ¶ Ex quibus remanet conclusio excellentissimi Consultoris verissima, et ab omnibus contrarijs defensata, vt scilicet nobiles Bonifacius, et Paulus de comitibus veniant ad feudum hoc decimale tanquam antiquum, et acceptum pro omnibus de domo et agnatione illius domini Prosdocimi antiquioris primi inuestiti. ¶ Ad quod non parum facit verosimilis mens ipsius domini Prosdocimi primam inuestituram recipientis, et Episcopi concedentis, nam cum per prius istud feudum fuerit apud dominum Zachariam triuisanum, et postea apud dominum Nicolaum de Mediolano cum ampla potestate, vt etiam ad extraneos heredes peruenire posset non placuit domino Episcopo ita generaliter et libere concedere, nec ipsi domino Prosdocimo placuit restringere ad descendentes suos tantum, maxime cum haberet vnicum filium, et Antonium alterius Antonij de comitibus sibi transuersalem, et eius filium Nicolaum multum diligeret, et adeo vt eos, vel eorum descendentes proprijs liberis substituerit, vt mihi narratur. ¶ Ob quam causam electa fuerit media via, vt scilicet non solum descendentes domini Prosdocimi vocarentur, (prout fortasse volebat dominus Episcopus) nec etiam transiret ad omnes heredes etiam extraneos, vt dicebant inuestiture facte predictis dominis Zacharie, et Nicolao, sed transiret ad omnes de domo, et agnatione de comitibus etiam transuersales, vt supra dictum est, et istud important illa verba, quod sui de domo sua, idest de agnatione succedant non autem extranei, vt sic pro extraneis intelligerentur omnes qui non sunt de domo. i. de agnatione de comitibus, et sic per illud verbum restringerentur antique inuestiture de quibus. s. Verosimile inquam est dominum Prosdocimum sic voluisse, quia cum feudum istud magno precio emisset, non presumitur quod voluerit in defectum suorum descendentium episcopatum Padue alias per se ditissimum admitti, et suos agnatos transuersales excludi, attento maxime magno amore quo ipsos prosequebatur.

37 Sumpto ergo argumento a verosimili mente domini Prosdocimi, iuxta. l. cum acutissimi. cum suis socijs. C. de fideicom. et. l. in obscuris. ff. de regu. iur. et. c. inspicimus. de regu. iur. lib. vj. dominum est vt. s. Facit. l. tale pactum. §. fi. cum sua glos. ff. de pac. cum simi. et alias dicitur habere falsitatis imaginem quod est remotum a verosimili, vt inquit Bald. in. l. i. C. de ser. fugiti. Alex. in consil. xxvij. In causa et lite. in fi. lib. ij. Jas. in. l. si extraneus. ij. colum. ff. de condi. ob cau. et Deci. in consilio. ccxiiij. Viso et perlecto. ij. colum. et hoc etiam presumendum est, et verosimile est Episcopum concedentem

38 voluisse, †quia dominus in dubio creditur velle pro illis concedere, pro quibus inuestitus recipit, vt dixit Jaco. de belui. in. c. i. de eo qui sibi vel heredi. suis, prout refert et sequitur Alex. in. d. consil. xxvj. lib. v. ij. colum. ver. consonat etiam ista interpretatio. ¶ Et eo maxime istud in casu nostro credi debet, cum per talem inuestituram etiam sic intellectam facilius feudum reuerti posset ad episcopatum quam stantibus antiquis inuestituris de tali feudo factis predictis dominis Zacharia et Nicolao. ¶ Concluditur itaque ex omnibus predictis, et alijs adductis per excellentissimum Consulentem predictos Bonifacium, et Paulum de comitibus omnino esse vocatos ad feudum de quo agitur, et alienationem, et renunciationem per eorum parentes factam eis preiudicare non potuisse. ¶ Et propterea talem alienationem ad eorum instantiam nunc esse rescindendam, prout per clarissimos sapientissimosque Judices primos iustissime rescissa fuit. ¶ Nec minus sperandum est de Illustrissimo et excelso consilio de. xl. coram quo per viam appellationis nunc causa ista pendet cum a quolibet magistratu excellentissime, atque incomparabilis Reipublice Venetiarum, et presertim sapientissimis consilijs de. xl. vt ex multis accepimus argumentis, et iam fama publica resonante super ethera notum est, nunquam nisi iustum, nisi sanctum, nisi equissimum processerit, nec prouenire possit. Etenim hec sapientissima consilia solum Deum, et iustitiam preoculis habentia illam omnibus indifferenter administrant, et eo magis ad iustitiam promptiora, vigilantioraque sunt quo inferiores, aut impotentes cum superioribus, potentioribusque litigare cognouerint. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens in prima sede vespertine lectionis. 1541.

## CASVS

¶ Angelus de nobilibus de Cesena accepit in emphyteosim a monasterio sancte Marie domum quandam in ciuitate Cesene positam pro se, et filijs, et nepotibus.

¶ Qui postea decessit superstitibus sibi Camillo nepote ex Almerico filio premortuo, et domina Julia filia ipsius Angeli legitima et naturali.

¶ Qui Camillus vti masculus accepit dictam domum, eamque tenuit donec vixit.

¶ Demum decessit sine aliquibus filijs supstite. d. domina Julia eius amita necnon et Francisco dulcino ipsius Camilli fratre vterino.

¶ Dubitatur modo ad quem predictorum predicta domus emphy-

teotica pertineat, vel quis de ea iuestiri debeat, an. s. domina Julia, an Franciscus dulcinus.

¶ Presuppositis quibusdam statutis ciuitatis Cesene, & quodam breui apostolico, quorum copia transmittitur.

## SVMMARIVM

¶ De quadã emphyteosi accepta pro se filijs, & nepotibus quomodo filie dicantur comprehense.

¶ Et vtrum si per masculos fuerint excluse eis deficientibus postea admitti possint.

1 Filiorum appellatione etiam femina continetur.
2 Masculinum concipit femininum, maxime in materia indifferenti vt in emphyteosi, & ĩ. nu. 4. et. vj.
3 Uerbum continet, proprietatem denotat.
5 Emphyteosis transit in feminas, non autem in feudum.
7 Emphyteosim recipiens pro se & filijs veniunt etiam filie.
8 Argumentum a contrario sensu in statutis & priuilegijs locũ hꝫ.
9 Femina stãtibus masculis semel exclusa an censeatur semper exclusa & an ipsis deficientibus reintegretur. & nu. 10. et. 11.
12 Cap. i. §. quinetiam. in titu. episcopum vel abbatem in vsibus feudorum, quomodo intelligatur.
13 Femina in emphyteosi regulariter capax dicitur.
14 Fauorabile est rem ad suam regularem naturam reducere.
15 Emphyteota de re emphyteotica non potest disponere extantibus personis in concessione comprehensis.
16 Filia ꝙ a bonis patris excludatur nisi sit dotata rõnabile nõ est.
17 Dos loco legitime succedere dicitur.
18 Inuestiri debet proximior agnatus in emphyteosi.
19 In successione aliquem precedens si vti heres eum potest excludere nisi vere sit heres non potest eum excludere.

## CONSILIVM CIIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Uiso themate preposito ac etiam statutis inclite ciuitatis Cesene, & simul etiam breui apostolico, scilicet Innocẽtij. viij. de quibus in themate fit mentio, pro resolutione presentis consultationis breuitati studendo, ac etiam veris conclusionibus inherendo vti consulentem decet duo faciã. Primo ponam illam conclusionem quã puto veram & illam ꝓbabo. Secundo ab ea remouebo omnia illa que videbuntur contra eam allegari posse. ¶ Ad primum igitur deueniendo, dico & ꝯcludo predictam dñam Juliam ad domum emphyteoticam de qua agitur admittendam esse, & predicto Francisco dulcino omnino preferendam esse. ¶ Et ꝓbatur ista conclusio in primis in generalitate illorũ verboꝝ, vꝫ, pro se, & filijs, & nepotibus, de quibus in inuestitura predicti Angeli, nam non est dubium, ꝙ sub nomine filiorum dicitur comprehensa ista domina Julia filia predicti Angeli, vt in themate inuestiti, †1 cum appellatione filiorũ etiam filia femina contineatur, vt. l. iusta interpretatione. & l. quisquis. ff. de verbo. significatio. & l. si quis ita. in princ. ff. de testamen. tut. cum simili. †2 Solet enim vulgo dici, ꝙ masculinum semper continet femininum. l. qui duos. in fi. de lega. iij. l. si ita scriptum. in princi. de lega. ij. & in. l. seruis legatis. in princ. de lega. iij. cum multis cõcordantibus que allegari possent. ¶ Et notan. est ꝙ iuriscõsultus in dicta. l. qui duos. vtitur verbo continet, †3 ꝙ solet denotare, ꝓprietatem ſm Barto. in. l. cui coꝝ. §. affinitatis. ff. de postula. & ita in simili arguit Deci. in consil. ccccclxx. Casus de quo. post prin. ¶ †4 Et maxime hoc dici debet in casu nostro, quia sumus in materia indifferenti, cum emphyteosis etiam ecclesiastica tam ad feminas, ꝙ̃ ad masculos pertinere possit, vt est tex. in. §. emphyteosim. in auctenti. de non alienan. colum. ij. & ita per illum text. dicit Petr. de ancha. in consil. ccccxxxiij. Postq̃ ista dña. post principiũ, in versiculo quãquam enim in emphyteosi ecclesie. †5 & in hoc differt a feudo qd sui natura non transit ad feminã, vt declarat Joan. baptista de sancto Seuerino in tractatu de feudi cognitione, in vltimo articulo, in decima quarta differentia, vbi dicit ꝙ in emphiteosi succedunt ita femine sicut masculi regulariter loquendo. †6 Quando autem materia est indifferens proculdubio, & secundum omnes doctores masculinum genus concipit femininum, vt declarat Barto. in. l. prima. in principio columna finali. ff. de pecul. & in. l. prima. ff. de verborum significatio. tradunt canoniste, maxime Archidyac. in. c. si quis suadente. decima septima questione quarta. & Geminian. & alij in. c. generali. de electione. libro sexto. †7 Et in terminis nostris quod in receptiõe emphyteosis sub ver. filijs, etiam filie continentur, firmat & pro claro presupponit Saly. in. l. secunda. in questione decima septima. in versicu. confirmo quia ex illo. C. de iure emphyteoti. ¶ Et licet predicta videantur de iure vera, tamen quia posset quis de eis dubitare. Primo per ea que tradit Alexander in cõsilio sexagesimo primo. Super eo de quo. libro primo. vbi videtur firmare cõtrarium, licet ego de eius decisione semper dubitauerim, nec ꝑ nunc aliquid affirmabo. Secundo etiam propter formam statuti Cesene quo cauetur, quod stantibus masculis femine non succedant etiam in emphyteoticis bonis. ¶ Considerandum est secundo loco pro iustificatione conclusionis supra posite, quod a sede apostolica tempore Innocentij octaui emanauit quoddam breue, in quo, vt tollatur prima dubitatio disponitur quod in ciuitate & territorio Cesene in contractibus emphyteoticis etiam femine dicantur comprehense, & sic in proposito nostro per istud breue resoluta est conclusio ꝙ domina Julia vti filie dicitur fuisse comprehensa in contractu emphyteotico facto per Angelũ patrẽ eius pro se, & filijs, & nepotibus. ¶ Et vt tollatur dubitatio secunda in eodem breui continetur, quod femine sic comprehensense admittantur ad bona emphiteotica non existẽtibus masculis, vt sic masculi & femine dicantur ad dicta bona ordine successiuo vocari, prius, scilicet masculi, & postea eis non existentibus debent admitti femine. Et hec ex predicto breui apertissime colliguntur. ¶ Ex quibus manifesta colligitur veritas nostre conclusionis supra firmate, nam cum ad presens nullus extet masculus agnatus ex descendentibus predicti Angeli, debet ista domina Julia vti eius filia, & sic agnata etiam Camilli nuper defuncti ad predictã domum emphyteoticam admitti tanquam comprehensa in inuestitura predicto Angelo facta. ¶ Et istud suadetur etiam ex his que in dicto breui subijciuntur, maxime in versicu. postremo eadem auctoritate &c. nam ibi disponitur, quod quandocunq; aliquis decedat finita linea in concessione comprehensa proximior in gradu possit inuestiri &c. & sic non vult proximiorem talem admitti, nisi demum finita linea in concessione comprehensa, sed in casu isto linea non est finita, quia adhuc superest domina Julia, ergo clare patet, quod proximior in gradu Camilli nuper defuncti, & sic predictus Franciscus dulcinus admitti nullo modo potest. ¶ Et predicta ni fallor sunt in iure verissima, ex quibus remanet conclusio, quod domina Julia vti comprehensa in predicta inuestitura debet admitti ad predictam domum emphyteoticam vti vocata post masculos, seu eis deficiẽtibus, & ista sufficiãt quo ad primum quod faciendum proposui. ¶ Uenio modo ad secundum, vꝫ, ad remotionem contrarioꝝ. ¶ Et in primis ꝯtra predictam conclusionem videtur facere, quia cum femine per dictũ breue vocentur non existentibus masculis, sequitur a contrario sensu. ꝙ dicuntur excluse stantibus masculis, †8 quod argumentũ etiam in statutis, & priuilegijs habet locum, iuxta tradita cõmuniter per doctores, maxime modernis. in. l. prima. §. huius rei. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. tradit Bald. in. l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis. loquens de statuto Florentino, quo cauetur, quod filie succedũt matri non existentibus masculis, nam a contrario sumitur, quod masculis existentibus non succedant, prout etiam hoc Bald. referendo firmat Abb. in consilio. lxxv. Quidam decessit. iiij. colum. in versicu. postremo in terminis nostris. libro primo. Nulli ergo dubium est, ꝙ ista domina Julia fuit ab ista domo emphyteotica exclusa propter existentiã masculi, & cum ista exclusio dicatur facta simpliciter stãtibus masculis, & non per dictiones temporales, puta, quandiu, donec, vel quousq; extent masculi, †9 sequitur ꝙ ipsa semel exclusa dicit̃ perpetuo exclusa, nec reintegrari ad dictam domum potest, propter deficientiam masculi, iuxta doctrinã Barto. in. l. fina. §. primo. ff. ad tertulianum. & est cõmunis opin. vt per Alexan. in consilio quinquagesimo tertio. Consideratis his. prima columna. in fine. libro sexto. per dominum Marianum socinum auum meum in consilio quinto. Presens consultatio. columna prima, versic. sed secundo loco premitto. per Bartholomeum eius filium patruũ, & dominum meum in consilio. cxiiij. Presens consultatio. secunda columna, versicu. sed tenendo aliam opinionem, quarto volumine. per Corneum consilio septimo. Questio est pulchra. quinto volumine, versicu. & quando statutum simpliciter. secundo volumine. & per Decium in consilio octuagesimo quinto. Pro resolutione casus. post principium cũ multis alijs qui per predictos allegantur. ¶ Ad hoc etiam accedit. c. i. §. quinetiam. in titulo episcopum, vel abbatem in vsibus feudorum, vbi ꝓbari videtur, quod femina

quod femina semel a feudo exclusa propter masculum, vlterius ad illud non admittitur, & sic videtur perpetuo exclusa. Sic ergo dicendum videt de ista domina Julia, cum (vt dixi) iam fuerit exclusa a dicta domo emphyteotica, & in hoc argumento, vt audio, pro parte domini Francisci dulcini fit precipuum fundamentum, licet non allegetur. d. §. quinetiam, vt mihi refertur. ¶ † Sed tamen dico quod nihil penitus obstat, & pro resolutione difficultatis aduertendum est, quia aliquando queritur, nunquid filia que per filium masculum fuit exclusa ipso deficiente reintegretur ad partem suam, & sic ad successionem patris, a qua propter fratrem masculuz fuit exclusa, & tunc fit distinctio an simpliciter fuerit exclusa propter existentiam masculi, puta q statutum dicat q stantibus filijs masculis filia non succedat, an vero fuerit exclusa temporaliter per dictiones suspensiuas, puta donec vel quandiu masculi extent, & procedunt isto casu allegata supra in contrariuz, vt scilicet primo casu non reintegretur, sed dicatur perpetuo exclusa, in secundo vero reintegretur, prout proprie loquitur Barto. in dicta. l. finali. ad tertulianum. & prout etiam loquuntur omnes doctores in consilijs in contrarium allegatis, & iste non est casus noster, quia non dicimus quod domina Julia debeat ad suaz portionem reintegrari a qua fuit propter masculuz exclusa, illud eniz fatemur fieri non posse, sed dicimus aliud vt statim patebit.

¶ Aliquando ergo querit nunquid femina que propter existentiam masculoruz fuit exclusa eis deficientibus succedat illis in re de qua disputatur, non dico iure hereditario, sed vti vocata post eos, prout proprie est casus noster, & tunc debet dici quod si talis femina sit habilis ad talem rem ad illam admittatur non per viā reintegrationis, sed successionis nunc sibi delate, & ita procedant que supra adducta fuerunt pro nostra conclusione supra posita. Dico enim q ista domina Julia ab emphyteosi exclusa propter masculos dicitur habilis saltem eis deficientibus, vt in breui sedis apostolice de quo supra, ergo illa debet nunc admitti vti comprehensa in inuestitura secundum quod supra demonstratuz fuit. ¶ Et isti duo casus longe differunt, naz in primo casu questio est tantum de parte que filium tangebat, & ad illam tantum partem admittitur, casu quo reintegranda sit. In secundo vero agitur de tota re, & ad totam debet filia admitti vti succedens masculo vltimo deficienti in re de qua agitur, nam etiaz in primo casu vbi materia pateretur filia per fratrem suum exclusa posset succedere postea fratri, vt tradunt doctores, maxime moder. in. l. prima. §. veteres. ff. de acquirenda possessione. ¶ Cuz itaq3 domina Julia sit comprehensa in inuestitura, siue in ɔcessione emphyteosis, & quidem vt vocetur deficientibus masculis, vt in breui predicto apertissime legitur, non video cur nunc masculis deficientibus nō debeat admitti. ¶ Et cum sit de linea in concessione comprehensa, vt est notissimum debet admitti ante omnes alias ꝓximiores defuncto qui non erant comprehensi in concessione. vt virtualiter dicitur in. d. breui, & supra dictum fuit, & istud, ni fallor, est indubitati iuris. ¶ † Non ob. d. c. i. §. quinetiam in contrarium allegatuz, quia respondetur primo, quod debet tex. ille intelligi feminam vlterius non admitti, scilicet donec masculus superest, prout dicitur in. c. primo. de eo qui sibi & heredibus suis, per quem tex. videtur sic declarandus tex. in dicto. §. quinetiam. & reperio q ita signanter illum tex. declarat Fulgo. in consil. viij. Dominus Petrus. ij. col. ver. deinde sic apud iuris apertissimos. & in consil. xij. Ad id de quo queritur. ij. colum. ver. si quis plane. vnde cum isto casu nō superfit masculus debet merito domina Julia admitti vt supra.

¶ Potest etiam secundo responderi q loquitur ille tex. respectu successionis faciende tanq3 in feudo paterno, veruz est enim q eo respectu semel exclusa femina vlterius non admittet, etiam q cesset cā exclusionis per mortē masculi, q2 femina non redibit ad patris successionez, vt ibi. ¶ Ex eo tamen non impeditur venire ad successionez illius masculi nuper decedentis, iuxta tradita per doctores in dicta. l. prima. §. veteres. de acquirenda possessione. Et ita proprie dicendum est in casu nostro, vt scilicet domina Julia non impediatur succedere Camillo nuper defuncto in dicta domo emphyteotica cum sit de linea in concessione comprehensa, vt supra diximus, & hanc etiam declarationem ad dictum. §. quinetiam. tradit Fulgos. in dictis consilijs concludens, quod vno ex his duobus modis debet omnino intelligi & declarari. d. §. quinetiam. per rationes & iura, de qbus per eum ibi. ¶ Vel & tertio responderi potest, quod ille text. loquitur in feudis, in quibus femina ex sui natura dicitur incapax. c. primo. §. filia. de successio feudi. & c. primo. §. hoc autem. qui feud. dar. possunt. cum similibus. vnde quando excluditur reuertimur ad ius regulare merito illa postea amplius non vocabitur, quod non cadit in emphyteosi in casu nostro vel simili, † nam femina regulariter dicitur capax, vt in. §. emphyteosim. in auctenti. de non alienando, & tradit Joan. baptista de sancto Seuerino in tractatu de feud. cognitio. circa finem. & supra dictum fuit. † Unde si quo casu contra regulaz excluditur propter masculum, quando postea eo deficiente eam admittimus reducimus eam ad suam regularem naturam, qđ quidem fauorabile dicitur, iuxta. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versicu. quod etiam in specie dotis. cum his que ibi tradunt doctores. ff. de pactis. ex diuersitate igitur casus & rationis ostenditur, quod de dicto. §. quinetiam. ad casum nostrum non valet argumentum cum ex diuersis ratio bene inferatur. l. papinianus exuli. ff. de minoribus. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verborum obligatio. cum alijs vulgaribus. ¶ Secundo contra conclusionem predictam videtur facere quoddam statutum ciuitatis Cesene vltimum in volumine statutorum, nam in eo disponitur in effectu, quod femine omnino excludant a bonis emphiteoticis propter existentiam filiorum, vel nepotuz masculorum, & quod debent esse ɔtente suis dotibus, vt in dicto statuto legitur. Sed ad istud statutum respondetur primo, q debet intelligi, prout etiam expresse loquitur extantibus filijs, seu liberis masculis ex masculina linea descendentibus. Dico eniz quod femine stantibus talibus personis masculis dicuntur omnino excluse etiam priuate, sed ex eo non infertur, quod eis deficientibus admitti non possint si ex alio sint capaces. ¶ Alioquin sequeretur, quod nec etiam ad alia bona possent amplius admitti, & consequenter quod non possent succedere fratribus suis, cum predictum statutum loquatur pariter de omnibus bonis, sicut de emphyteoticis, vt patet in eo in versicu. & predicta omnia vendicent sibi locuz in bonis quibuscunq3 defuncte persone proprijs & emphyteoticis, &c. quod tamen est aperte falsum per tradita per doctores in dicta. l. prima. §. veteres. de acquiren. possessio. ¶ Et si dicatur q in alijs bonis femine tunc succedent fratribus, & similibus personis ex ipsarum personaruz testō vel ab intestato, quod non contingit in casu nostro, quia domina Julia non vocatur per testamentum Camilli, nec etiam ei ab intestato succedit. † Respōdetur q illud in alijs bonis est, quia sunt libere apud defunctum, quod nō est in emphyteoticis vt in casu nostro est domus de qua agitur, non enim libere erat apud Camillum, nec potuisset eā cui voluisset reliquere, cum extant persone comprehense in cōcessione eius, vz, ista domina Julia, que dicitur vocari post Camillum & ita in hoc ei succedere non iure hereditario, nec ex ipsius voluntate, sed ex stipulatione Angeli patris eius, & ex gratia cōcedentis qui voluerunt eam comprehendi, vt scilicet admittatur deficientibus masculis, & sic ordine successiuo sicut in simili dicitur in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & posthumis. & supra etiam dixi, & istud voluit Bartolus in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis libertorum. in versiculo item predicta vera. dum dicit, q ordine successiuo vocantur femine deficientibus masculis quando extat statutuz, quod femina non succedat stantibus masculis, prout est in casu nostro. ¶ Et fortius hoc in eo est dicenduz propter breue, in quo aperte dicitur, quod femine admittantur deficientibus masculis. ¶ Et omne ius quod datur heredibus vltimo loco mortui, vel eius proximioribus, datur quando emphyteosis esset finita, et vt talis ad ecclesiam diceretur redire, vt in predicto breui continetur, & supra fuit dictum.

¶ Et ita etiam sumitur ex alio statuto Cesene sub rubrica, quod nemo audeat se inuestiri facere &c. post principium, in versiculo, & predicta vendicent sibi in emphyteosi finita tempore, linea, seu gradibus finitis, seu propter canonem non solutum &c. sed in casu nostro emphyteosis non dicitur finita cum extet domina Julia in concessione comprehensa, ergo &c. Et ista solutio est clara, & concludens. ¶ Posset tamen secundo responderi, quod predictum statutum loquitur tantum de feminis dotatis, vt patet in eo, post principium, & ita etiam sumitur ex alio statuto superius allegato, circa finem, in versiculo volumus etiam & firmamus, quod mulieres &c. ¶ Et hoc videtur rationi congruum, † quia non videtur rationabile, quod filia a bonis patris repellatur, nisi fuerit dotata, iuxta tradita per Baldum, & alios in. l. prima. C. de heredibus instituendis. sicut etiam diceremus nisi saltem legitimā habeat, vel aliquid eius loco. † Dos autē dicitur loco legitime succedere ſm Bartolum, Paulum de castro, & alios in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Sed domina Julia non fuit dotata, nec legitimā habuit, vt mihi asseritur, ergo &c. super hac tamen solutione & alijs qbusdam que dici possent non curo instare, q2 prima solutio supra data tollit omnem difficultatem, & est ipsa veritas, sed de hac secunda

solutione. & alijs me remitto ad excellētissimum Aduocatum dñe Julie in suis elegantissimis allegationibus. ¶ Et ex predictis remanet ꝯclusio clara, & ni fallor indubitata, ꝙ ista dña Julia vti cōprehensa in inuestitura post mortem Camilli d₃ ei in predicta domo succedere absq₃ aliqua noua inuestitura. ¶ Ex qua ꝯclusione sequit̄ supuacuum esse querere qs esset admittendus ad nouā inuestituram vbi linea finita esset. ¶ Qm̄ cum linea in cōcessione cōprehensa non sit finita, vt est dictū, de noua inuestitura agi non potest, & ideo sup eo non insisto, qḋ etiam facio pp instantiā₃ nunciȷ, & pp maximas alias occupationes meas vltra ꝯtinuas lectiones que (vt dici solet) requirant totum hoiem. ¶ Hoc tñ dica₃ ꝙ vbi quis pertinaciter, & ꝯtra expressam veritatem vellet ꝙ per mortē Camilli esset finita emphyteosis deberet de nouo inuestiri dña Julia, & non Frācīscus dulcinus per ea que egregie dñr in predictis allegationibus excell. Aduocati ad que me refero illa approbando. Et certe cu₃ ista dña Julia sit filia Angeli primi inuestiti, & sic fuerit expresse in inuestitura comprehensa, put supra fuit ostēsu₃, & sit etia₃ agnata. d. Camilli nuper defuncti non video cur illa nō debeat oino preferri cum in ea reperiat̄ voluntas ꝯcedentis, & ēt primi inuestiti, ꝙ non reperit̄ in. d. Francisco cum non sit de filijs aut nepotibus Angeli primo loco inuestiti, nec aliquo modo sibi ꝯiunctus, nec etia₃ ipsi Camillo agnatus. ¶ † Et ad hoc bene facit decisio Alex. in ꝯsil. xxij. Uisis & ponderatis. in fi. lib. vj. dum vult primiorem agnatum debere inuestiri. Deberet itaq₃ dña Julia absq₃ dubio preferri. d. Francisco. ¶ Eo presertim qȝ si quod ius illi competijsset ad excludendam dñam Juliam, (qḋ tñ absolute negat̄,) dicit̄ illud amisisse non acceptando hereditatē. d. Camilli, † nam qui aliquem precedit in successione, & illum vti heres potest excludere, non dr̄ eum excludere, nisi vere sit heres. l. i. §. s₃ si sint sui. & §. si bonoꝝ. ff. ad senatuscon. tertul. & ibi tradunt doc. ¶ Sup his tñ non insistā vlterius, qm̄ vt dixi, non sunt necessaria cum dña Julia sit oino admittenda vti vere comprehensa in ꝯcessione deficientibus masculis, vt supra deductū fuit. ¶ Et cū etiā verissimū sit per morte₃ predicti camilli, licet sine liberis, emphyteosim de qua agitur non esse finitam, etenim vt dixi de eo dicitur transire ad ipsam dominam Juliam. Laus Deo.

Maria. soci. iunior iuriscon. Senensis, Padue.

## CASVS

¶ Reperitur in facto ꝙ eps̄, clerus, & populus Patauinus donauit Abbati & monasterio sancte Justine iam annis quingentis & vltra ecclesia₃ sancte Marie de macerata. Nec habet̄ certa notitia quid inde secutum fuerit vsq₃ ad annum. 1451. Sed illo anno & ab eo citra reperitur ꝙ per Abbatem & monachos sancte Justine fuerunt facte diuerse collationes, siue concessiones, & institutiones circa istam ecclesiam.

¶ Postea de anno. 1461. cum sup tali ecclesia esset lis inter Epm̄ Paduanum, & Abbatem, & monachos predictos fuit inter eos lata snīa per Reuerendissimū tunc Cardinalem sancti Petri ad vincula iudicem delegatum per sedem apl̄icam de ꝯsensu partiū. In qua snīa inter cetera fuit pnunciatum ius pñtandi ad predictam ecclesiam de macerata spectare & ptinere ad Abbatem sancte Justine. Et ad eādem ius instituendi spectare, & pertinere ad Epm̄ Paduanum cum expressa declaratione, ꝙ quoties deinceps prefatam ecclesiā vacare ꝯtigerit Abbas predictus habeat presentari persona₃ idoneam Epo Paduano, qui personam sic presentatam de eadem ecclesia instituere habeat debeat & teneat̄, vt latius in dicta snīa continetur, cuius copia transmittitur.

¶ Postea in hanc vsq₃ diem plurima secuta fuerunt, que non expedit aliter narrare, sed solum pro informatione queda₃ alie scripture transmittuntur.

¶ Nūc vero ꝯtingit dubitari nunqd ius patronatus pdicte ecclesie de macerata dicat̄ ptinere ad Abbatē & monachos pdictos.

¶ Et queritur quid iuris.

## SVMMARIVM

¶ De iure patronatus ecclesie, vtrum probetur ad aliquem pertinere ex eo, ꝙ ad eum pertinet presentatio.
¶ Et an ius presentandi detur aliter ꝙ̄ ex vi iuris patronatus, & ad quem proprie pertineat.
¶ An patronus conferendo perdat ius patronatus.
¶ Et quid si sit negligens in presentando.

1 Jus presentandi in ecclesia an possit alicui etiam persone ecclesiastice competere absq₃ eo ꝙ habeat ius patronatus. & .J. nu. 22.
2 Patronoꝝ officiu₃ est ordinario presentare vt per eū instituat̄.
3 Electione vnius ex incompatibilibus alteri dicitur renunciari.
4 Jus patronatus an per non presentatione₃ ammittat̄, & .J. nu. 33.
Seruitutes per non vsum perduntur.
5 Presentatio est fructus iuris patronatus.
6 Effectus a sua causa producitur.
7 Sententie que in rem iudicatam transiuit standum est.
8 Presentationem habens ius patronatus habere dicitur.
9 Snīe stricte in suis verbis sunt interpretande.
10 Jus presentandi pprie dicit̄ ꝙ competit habenti ius pronatus.
11 Jus presentandi pprie ad patronum spectat. & .J. nu. 24.
12 Jus instituendi presentatum competit ordinario, & pprie illa dicitur institutio que fit de presentato per patronum.
13 Uerba ista teneatur & debeat necessitatem important.
14 Institutio fienda per ordinarium de presentato nō dicitur libera, qȝ eam, si persona presentata est idonea, inuitus tenet̄ facere.
15 Jus patronatus non dicuntur habere, sed potius honorantiam quandam familie que ex consuetudine presentant aliquē₃ Episcopo rogantes eum institui.
16 Jus patronatus antiquissimum per inditia, & famam probatur.
17 Presumptioni iuris standum est, donec contrarium probetur.
18 Presentans presumitur ratione iuris patronatus presentare si alius patronus non appareat.
19 Presentatio p parochianos facta ratione iuris patronatus creditur facta.
20 Parochia si habet sub se capellas presumitur ꝙ fuerint constructe de bonis ecclesie.
21 Patronus alicuius capelle que subsit ecclesie presumitur etiam patronus totius ecclesie.
23 Patronus existens in possessione pñsentandi pro patrono habet̄.
25 Cap. postulasti. de iure patro. de qua presentatione loquatur.
26 Episcopus aliquem sine titulo ordinare non potest.
27 Presentationis si fiat mentio si aliud non appareat de illa intelligitur que competit virtute iuris patro.
28 Pro sententia semper presumitur.
29 Per collationem per patronum factam ei in iure patronatus non preiudicatur.
30 Regula via quam elegisti tibi pateat & regula. l. fin. C. de codicil. quomodo procedat.
31 Collatio seu institutio solum ad ordinarium spectat.
32 Juri quod sibi quis cōpetere ignorabat nunꝙ̄ dicitur renūciare.
34 Non presentans, quia ecclesia non vacauit non dicitur perdere ius presentandi.
35 Seruitutem non perdit quis non vtendo ea quando vti non expediebat, vel impeditus erat.
36 Patronus si sit negligens in presentando infra statutu₃ tempus sibi, nisi pro illa vice non preiudicat.

## CONSILIVM CV

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Resolutio presentis ꝯsultationis pro parte affirmatiua est admodu₃ facilis & pbabili dubitatione videtur carere, vt ex infra dicēdis apparebit. Quia tamē (vt audio) plerīq₃ negatiuam partem affirmant, cogitabam, ꝙ forte ex infra scriptis moueri possunt, que prima facie aliquem parum cōsiderantem possent forsan in partem ipsam negatiuam inclinare. ¶ Et primo qȝ in predicta snīa non declarat̄ pertinere ad Abbate₃ ius patronatus, sed ius presentandi, ex quo non vr̄ necessario inferri ad ius patronatus, † cum videat̄ posse dari apud monachos, & alias personas ecclesiasticas ius presentandi absq₃ eo ꝙ habeant ius patronatus, put audio plerosq₃ tenere, & vr̄ pbari in c. postulasti. de iure patro. vbi rector ecclesie, in qua ius patronatus est alterius pōt presentare clericu₃ ordinandum ad titulū ecclesie, & sic ibi pꝰsupponitur illud ius presentādi differre a iure patronatus, cum talia iura sint penes diuersos. ¶ Scdo etiam facere videt̄ qȝ Abb. & monachi predicti pluries, vt in puncto narratur, ꝯtulerunt predictā ecclesiam, & ad eam simpliciter & libere clericum instituerūt, qḋ certe non competit patronis, † qȝ eoꝝ tñ est presentare ordinario, vt per eum postea presentatus instituat̄, vt per Abba. & alios in. c. auctoritate. de institu. & habet̄ de iure patronatus fere per totum. ¶ Et plus etiā videt̄ ꝙ si habuissent ius patronatus illud perdiderint per tales collationes. Tum per regulam qua dicit̄ viam quam elegisti tibi pateat. l. si mulier. in fi. ff. quod

1 de, † qꝛ hr̄s hr̄dis primi defuncti dr̄ hr̄s. l. fi. & ibi doc. C. de here. insti. dn̄r nunc ipsam rep̄ntare, & p̄inde de eis iudicandū est, ac de ipsa Isengarda iudicaret̄ si viueret, sed si ipsa viueret vr̄, q̄ oīno esset admittenda, qꝛ ex forma inuestiture de qua in puncto lʒ femine extantibus masculis non admittunt̄, tñ deficientibus masculis admitti dēnt, vnde cū in p̄posito casu per mortē Iulij totalr̄ masculi defecerint dn̄a Isengarda si viueret dēret admitti, & ita ēt vr̄ q̄ dēant admitti predicti Hieronymus, & Thomas illam in hoc rep̄ntantes. ¶ Nec eis vr̄ obstare si dicat̄, q̄ dn̄a Isengarda cuʒ sua p̄genie fuit alias exclusa a p̄dicto feudo per fratrē eius dn̄m Sulimānum, & silr̄ filij, & nepotes dn̄e Isengarde fuerunt postea exclusi per Ioā. franciscum filium dn̄i Sulimāni, & per ipsius dn̄i Io. francisci filios, vt sic ꝯtra istos descendentes dn̄e Isengarde
2 dicat̄, † q̄ p̄sona semel exclusa a successione feudi itelligat̄, ipsa cū omni sua posteritate exclusa perpetuo per tex. in. c. i. §. q̄netiaʒ. in
3 titu. ep̄m vel abba. & ibi dn̄t doct. † Quoniam ad hoc videt̄ posse rn̄deri, q̄ cum dn̄a Isengarda fuerit exclusa solum pp̄ existentiaʒ masculoꝝ debet durare exclusio eius solum quatenus masculi durant, sed eis extinctis dʒ ipsa, vel sui posteri posse admitti, p̄ut firmat Marti. de lau. post Iac. de belui. in. d. §. quinetiā. p̄pe fineʒ. dum reprobat intellectū Bal. ibi, & ita vr̄ p̄bare text. in. c. i. de eo qui sibi vel here. suis &c. in ver. non. n. patet &c. dum dr̄ q̄ non est locus femine in successione feudi donec masculus sup̄est &c. Sic ergo videt̄ ille tex. velle q̄ sublatis masculis femina admitti possit, q̄ʒq̄ʒ prius exclusa per masculum presupponat̄. ¶ Facit pulchra doctri. Bar. cōiter approbata in. l. fin. in. i. q. ff. ad tertullia.
4 † dum ꝯcludit q̄ si statutum excludat feminas donec vel quādiu masculus sup̄fuerit non dr̄ femina p̄petuo exclusa, sed donec durent masculi, eis aūt deficientibus admittet̄, lʒ prius per masculos fuerit exclusa, & hanc doctri. Bar. ponunt & sequunt̄ Bald. Pau. de ca. Saly. Alex. & Corn. in. l. ij. C. de lib. prete. Ias. post alios in. l. gallus. §. & qd si tm̄. col. xiij. in. ij. lec. ver. & ista bene nota. in fi. ff. de lib. & posthu. cū multis ꝯcor. vt p̄ Deci. in ꝯs. lxxxvij. Pro resolutiōe casus Prepositi. in fi. & per patruū, & dn̄m meū Soci. in ꝯsi. xcij. Circa primū. x. col. ver. circa quartā. i. volu. & in ꝯsil. lxxvj. Viso testō. ij. col. iij. vol. Sic igit̄ vr̄ dōm in p̄posito nostro. ¶ Et maxime qꝛ hoc vr̄ satis aperte expressum in inuestitura, qñ dr̄, q̄ sic intelligant̄ vocati masculi, & femine, vt existētibus masculis femine non succedant, sed deficientibus masculis femine succedāt &c. que v̄ba vr̄r importare, q̄ si masculi per quos femine fuerūt excluse deficiāt ipse femine vocent̄, nō obstāte, q̄ iam fuissent excluse. ¶ Predictis tñ nō obstātibus oībus diligenter ꝯsideratis que ꝯsideranda sunt, puto aliaʒ opi. de iure esse veriorem, vt. s. predicti de Saluaticis non dēant aliquo modo admitti ad successioneʒ p̄dicti feudi. Et lʒ plurima possint deduci fundamenta p̄ ista opi. tñ gratia breuitatis duo tm̄ principalia deducā, quoꝝ q̄ōlibet per se sufficit. ¶ Et p̄mo pro hac ꝯclusione clarissi-
5 mū solidissimūq; fundamētuʒ est regula illa trita & vulgata. s. † q̄ femina semel exclusa a successione feudi, pp̄ existentiaʒ masculoꝝ dr̄ p̄petuo exclusa cū oī sua posteritate, vt. s̄. ēt dicebam per text. vbi de hoc est casus in. d. c. i. §. q̄netiā. in tit. ep̄m vel abb. & ita ibi intelligūt, & firmant Andr. de iser. sūmus feudista. Bal. & Iaco. alua. ac ēt do. Prepo. qui rn̄dēt ad ꝯ̄ria, & dicit ita tenuisse Barto. in q̄busdaʒ ꝯsilijs, vt p̄ euʒ, sic ēt firmat Io. cald. in ꝯsi. iiij. An si feudum. sub rub. de feu. dicens, q̄ ita voluit glo. in. d. §. q̄netiā. sic ēt voluit Raph. cuma. in ꝯsi. xcix. Quedā possessio solita erat. ij. col. ver. ad scōm. lʒ ibi ꝯ̄rium deducat. d. c. i. de eo q̄ sibi & here. suis. Pau. de ca. in ꝯsil. mihi. ccxvij. Visa. s̄. scripta facti narratione. & Alex. in ꝯsi. xxix. Qm̄ abunde. iij. col. ver. cōprobant̄ predicta. lib. i. & ita hos oēs, & alios plures allegat hanc opi. veluti cōem firmādo Curt. iunior in trac. feu. in. iij. p̄te. in. q. xxvij. ¶ Et vltra allegatos per eū ita firmat Fulg. qñ sumus in feudo non cōditionato, p̄ut isto casu ꝯtingit, in ꝯsi. viij. Dn̄s Petrus lōgus. Iaco. alua. in quodam suo ꝯsil. incip. Sup̄ casu feudali. circa medium. impresso inter ꝯsilia Alber. bru. nu. lxv. & do. Io. de scarāpis in ꝯsil. incip. Casus, sicut exactis. vij. col. ver. preterea, & si sine preiudicio veritatis, silr̄ imp̄sso inter ꝯsilia Bru. nu. cviij. q̄ ēt voluit ipse Albert. brun. in ꝯsi. lxxviij. Quia casus iste videt̄ clarus. post prin. & Bertrā. in ꝯsil. cclxxvj. Viso casu mihi exhibito. post prin. & cum ista opi. transit ēt Matthe. de afflic. in. d. §. quin etiā. post Bal. & alios per eum relatos, idem ēt voluit Deci. in cōsil. cccix. Viso puncto. ij. col. referens dicta Bal. in. d. §. q̄netiaʒ. & cum eo ꝯcludens, q̄ femina que semel per masculū fuit exclusa, erit in p̄petuum exclusa, ita q̄ mors masculi deinceps ei non patrocinat̄. ¶ Et lʒ Deci. ibi nō exp̄mat de feudo, sʒ loquat̄ in successione de iure cōi, tñ absolute, idē & multo magis sentit in feudo
6 cum moueat̄ per. d. §. q̄n etiā. qui in feudo loquit̄. ¶ † Et p̄terea feuda regulant̄ de iure cōi vbi exp̄sse ꝯ̄rium nō reperit̄, vt tradūt gl. Bal. & alij in. c. i. de gradi. suc. in feu. cum ꝯcor. vt p̄ patruuʒ & dn̄m meū Soci. in ꝯsi. cclij. Visis instr̄is. ij. col. in prin. ij. volu. & per Curt. seniorē in ꝯsi. xlix. Memoria recolende. col. xxxj. ver. & facit s̄m Alex. Ab ista ergo regula & cōi opi. non est aliquo mō recedendū q̄cq̄d in ꝯ̄rium dixerit Marti. de lau. post Iac. p̄ eum allegatū in. d. §. q̄n etiā. Et sic ꝯcludendū est in p̄posito nr̄o q̄ cū dn̄a Isengarda fuerit semel exclusa pp̄ existentiaʒ masculoꝝ ipsa cum oī sua posteritate dʒ dici p̄petuo exclusa. ¶ Et iustificat̄ ista
7 opi. † qꝛ ius succedendi, q̄ ei cōpetere poterat fuit semel extinctū in eius exclusione. Merito ergo non dʒ postea reuiuiscere. arg. l. qui res. §. aream. ff. de solu. cum sim. que in p̄posito alle. Matth. de afflic. in. d. §. quinetiā. post prin. & ideo in p̄posito nr̄o dicebat Petr. de anch. in ꝯsi. mihi. ccxx. Hec questio iam vulgaris dici
8 pōt. post princ. † q̄ oīs exclusio dʒ intelligi perpetua, vt per eum, q̄ tñ debet declarari nisi ex qualitate verboꝝ appareat t̄palis, vt ex his que ipsemet postea subijcit in dicto ꝯsilio percipi potest, q̄ certe in casu nostro non ꝯtingit cum simpliciter femine excludun-
9 tur, p̄pter existentiam masculoꝝ. ¶ Confirmatur ista opi. † qꝛ regula est, q̄ ꝯ̄rioꝝ eadem debet esse disciplina, vt per doc. in rub. ff.
10 de acquir. posses. vbi aliqñ eam plenius declaraui, † sed sic est, q̄ si femina fuerit semel admissa p̄petuo dicit̄ admissa, & non excludens p̄pter sup̄uenientiam masculoꝝ s̄m Iaco. de belui. Nico. de neapo. & Bal. in. c. i. de eo qui sibi & here. suis. & lʒ Andre. de iser. ibi ꝯ̄rium voluerit tñ ista opi. videt̄ magis cōis, p̄ut asserit illam sequendo Curt. iunior in trac. feud. in tertia p̄te, in. q. xxviij. ergo eodē modo per ꝯ̄riuʒ semel exclusa p̄petuo debet dici exclusa, & non dʒ admitti, p̄pter defectum masculoꝝ postea ꝯtingentē, & ita de vno casu ad alium per illam regulam arguit Curti. in. d.
11 xxviij. q. p̄pe finē. ¶ † Non obst. que supra in ꝯ̄rium allegabant̄, nam dū in inuestitura dr̄, q̄ femine succedant deficientibus masculis dʒ intelligi ab ipso initio, qñ. s. aliq̄s morit̄, vt. s. si ꝯcurrant ad eius successionē masculi, & femine, femine excludant̄, sed si nō sint masculi, & ita deficiant vocentur femine, non autem debet intelligi, q̄ postquam fuerint excluse debeant vocari si masculi deficiunt, & ita probatur in. c. primo. §. filia. de successione feudi. vbi

verba illa, ꝙ filia succedat deficiẽtibus, siue nõ extãtibus filijs, in telligunt᷑.s. ab initio qñ de successione agit᷑, vt ibi p doc. ꝛ p Prepo. in d.§. cõgentiã. ꝛ ni fallor istud võr importare ṽba illa, sꝫ defi-

12 ciẽtibus masculis femine ꝛc. †nã dr̃ deficere in ꝓposito nr̃o q tpe in quo de successione agit᷑ non repit᷑, sicut ẽt dr̃ cessare qui tali tpe non reperit᷑, vt in auc. cessante. C. de leg. here. ꝛ de ver. deficere. est

13 tex. in. l. ij. ff. de pscr. ver. ꝛ in. l. ij. ff. si qs aliq. test. phi. ¶ †Et licet non me lateat aliqñ deficere eum dici q decessit, qñ. s. talis ostẽda tur loquentis intentio. vt. §. hinc nobis. in auc. de here. ꝛ falc. ibi, deficientiũ. lꝫ alibi ꝛ forte melius legat᷑, defunctoꝝ, tñ in ꝓposito nr̃o non sic puto capiendũ ṽbum illud, deficientibus, sed capi dꝫ p eo qđ est non existentibus, vt sic defectus eoꝝ ꝯsideret tpe quo

14 agitur de successione feudi, vt. s. dixi. ¶ †Et si dicat᷑ ꝙ ita capien do ṽba illa, sed deficientibus ꝛc. nihil võr opari ꝯ. l. si qñ. de le. i. ꝛ. c. si papa. de priuile. lib. vj. semp. n. sunt sic capienda ṽba, vt ali quid operent᷑ p dicta iura, vt declarat Bal. in rub. C. de ꝯbe. em ptio. in. ix. q. ¶ Rñdet᷑ ꝙ imo operant᷑, ꝛ iportant ꝙ vbi alias fe mine sunt incapaces feudoꝝ. c. i. de grad. succ. in feu. ꝛ. d. c. i. §. fi lia. de succ. feu. cum simi. efficiunt᷑ per illa ṽba habiles, ꝛ illis me diantibus, ꝛ sic ex tali pacto femine vbi masculi desint poterũt ad mitti, non tñ ex eo est inferendũ ꝙ si masculus postea decedat ẽt sine masculis femine debeãt admitti, que iam fuerũt excluse p pre dicta, nisi tñ talis esset femina q̃ masculo vltimo morienti sit vl̃is hr̃s, tunc. n. bene posset admitti ex forma inuestiture de qua agit᷑ cum ẽt extranei hr̃des vocent᷑, si desunt descẽdentes masculi ꝛ fe-

15 mine. †Et ꝙ in ꝓposito ṽba illa, sed deficiẽtibus masculis, capi deãt, vt dixi, ꝯstat ex sequẽtibus ṽbis, ꝛ ipsis deficiẽtibus ẽt ex tranei ꝛc. pari. n. mõ ꝛ in eadẽ significatione dꝫ accipi ṽbuꝫ illud, de ficientibus, in vno loco quo in alio, sumpto arg. a ꝯsuetudine lo quendi ipsoꝝ ꝯtrahentium arg. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de lega. i. sed ṽbum, deficiẽtibus, vltimo loco positũ ad feminas descẽdentes relatũ oĩno capit᷑ hoc est, nõ existẽtibus, tpe quo de successione feu di agit᷑, vt pꝫ, qꝛ vocant᷑ extranei hr̃des, vt credo oĩbus esse claꝝ, ergo eodem mõ capi dꝫ paulo ante, qñ refert᷑ ad masculos, ꝛ vo cant᷑ femine, ꝛ ita in sĩli arguit Corn. in ꝯsi. clxij. Licet pĩna frõte.

16 ij. col. iiij. vol. ꝛ hoc ego puto indubitatũ in casu isto. ¶ †Nec ꝯc ꝙ̃ facit doctr. Bar. in. l. fi. ff. ad tert. (esto ꝙ sit ṽa, đ quo ad pñs nõ disputo) qꝛ ꝓcedit qñ femine non simplr̃ excludunt᷑, sed tpal̃r, puta, donec, vel ꝙ̃diu, supsint masculi, put ipse ibi, ꝛ qui sequunt᷑ eum declarãt, si. n. simplr̃ excluderent᷑ existẽtibus masculis eaꝝ ex clusio esset ꝑpetua, vt ibi per eũ, ꝛ per alios in locis in ꝯtrium alle gatis, sꝫ in casu nr̃o femine simplr̃ excludunt᷑ existẽtibus masculis, vt sonant illa ṽba, ita tñ ꝙ existẽtibus masculis femine non succe-

17 dant, ergo ꝛc. ¶ †Non ob. c. i. de eo qui sibi ꝛ here. su. s. in ꝯtriuꝫ allegatũ, qꝛ ibi non ꝓbat᷑, ꝙ femina semel exclusa postea admitta tur, put ad illũ tex. rñdent Prepo. in d. §. cõgentiã. ꝑpe fi. ꝛ Curt. in. d. trac. feu. q. xxvij. loquit᷑. n. ille tex. đ muliere tpe successionis excludenda pp existiam masculi, vel illi pferenda, ꝛ deteriat eam excludendã, lꝫ sexus femineus iaꝫ fuerit admissus, qꝛ eo non ob stante quoties de successione feudi agẽdũ est masculus femine pre fert᷑, ꝛ hoc mõ dẽnt intelligi illa ṽba, donec masculus supest ꝛc. ꝛ sic importabũt tpalitatem respectu tpuꝫ, qbus de successione erit agendũ non aũt tpalem exclusionem femine, ne alias ꝯdicat text.

18 in. d. §. cõgentiã. †Preterea ille tex. hꝫ varios intel̃s, vt ibi per doc. maxime Prepo. merito in eo nõ dꝫ fieri fundamentũ. iux. doctr. Bar. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. ꝛ istud ẽt voluit Preposi. in d. §. cõgentiã. ¶ Cõcludit᷑ ergo ex pdictis istos de Siluaticis nepo tes dñe Insengarde ex eius psona ad feudũ nõ posse admitti cuꝫ ipsa semel fuerit exclusa a successione. d. feudi, vt. s. dcm̃ fuit. Sed in. d. feudo sicut in ceteris bonis successit dña Victoria mater, et hr̃s dñi Julij vltimo sine liberis decedẽtis, lꝫ ipsa nõ sit de descen dẽtibus eius, attento ꝙ ex forma inuestiture ex defectu descẽden tiũ ẽt extranei hr̃des succedere pñt. Et hoc sit pmũ fundamentũ, ꝙ per se sufficeret, ꝛ est ꝯcludentissimũ. ¶ Scdm̃ fundamentũ, ꝙ

19 ẽt per se sufficit, ꝛ mihi võr indubitatũ, est, †qꝛ feudũ de quo agitur fuit ꝯcessuꝫ in effectu dño Joãni sulimãno, ꝓ se, ꝛ filijs, ꝛ hr̃dibus masculis, ꝛ feminis, ac ẽt pro hr̃dibus extraneis, ordine tñ succes siue declarando, vt. s. dcm̃ fuit, ita ꝑprie important ṽba illa inue stiture, vꝫ, succedentibus in ipso feudo filijs, ꝛ hr̃dibus. d. dñi Jo annis ꝛc. ex quo sequit᷑ clara ꝛ verissima doctoꝝ ꝯclusio ꝛ eiusmo di feudũ dr̃ oĩo hr̃ditariũ saltẽ quantũ ad hoc, vt ad illud nõ ad mittant᷑ nisi qui fuerint hr̃des, vt voluit Bal. in. c. i. ij. col. ver. ex quo collige tres casus, in tit. an agna. vel fil. ꝛ ibi ẽt Preposi. hoc declarat in. iij. col. tradit Jas. in. l. ij. col. antepe. in princ. C. de iure emphy. iũctis multis eius dictis pcedẽ. istud ẽt voluit Alex. post plures ab eo relatos in. l. qđ dr̃. la. ij. in pluribus locis maxime in

xx. ꝛ. xxj. col. ff. de ṽb. obli. ꝛ in ꝯsi. xxvj. Ponderatis his. nu. iiij. lib. v. Idem voluit Marti. de laud. in trac. de princip. xx. ꝯclusio ne, ꝛ Deci. in ꝯsi. cxciiij. Viso tenore. ij. col. ver. scđo in eadeꝫ inue stitura, in ꝯsi. ccvij. nu. ix. Jas. in ꝯsi. lvij. in cã mota. i. col. i. volu. ꝛ declarat Curt. iunior in trac. feu. car. viij. ij. col. ꝛ in ꝯsi. i. Facti cõ tingentia. iij. col. nu. xj. ꝛ ante oẽs fuit hoc dcm̃ Bar. in. l. vt iuris iurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Et istud ꝓuenit pp illud ṽbum, ꝛ hr̃dibus, ꝙ alias nihil operaret᷑ ꝯ. l. si qñ. ff. de leg. i. cũ simi. vt p doc. in locis pdictis, maxĩe Alex. in. d. l. qđ dr̃. Et hoc multo ma gis võr ꝓcedere in casu nr̃o, qñ ex quo non existẽtibus descendenti bus hr̃dibus vocant᷑ ẽt extranei hr̃des apertissime demõstrat᷑, ꝙ istud feudũ dr̃ hr̃ditarium pinde ac si fuisset dcm̃, ꝛ pro hr̃dibus

20 qbuscũqꝫ, †naꝫ semp qñ ṽba inuestiture sunt ita ꝯnalia, vt oẽs ꝛ quoscũqꝫ hr̃des cõprehẽdãt feudũ dr̃ hr̃ditariũ, vt voluit Abb. in ꝯsi. xxx. Mitar in presenti. in. iij. dub. ij. vol. Alex. in ꝯsil. cxcv. Perspectis instr̃is. iij. col. vj. vol. ꝛ ꝯsi. vij. Attẽtis ꝛ põderatis. ij. col. vij. vol. tradit Jas. in vsi. feu. col. xvj. et. xvij. ver. tertio limi tat᷑. ꝛ col. fi. ver. feudũ hereditariũ. Deci. in ꝯs. lxxviij. Licet in ca su. iij. col. in ꝯsi. clxxxv. In cã istoꝝ. ij. col. ꝛ in ꝯs. cccxcv. In causa magnifici. i. col. ꝛ Curt. iunior in trac. feu. car. xliij. col. iiij. versic. quarto signãter. Non põt ergo in feudo de quo agit᷑ succedere q nõ sit hr̃s, sed in ꝓposito isti de Siluaticis nõ sunt hr̃des dñi Ju lij sulimãni nouiter defuncti ergo ꝛc. ¶ †Et si dicãt istud nõ ẽe ne

21 cessariũ, sed satis esse ꝙ sint hr̃des dñi Joã. sulimãni pmi inuestiti saltẽ mediate hoc est mediãte psona Frãcisci pr̃is eoꝝ ꝛ dñe In sengarde eoꝝ auie paterne, filie. d. dñi Jo. vt declarat do. Jo. cal. in ꝯsi. xiij. Cõcessuꝫ est. in fi. in tit. de feu. voluit Alex. in ꝯsi. xxvj. Põderatis his. iiij. col. v. vol. ꝛ Alber. bru. in ꝯs. xviij. In cã ver tente. iiij. col. ver. tertio qꝛ psupposito. ꝛ alij plures q allegari pos sent. Rñdet᷑, ꝙ istud eis nõ patrocinat᷑, posito ꝙ sit veꝝ sine veri tatis pinditio, qñ ꝓbare deberẽt, ꝙ dña Insengarda pdicta fue rit hr̃s patris ꝙ facere non pñt, qñ vt audio, illa nõ fuit hr̃s dñi Joãnis sui patris, qꝛ ex forma statuti Patauini fuit exclusa a pa terna hr̃ditate per dñm Sulimãnũ fratrẽ eius, ꝛ filiũ masculũ. d. dñi Joãnis primi inuestiti, ꝛ ita mihi in facto presupponit᷑. ¶ Cõ cludit᷑ itaqꝫ ẽt ex hoc scđo ꝛ indubitato fundamẽto istos de Sil uaticis ad feudum de quo agit᷑ nõ esse admittendos, sed admissa fuit dña Victoria mater, ꝛ hr̃s dñi Julij predicti, vt. s. dcm̃ fuit, put ipsa toto tpe sue vite, istud feudũ possedit, ꝛ ea defuncta tale feudũ ptinet ad dñm Gasparẽ ab horologio eius fratrẽ ꝛ hr̃dem vl̃em, put illud detinuit, ꝛ possedit ẽm ꝙ in puncto narrat᷑. Hec quo ad pmam qõnem. ¶ Circa scđam qõnem parũ est insistendũ qꝛ eius resolũ sumit᷑ ex pdictis, nã si isti de Siluaticis nullũ ius dñr hr̃e circa. d. feudũ nec ad eius successionẽ vocant᷑, sed vocata fuit dña Victoria, ꝛ post eã frater ꝛ hr̃s eius, seqt᷑ ꝙ inuestitura facta de illis seu illis ꝯcessa dr̃ nullius momẽti, maxime in pinditiũ pre dicti do. Gasparis. ¶ Et hoc ꝓbat᷑ pmo qꝛ sic intellexit reueren. do. Hieronymus iustinianus qui ꝓ reuer. Cardinali ꝛ Epõ Pa duano illã iuestiturã fecit. ¶ Scđo qꝛ ẽt si nõ sic ille intellexisset, ita tñ ex iuris dispõne dẽret intelligi. ¶ Primũ ꝯstat ex duobus, ꝛ pmo qꝛ illa iuestitura fcã est ptextu iuris qđ asserebant᷑ hr̃e isti de Siluaticis in succes. d. feudi tanꝙ̃ descẽdentes ex dña Insen garda, pp defectũ illoꝝ de Sulimãnis, ꝛ sic vti de iure ad. d. feu dũ, seu ad ius successiõeꝫ admittẽdi fuerũt inuestiti, vt clare ꝯstat

22 ex ipsa iuestitura. †Quo stãte seqt᷑ ꝙ cũ cã, ꝓ quã fuit facta iue stitura sit falsa, inuestitura ipsa reddit᷑ inualida. arg. l. si pater. ꝛ q̃ ibi dñt doc. C. de here. insti. sicut. n. ibi institutio facta de aliquo vti filio non vꝫ si filius illi non sit, ita in casu nr̃o inuestitura facta istis de Siluaticis vti psonis, que ad successionẽ dicti feudi vocabant᷑ dꝫ dici inualida si ipsi nõ sunt ad talẽ successionẽ vocati, put vere non vocant᷑, sed fuit vocata dña Victoria mater, ꝛ heres dñi Ju lij sulimãni vltimo decedentis, ꝛ post eam dñs Gaspar ab horolo gio ipsius dñe Victorie frater, ꝛ hr̃s, vt plene dictũ fuit. s. in. i. q.

23 ¶ †Facit qꝛ si qs legitimat filiũ suum spuriũ, ꝛ eum postea tanꝙ̃ filium legitimatũ, instituat institutio nõ valebit si ex aliqua causa legitimatio ostendat᷑ inualida cũ causa institutionis falsa reddat᷑, ita singulr̃ determinat Pau. de cast. post alios quos allc. in. l. eã quã. ij. col. ver. ꝛ per istã. l. ꝛc. C. de fideicõ. refert ꝛ sequit᷑ Jas. ibi. ij. col. ver. ꝛ per istum tex. ꝛ in ꝯsi. cxxv. Punctus presentis ꝯtro

24 uersie. ij. col. iiij. volu. ¶ †Item facit decis. Decij in ꝯsilio. cxliiij. Nã ex facto. dum inter cetera in. ij. col. dicit ꝙ inuestitura tanꝙ̃ ambitiosa dꝫ restringi ad casum suum, ꝛ ideo facta sub pretextu, ꝙ Titius sit premortuus non valet si ille viuebat, ꝛ si fiat tanquã de feudo venditio dicitur inutilis si venditio nulla facta erat, vt ipse ibi ponit. ¶ Possent ad hoc plurima alia cumulari, que gra tia breuitatis omittuntur. Sic ergo ipse Reuerendus inuestiens

istos de

istos de Saluaticis credit noluisse talē inuestiturā valere, si illi ad feudi successionē nō admittebant, cū talez inuestituram fecerit ea opi. ꝙ illi eēnt vocati ad feudi successionem, ꝑut sibi narrabat, ⁊ maxime in ꝑiudiciū dn̄e Uictorie, siue fratris eius ad quem feudi successio deuoluta erat, de quo nulla fuit vnq̄ȝ habita mētio. ¶ Et hoc ipm̄ scd̄o euidētius ꝓbat, q2 repit expressuȝ in ꝑdicta inuestitura in x. saluo sp oi ⁊ quolȝ iure ⁊c. nā ibi dr̄ ꝙ saluat ius quarūcūqȝ ꝑsonaꝝ, ita ꝙ ꝑ talez inuestiturā nemini in iuribus suis ꝑiudicet, sic ergo seq̄t ꝙ dn̄o Gaspari ꝑdicto ꝑ talem inuestiturā nō fuit pre iudicatū, q2 q inuestiturā fecit ei ꝑiudicare noluit. ¶ Sed posito ꝙ inuestiens nō ita itellexisset adbuc tn̄ dico, ꝙ talis inuestitura oio deberet intelligi absqȝ ꝑiudicio dn̄i Gasparis, vel cuiuscūqȝ alterius,

25 † q2 pro regula inuestitura feudi alicui ꝯcessa sp intellr̄, saluo iure tertij, ⁊ sine alterius ꝑiudicio, ƀm Andr. de iser. in. c. si qs inuestiuerit. de feu. dat. inuicem. l. cōmis. ꝑut ibi referunt ⁊ sequunt doc. maxime Matthe. de afflic. ij. col. in ꝑn. arg. l. in ꝯcedēdo. ff. de aqua plu. arc. cuȝ si. allegatis ꝑ eundē Afflic. in. d. c. si qs inuestiuerit. col. xix. vbi silr̄ ꝯcludit ꝙ inuestitura q̄libet semp intelligi dȝ saluo iure tertij. Idez firmat Pau. de ca. in ꝯsi. clx. In cā appellationis. i. col. dicens,

26 † ꝙ inuestitura hȝ tacitā ꝯdōnem a iure subintellectā. s. sine ꝑiudicio alieni iuris, vt ꝑ euȝ quem refert ⁊ sequit Deci. in ꝯsi. ccccxlviij. Supiori anno. iiij. col. x. scd̄o ꝑncipaliter. vbi plura ponit ad ꝓpositū, q̄ non trāscribo cum videri possint. Facit. c. ij. quo tpe miles, nā ibi clare dr̄,

27 † ꝙ cābiuȝ factuȝ de feudo ad aliū ꝑtinente sine eius ꝯsensu ꝓ non facto habet. Et ibi doc. dn̄t idem esse de inuestitura, vt ibi ꝑsupponit Affli. in. iij. col. ver. in glo. ij. que est si. ⁊ idem voluit in. c. i. §. hoc quoqȝ. ꝑ totum. maxime in. vj. col. ver. aduerte tn̄. de succes. feu. dum reprobat ibi opi. Jac. de belui.

28 † ⁊ ꝯcludit ꝙ inuestitura facta filie post mortez pr̄is de feudo ꝙ ad agnatos masculos ꝑtinebat nihil opat in preiudicium agnatoꝝ, vt per eum. Et sic ꝓprie dōm est in casu nr̄o, vt. s. iñestitura facta istis de Saluaticis nihil opet ꝯtra dn̄m Gasparez ad quem ꝑdicti feudi successio ꝑtinet.

29 ¶ † Et adeo vr̄ hoc veꝝ, vt ꝓcedat etiā si dicta inuestitura facta fuisset dn̄o Gaspare sciente ⁊ patiente dūmodo aliter non appeat de eius consensu ƀȝ opi. Andr. de iser. relatā ⁊ approbatā pluribusqȝ roboratam per Afflic. in. c. i. §. ꝑterea. iij. ⁊. iiij. col. qb. mod. feu. amit. il. i. de quo tn̄ ad pn̄s non disputo, ⁊ nihil firmo, cū plures isto casu tenuerint ꝯtrium, vt ibi per eum refert. Non. n. in ꝓposito nr̄o fieri dȝ talis disputatio cum inuestitura de qua agit fuerit facta nō citato, ⁊ penitus inscio dn̄o Gaspare, vt in puncto narrat. ¶ Et demū inualiditas iuestiture ꝑdicte cōprobat ex pulchra doctri. Bal. in ꝯsil. cccxxiij. Proponit ꝙ dn̄s. ij. col. ver. tertio est ꝑmittenduȝ. in. ij. vol. dū ꝯcludit,

30 † ꝙ de feudo ꝙ dn̄o non est apertū non pōt alius inuestiri nisi de volūtate eius ad quem feudū ꝑtinet allegat. c. i. §. rursus. qb. mod. feu. amit. ⁊ alia q̄dam, vt per eū. Sed in ꝓposito nr̄o feudū de quo agit non dr̄ apertū Epo Paduano dn̄o directo, sed ad illud ꝑ succes. admissa fuit dn̄a Uictoria, ⁊ post eam dn̄s Gaspar eius frater, ⁊ hr̄s, vt. s̄. ostensuȝ fuit, ergo ꝑdicta inuestitura fieri nō potuit saltem vt per eū sit in aliquo iuribus ꝑdicti dn̄i Gasparis ꝑiudicatum. ¶ Nouissime ꝙ ꝑdicta inuestitura, ⁊ ꝙ eā secutuȝ fuit, vȝ trāslatio possiōnis in istos de Saluaticis ipsa iuestitura mediāte in aliquo non ꝑiudicauerit dn̄o Gaspari est clara decisio in statuto Padue, in. iiij. vol. ꝺ pactis clericoꝝ. in. v. cap. in quo cauet ꝙ si qs ꝑ se, ⁊ suos auctores feudum aliqd̄ decimale (ꝑut est istud) vel aliud possederit per. xx. annos nō possit tali possiōne priuari nisi cū plena cause cognitione, ⁊ eius citatione ꝑcedente, ⁊ si secus fiat, ⁊ per Epm̄ aliqs ꝯtra ꝑdicta inuestiat talis iuestitura nō ꝑiudicabit in aliquo ipsius feudi possori, sed do. Gaspar suo, ⁊ suoꝝ auctoꝝ tpe cōputato possedit predictuȝ feudū nedū per. xx. annos, ƀȝ ꝑ centuȝ, ⁊ vltra, ergo eo nō citato, ⁊ cā non cognita tali feudo, ⁊ eius possessione spoliari non potuit. Et ꝑꝑea inuestitura de qua. s̄. ⁊ oia inde secuta ꝑdicto dn̄o Gaspari nō potuit in aliquo ꝑiudicare, cū vt dcm̄ fuit nō fuerit citatus, nec de cā aliquo mō cognitū fuerit. Laus Deo, ⁊ Uirgini gl'iose cuius assūptiōis solēnitas cras i militāti eccl'ia celebrat, ann. 1538.

Maria. soci. iunior iuriscon. Padue legens. 1538.

## CASUS

¶ Illustres Comites de Cuserculo q̄dā loca, siue castra i Romādiola tenebāt, tāq̄ȝ emphyteotica cū certis pcis, ⁊ cū obl'one certi canonis ānuatī soluēdi a q̄dā abbatia. s. Hilarij siue ab ciꝰ platis. ¶ Et cum per tpa debita canonē nō soluerint, ⁊ pacta nō seruauerint videns reuerē. Abbas q tūc viuebat ꝑdictos Comites cecidisse a iure suo ꝑdicta vti ad se reuersa dedit in emphyteosiȝ, ⁊ de hoc solēnez inuestiturā fecit anno. 1516. illustrissimo comiti Nicolao de balneo eo maxime intuitu, q2 iam antiqs tꝑibus fuerunt dicta castra eodem iure apud maiores, ⁊ antecessores ꝑdicti Comitis Nicolai a quo semp dum vixit, ⁊ post ab eius hr̄dibus fuit solutus debitus canon predicte abbatie, ⁊ suis prelatis.

¶ Decessit comes Nicolaus ꝺ anno. 1531. relictis duobus filijs ⁊ hr̄dibus, q tunc erāt ipubes, vȝ illustribus comitibus Jo. fráciscо, ⁊ Fabricio, ⁊ cuȝ illi de Cuserculis licet a iure suo cecidissent nunq̄ȝ dimiserint possiōnez ꝑdictoꝝ castroꝝ, ƀȝ eā adbuc teneāt, vellent nūc ꝑdicti illustres comites Jo. fráciscus, ⁊ Fabricius. d. castra ꝯseq, ⁊ de manibꝰ illoꝝ de Cuserculis ꝑ viā iuris auferre.

¶ Querit vtꝝ sint audiendi. Et in eoꝝ fauorem ꝯsuluerunt excellentissimi docto. dn̄s Andreas fuscus, ⁊ dn̄s Agamus guccius, ⁊ vbi iustitia patiatur petitur ab excellentia vestra predictoꝝ consiliorum subscriptio ⁊ comprobatio.

## SUMMARIUM

¶ De emphyteota qui debitum canonem statuto tpe non soluit, vtꝝ ipso iure sit ꝑuatus dn̄o volente, an requiratur sententia.
¶ Et an tunc dominus alteri concedere possit illo ignorante.
¶ Et que remedia competant contra eum.
¶ Et quanto tempore prescribantur.

¶ Emphyteota cessans per biēnium in solutione canonis cadit ab omni iure in emphyteosi ecclesiastica, ⁊ boc si dominus velit, vt infra nu. 2. 3. 10. et. 11.
Nec rescriptum Pape in contrarium est attendendum.
4 Clericus cōmittens causam priuationis beneficij nō est priuatus ipso iure, sed per sniam venit priuandus, secus in emphyteota canonem non soluente. ⁊. ꝭ. nu. 11.
5 Emphyteota a iure suo cadente ob canonis non solutionem dominium vtile cum directo consolidatur.
6 Usufructus eo finito cum proprietate consolidatur.
7 Emphyteosis quando ad dominum est reuersa potest altericoncedi non citato emphyteota.
8 Regula quod potest fieri aliquo inuito pōt etiam fieri eo ignorāte non procedit in iudice, nec in arbitro.
9 Scientia aut patientia illius qui sciens, ⁊ presens cōtradicere nō posset in actu extraiudiciali necessaria non est.
11 Emphyteota suo iure priuatus ob canonis non solutionē, an possit per dominum propria auctoritate expelli.
13 Inuestitura per dn̄m facta de re emphyteotica ad eū reuersa nō opat, vt vitate nō ostensa corā iudice quis veniat priuandus.
14 Emphyteota abusiue inuestitus si agere vult contra possessores quo nomine agere debeat.
15 Emphyteote spectat probatio canonis soluti.
16 Qui vult vnum vult omne id quod sine eo fieri non potest.
17 Emphyteota qui aliq̄n dn̄m recognouit, canonem ēt longissimo tpe nō soluēs nūq̄ȝ ob eius malā fidē ꝑscribit, nec eius hr̄des.
18 Remedia que domino competunt aduersus emphyteotaȝ canonem statuto tempore non soluentem.
19 Cōdō sine cā, ꝯdō ex. l. ⁊ iterdictū vti possi. sūt actōes ꝑsonales.
20 Actiones personales minori spacio. xxx. annoꝝ. nō prescribunt.
21 Prescriptio non valenti agere non currit.

## CONSILIUM CXI

Dirigat Dn̄s vba mea in viam vitatis ⁊ iustitie. ¶ Uiso themate supius ꝺscripto vna cū ꝯsilijs ꝑstantissimoꝝ iuriscon. mihi vti fratꝝ hon̄. oibusqȝ diligēter ⁊ mature ꝯsideratis i eoꝝ sniaȝ facile ꝯcurro vti iuridicā. Et lȝ abūde ⁊ subtilr̄ ꝑ eos scriptuȝ sit, ⁊ ita vt nullus fere locus addēdi relictus videat, ⁊ ꝑꝑea satis videret eoꝝ ꝯclones simplr̄ approbare. Tn̄ ne incōsiderato videar ad subscribēdum adyisse, ⁊ vt mihi ipsi satisfaciā ꝓ iustitie clariori demōstratione paucula vba subijciā. ¶ Primū ergo ⁊ ante oia facio solidā ⁊ vissimā ꝯclu.

1 † ꝙ ꝑdicti comites de Cuserculo ꝑ nō solonez canonis debito tpe dn̄r cecidisse ab oi eoꝝ iure. s. cū ꝑmū biēnio cessauerit ex quo sumus in emphyteosi eccl'iastica, ꝑut est tex. in auc. q rez. ⁊ in corpe vn̄ sumit. C. de sac. san. ecc. ⁊ in. c. potuit. ⁊ ibi doc. tradūt ex de loc. Et adeo veꝝ est hoc, vt rescriptū Pape in ꝯriūm nō sit attēdendū, vt inqt Bal. in. l. si a te. C. de pac. inter emp. ⁊ ven. refert ⁊ sequit Jaco. de. s. georg. in. d. auc. q rē. xv. col. Hoc tn̄ dȝ intelligi modo istud voluerit prelatus ecclesie vt dicunt doct. in. d. auc. qui rem.

& in.d.c.potuit.& p claro presupponit Ias.in.l.ij.in.v.nota.C.de iur.emphy.& hoc clare dr in.d.l.ij.in v.voléti ea licere &c.& in v. si dñs voluerit &c. Et lz ille tex.loquaf in emphyteosi puatoꝝ bo minũ,dz tñ fortiori rõne pcedere in ecclesiastica fauore ecclesie,& vr ét hoc pbari in.d.auc.q ré.q́ loqf in emphyteosi ecclesiastica in ver.repelli pót &c.put illũ tex.pōderat ibi isignis moder. Iac. de.s.georg.†dicens bene ibi pbari q oia iura dicétia emphyteo tá cadere a iure suo si cessauerit a solutione canonis dent intelligi q cadat ipso iure.s.si dñs velit,& nó aliter,vt per eũ ibi in vlt. no. idem ét vult Corne.in qsi.cxv. Licet in hoc.ij col.i.volu.& Deci. in qs.cxxxviij. Et diligéter.iij.col.q ambo loquunf in emphyteosi ecclesiastica,& qcludũt reqri voluntaté prelati,vt emphyteota nó soluens canoné dicaf cadere a iure suo, vbi aũt de volũtate qsta ret ipso iure dr puatus,vt ipsi ibi volũt,& ex pdictis qstat. Unde cum in casu nro appeat,q prelatus ecclesie voluerit Comites de Cuserculo,pter non solutũ canonem cecidisse ab eoꝝ iure em- phyteotico,& eos fuisse tali iure puatos,vt.j.tangã sequif multuz clare,q volũtate plati declarata dicanf a suo iure emphyteotico cecidisse statim,& ipso iure,& hoc tenendo illá opi. que verior est, & magis cóiter approbata vz,q emphyteota pp nó solutũ cano- né debito tpe ipso iure pdat ius emphyteoticũ vbi de dñi volũta- te appeat absq aliq́ snia,vel iudicis declaratione,†& ita hác opi. firmat Imo.in.d.c.potuit.post Ant.de but.ibi,put refert & seqf Alex.in qsi.vj. Circa pcessũ.col.pe.v.ité nó potuerũt.iij.vol.& Deci.in qsi.cxlvj. Et p tenui facul.in v.nó ob.allegata in qriuz. cũ qcor.adductis.s.p alios qsulentes. Et Alex.& Deci.in locis pdictis dnt cóiter teneri,q ipso iure absq aliqua snia emphyteo ta dr puatus oi suo iure dũmodo d volũtate dñi appeat. Et vltra adducta p dños.s.qsuléies hác opi.tz si recte aduertaf Fulg. in qsi.ccxliij. Sup qditione.est qsi.fi.in vlt.col. Ang.in qsi.cccx. In thémate pdicto.in.iij.dubio. Pau.de ca.in qsi.cxxxv.j.allegádo in v.erat.n.aptũ.d.liuellũ.& And.barb. in.d.c.potuit.vij.col.al legás p hoc.§.seqre aũt.in auc.de nó alie.&c.col.ij.& clare hoc fir mat Corn.in.d.qsi.cxv.ij.col.v.attento q mora.dicés.q ipso fa cto pp canoné non solutũ debito tpe emphyteota pdit ius suũ,& res reuertif ad,ppetariũ nó expectata snia iudicis mó ppetarius voluerit,idé dixit ét i qsi.ccxxxvij. In hac qsul.iij.col.v.pp cano né.n.nó solutũ.cũ v.seq.i.vol.vbi plurimos p hac opi.allfat,& in qsi.clxv. Circa pmũ.v.col.v.lz alias in casibus.ij.vol.qcludens, q ipso iure puaf,ita q nó reqrif snia puatiua, nec ét declaratiua vt p eũ,& idé voluit Fely.in.c.de qrta.de pscr.col.mihi.xij.v. sic est,q no.Spec.iũcto v.nó ob.dcm Spec.posito in seq. col.†dũ facit driaz inter emphyteotá nó soluenté canoné,& clericũ,q cãm puationis bñficij cómisit,emphyteota.n.nó venit puádus p sniaz lz ipso iure puaf cleric⁹ vo p sniaz,vt p eũ,eadé opi.tenuerũt plu res alij,vt p Ias.in.l.ij.C.de iure emphy.in.v.no.in.i.q. q itidé & ipse illá seqf plurib⁹qfirmás,vt p eũ,q ét rńdet ad qria,& ex eius dictis qstat,q ita se hz cóis opi.vt ét.s.dixi.†Et státe tali puatóe seqf q vtile dñiuz reꝝ emphyteoticaꝝ,q erat penes illos de Cu serculis ad abbatiá pdictá,& eius platos reuersuz fuit,& cũ dire- cto dñio qsolidatũ,vt tradũt doc.in.d.c.potuit.& in.d.l.ij.†sicut in simi qtingit de vsufructu qñ finif,q.s.ad,ppietaté reuertif,& cũ ea qsolidaf.iux.§.fi.insti.d vsufr.cũ alijs adductis.s.p pmũ qsul torẽ,& plene dclarat Cor.in.d.qsi.clxv.vj.col.v.qñ ergo emphy teota cadit.†Et h sic psupposito put vissimũ est iferf,q abbas & plátus.d.abbatie potuit castra de qbus agif alteri in emphyteo- sim qcedere tãq ad se reuersa nó citatis,imo ét penitus ignorãti bus pdictis Comitibus de Cuserculo,ex quo.n.si pñtes eént qdi cere tali qcessioni nó possent cũ sint suo iure puati,q eis iuitis fie ri potuisset,potuit multo magis ipsis ignorãtib⁹.l.q pót iuitis.ff. d reg.iur.† attéto q nó sumus in iudicib⁹,vel arbitrijs in qb⁹ rla illa nó pcedit.l.si in tres.ff.d arb.&.l.si duo.ff.d re iudi. & tradunt Bar.& Deci.in.d.§.q pót iuitis.& ita in idiuiduo singlr deteriat Lud.de ro.in qsi.ccxij. Quo ad pmũ.in pn.vbi ét adducit q́dam alia fundaméta,& maxime.l.ne cui.C.loc.vt p eũ.& istá decis.tãq singularé refert & seqf Ias.in.d.l.ij.C.de iur.emphy.vj.col.v.itez qnto adde.hoc idé signáter firmat Pau. d ca.in qs.mihi.cxxxv. In casu pñti.& Alex.in.d.qsi.vj.iij.vol.put ét.s.p pdictos qsulé tes allegaf.Facit†q in actu extraiudiciali nó est necessaria scia,aut pñtia illius q sciés,& pñs qdicere nó posset,arg.l.si euz seruũ.§.si qs seruũ.ff.d fideic.lib. put p hác rõné,ita firmat patruus,& dñs meus Soci.in qsi.iiij. Sup.q.q vtrũ.vij.col.ver. imo ex quo erát puati.iij.vol.& ibi allegat Rom.i.d.qsi.ccxij. Hoc ét apte voluit Cor.in.d.qsul.ccxxxvij.i.vol.in v.& sic gl.& doc.†dũ qcludit em- phyteotá p nó solóne canonis puatuz eé ipo iure absq snia,si tñ de volũtate dñi appet,d q dicit appere p qcessióez i emphyteosim alteri factá vt p eũ,q ét idé voluit in.d.qsi.clxv.ij.vol.vj.col.†dũ qcludit q ecclesia emphyteosim ad se reuersũ pót alij qcedere,& q ad h nulla reqrif snia,aut iudicis dclaratio,& all. Ro.& Pau. de ca.in qsilijs pal.& subdit q sup h dcó tãq sup claro nó imédit ampli⁹ isistere,vt p eũ,sic ét ego dicá h,q sup h tãq claro,& apd nros doc.idubitato vltim⁹ nó isistá,lz vna cũ alijs qsulto. in ppo sito casu qcludá abbaté & platũ ecclesie pdictũ potuisse iuestire il lustr.comité Nic.d Balneo,& talé iuestiturá oi iure valuisse ét in scijs,& nullo mó monitis,aut citatis pfatis Comitib⁹ d Cuserculo cũ iá ipsi a iure suo cecidissent,& oé ius reuersũ fuisset ad pdcm abbaté,vt ex.s.dcis qstat.†Et puto diligéter aiaduertédũ,q i p posito nro nó est igrediédũ in arduá illá.q.vtꝝ.s. puatus emphyteota suo iure pp nó solutũ canoné possit ppria aucte p dñs expelli de q́ plene p doc.in.d.l.ij.in.d.auc.q ré.& in.d.c.potuit.in qbus locis & alibi ét doc.varie locuti fuerũt vt plene p Ias.i.d.l.ij.xxx. col.cũ trib⁹seq.in v.p clara g itelligétia. Barb.in.d.c.potuit.in col.vij.& nouis.tradit Iac.de.s.geor.i.d.auc. q ré.col.mihi.xj.v. nũc est vidédũ.dico.n.q d h nó est tractádũ,q nec reueré.abbas .s.Hilarij,nec ét illust.comites Io.frá.& Fabricius cogitát h face re posito ét q eis liceret vt multi tenuerũt vt p Cor.q ita tz in cáu suo in qsi.cclxxj. In hac qsul.p totũ.in.iij.vol.lz vrbanius oino p cedere itédũt,& de iurib⁹suis corá cópetéti iudice docẽ,& ita mihi faciédũ vr,†ná lz illustr.comiti Nic.potuerit fieri iuestitura d dictis castris tãq reuersis ad eccliaz,put fcá fuit,illa tñ intelligi dz qtũ ad ius ipm,lz nó opaf,vt vitare nó dñsa corá iudice qs ve- niat possione sua puádus,& h voluit Pau.de ca.in.d.qsi.cxxxv. loco palle.†Et istud maxie dóm est,q nó ipse abbas,lz isti comites de Balneo volũt pdcá castra recupare,& qsulerez eis q agát noie pdicti abbatis,& vti pcuratores i ré suá,& nó pprio noie,ne als qtigat disputare,vtꝝ veꝝ ius p iuestiturá abusiuá,& nó corpale trásferaf, put egregie disputat Bal.in qsi.ix.Fcm tale est,col. fi.v.postrem⁹ articulus.i.vol.vbi lz dubitare videaf magis tñ in clinat i pté negatiuá volés ppea q si nouiter sic abusiue iuestit⁹ p prio noie ageret inepte ageret,sentit g Bal.tuti⁹ eé,q agat noie dñi q talé iuestiturá qcessit. Et ita faciéres isti illust.comites d bal neo secure agét aduersus illos Comites de Cuserculo pdcoꝝ ca stroꝝ possiones,& tria i fcó va eé(in qb⁹ stabit eoꝝ fundamétũ) pmo psupponunf,& vbi sit opus facillime pbabũf. Primũ est,q comites d cuserculo canoné nó soluerint. Scóm q reueré.abbas voluerit eos ex tali cá eé puatos. Tertiũ q in illustr.comité Nic. d balneo,& sic hodie in ei⁹ filios fuerit oé ius trásIatũ & ois actio eis cessa aduersus.d.comites d cuserculo. ¶ Primũ.n.pbabũt isti comites d balneo eo ipo q nó pbabif qriũ, †q pbó canonis spectat ad emphyteotá,vt.s.p alios dcm fuit,& é gl.cóiter approbata i pposito nro i.d.l.ij.sup v.repellé.ibi,ité qs pbabit d q́ ibi p Saly.i.viij.q.& p Ias.col.mihi.xlvij.i v.sũ mó.in.iiij.pte gl.q ét firmat Alex.i qs.cxx. Pōderatis narratis.i.col.li.v. ¶ Scóz pbabũt p iuestiturá fcáz illustr.comiti Nic.eoꝝ genitori,i q́ mani feste,& necio qtineí q reuer.abbas voluit comites d cuserculo eé puatos oi suo iure cũ voluerit illud ius trásferre in illustr. comité Nic.d balneo,q certe iuridice fieri nó potuisset nisi p pri⁹ voluis set comites d cuserculo a suo iure cecidisse,†é.n.rla q q vult vnũ vult oé id sine q́ id fieri nó pt.l.nec is.§.i.&.l.illud.ff.d acq.her.l. ad legatũ.ff.de pcu.cũ si.& ita in teris nris arguit Corn.in.d.qsi. ccxxxvij.col.fi.i.vol. Et lz als istud arg.fortasse nó qcluderet,qñ vosistr noua iuestitura posset dici fcá sub alio ptextu q caducita- tis pmi emphyteote pp canoné ñ solutũ,vt p Cor.i.d.qsi.cxv.ij. col v.nó.n.appet.d.volũtas epi.tñ i cáu nro illud dici nó pót,tũ q alia cá dosislis allfari nó pt,tũ ét q ex ipa iuestitura cá pdicte ca ducitatis clare appet,vt i fcó psupponif. ¶ Tertiũ vo p eádé iue stiturá oib⁹ appet,q ad aliud fcá nó fuit nisi vt i ipz comité Nic. & suos posteros ius illó trásferaf,& státe istrõ iuestiture i bóa foia (ego.n.illó nó vidi)ois actio dz dici cessa & trásIata p reuer.abba té in istos illust.comites d balneo. Hec sufficiát q́ ad.i.dubi.tactá .s.p pfatos dños qsulétes. ¶ Quátũ vo ptinet ad faz,vtꝝ.s.pdi cti comites d cuserculo possint se tueri exceptóe ltie pscriptóis br qcludédo plz mihi,& vissima vr qclo pfatoꝝ excel.qsulé.vz q nul lo mó poterũt se tueri,& qñr q isti illstr.comites d balneo agétes, vt.s.nlla eis pscrip.obstáte obtiné débũt p ea q egregie & sapiétis sime p qsulé.pdcós dducta fuerũt,ná ispecta mala fide possidétiũ breui tpe vite illust.comitis Nic.post iuesti.sibi qcessá,ité minori etate comitũ Io.frá.& Fabricij ipoꝝ é ex multis fũda.pscriptóes aliquá opponi posse,vt p pdcós dños qsulétes ad qs me refero. †Et vltra eos dico q hác.q.in teris decidit insignis moder. do. Io.fran. balb.in suo solẽni trac. de prescri.in.iiij.pte quarte ptis pncipa.in.viij.q.qcludens q ille qui in emphyteosim receperũt, & qui

⁊ qui aliq̃ñ dñm recognouerunt ẽt canonem longiſſimo tpe nõ ſol uentes nunq̃ preſcribũt ,ppter eoꝝ malã fidem,nec etiam eorũ hr̃des,q2 eis nocet mala fides defuncti,vt per eum. ¶ Sed vltra dicta per dños Conſulenteſq; ex alio dico preſcriptioni non eẽ locum,ſeu per eam hos illuſtres Comites de Balneo nõ eſſe repel

18 lendos,†nam dñs ↄtra emphyteotam nõ ſoluentem canonẽ tpe ſtatuto hꝫ plura remedia,⁊ inter cetera hꝫ ↄditionem ſine cauſa, item ↄditionem ex.l.i.in caſu noſtro ↄditionẽ ex canone potuit, extra de loca.⁊ ex auc.qui rem.C.de ſacr.ſan.eccle.item etiam hꝫ interdictum vti poſſidetis,ſiue actionem in factum que pro eo cõ petit,ita ſignanter declarat Spec.in titu. de loca.§.nunc aliqua. verſic.xlix.poſuit Jmo.in.d.c.potuit.col.xxviij.ver.⁊ no.ꝙ Specu.put refert ⁊ ſequit̃ Jaſ.in.d.l.ij.mihi col.xxxviij.ver.nõ omit to tñ ꝙ Specu.⁊ Jaco.de.ſ.georgio in.d.auct.qui rem.col.xiiij.

19 verſi.aduertite ẽt q2 Specu.†que oẽs pſonales ſunt actiones, vt de primis duabus ↄſtat cum ſint ⁊ dicant̃ ↄditiones, iuxta.§.appellamus.inſtit.de actio.⁊ declarat inſignis doc. do.Jo.criſpus in ſuo trac.intitulato termini oium actionum.in verſi. ↄditio ſine cauſa.ſub nu.cxl.⁊ ſub nu.cxliij.in verſic. ↄditio ex lege. de tertia etiam idẽ doc.ponit in verſi.in factum vti poſſidetis. ſub nu.lxvj.

20 Jſtis ſic ſtantibus dico in ,ppoſito noſtro, † ꝙ aduerſus predicta remedia cum ſint actiones pſonales q̃ñ etiam cetera habilia con currerent preſcriptio non induciẽ minori ſpacio.xxx.annoꝝ.l.ſicut.C.de preſcri.xxx.vel.xl.ann.⁊ tradit̃ inſtit.de perpe.⁊ tempo. act.in prin.⁊ eſt tex.in terminis in.l.ij.C.de ↄſti.pecu.dum ibi dr̃ ꝙ oẽs pſonales actiones ſunt poſite in menſura vite annoꝝ.xxx. Sunt ⁊ alia iura que ita ĝnaliter ↄcludendo allegat pdictus Jo. fran.balb.in.d.trac.de preſcri.in.iiij.pte.iiij.ptis prin.in prin.ſed ſic eſt in ,ppoſito,ꝙ poſtq̃ predicti Comites de Cuſerculo p ſtatutum tps ceſſauerunt ſoluere debitum canonem, ⁊ ſic poſtq̃ tales actiones inceperunt copetere non ſunt decurſi anni.xxx. ſꝫ tm̃ xxij.in circa , ergo clare ſequit̃ tale remedia preſcriptione non eẽ ſublata,antea vo non poterat cauſam,ſiue incohoari aliqua pre

21 ſcriptio cum tales actiones non cõpeterent,†⁊ alias non valenti agere non currit preſcriptio.l.i.in fi.C.de anna.excep.cum ſimili. itaq; iſti illuſtres Comites d Balneo noie predicti Abbatis vti ceſſionarij ⁊ ,pcuratores in rem ſuam facti vti poterunt altero ex predictis remedijs,⁊ erunt tuti ab omni pſcriptionis exceptione. Et hoc claruꝫ arbitror vltra deducta per excellentiſſimos Cõſultores,que ẽt iuridica videnẽ. ¶ Aduerte tñ q2 non vr̃ ↄſiderandũ tps quo Comites de Balneo incepunt ius hr̃e, ſed quo abbatia agere potuit,que dr̃ actiones ſuas in iſtos Comites traſtuliſſe quo tpe inſpecto neſcio an cucurrerit preſcriptio.xxx.ann. q2 non eſt mihi notum q̃ñ ceſſauerunt ſoluere illi de Cuſerculo debitum canonem,ita vt ceciderint a ſuo iure. Laus Deo.

Maria.ſoci.iunior iuriſcon.Padue legens.1538.

## CASVS

¶ Illuſtris dñs Jo.galeatius vnus ex dñis Corrigie deceſſit ſine liberis ſupſtitibus matre,⁊ qbuſdam ſororibus per euꝫ in teſtõ inſtitutis,itẽ illuſtri dño Gibberto patruele illuſtris dñi Nicolai patris dicti dñi Jo.galeatij,⁊ illuſtribus dñis Jo.franciſco.⁊ Manfredo filijs illuſtris dñi Borſij alterius patruelis.d.dñi Nicolai.

¶ Et lꝫ predictus dñs Gibbertus eſſet,pximior agnatus dño Jo. galeatio defuncto q̃ eſſent dictus dñs Jo.franciſcus ⁊ Manfredus,tñ cum eis fecit quandã cõpoſitionẽ,⁊ tranſactionẽ de qua in inſtrõ deſuper facto,cuius copia tranſmittit̃,diuiſeruntq; inter cetera bona feudalia predicti dñi Jo.galeatij in duas ptes,vt alteram haberet illuſtris dñs Gibbertus,⁊ alteram pdicti illuſtres domini Jo.franciſcus,⁊ Manfredus ſimul.

¶ Et preſupponit̃ ꝙ tpe.d.traſactionis dñs Gibbertus habebat duos filios,vꝫ illuſtres dños Hippolytũ ⁊ Hieronymum,illi aũt Jo.franciſcus ⁊ Mãfredus nullos habebant filios , ⁊ ita prout in tranſactione continebatur fuerunt bona,⁊ cum effectu habita ⁊ poſſeſſa vſq; in hanc diem.Deceſſit poſtea dñs Gibbertus inteſtatus ſupſtitibus predictis filijs in minori etate conſtitutis.

¶ Deinde deceſſit illuſtr.do.Jo.fran.ſine liberis maſculis ſupſtite ſibi do.Mãfredo frẽ ⁊ pdictis illuſtribus do. Hippo. ⁊ Hiero.

¶ Qui nũc ptendũt pteꝫ illaꝫ bonoꝝ feudaliũ,que fuerũt illuſtris do.Galeatij ad ſe ſpectare,⁊ vellẽt a pdicto Manfredo eius poſ ſeſſore recupare vigore quorũdã inueſtituraꝝ anteceſſoribus eoꝝ ↄceſſaꝝ per sereniſſimos Jmpatores,quoꝝ copia tranſmittitur.

¶ Querit̃ vtꝝ ſint audiẽdi: ſup quo ↄſuluit in eoꝝ fauorẽ clariſſ. doct.do.Albertinus lucardus,q circa iſtud fecit qnq; pncipales qõnes,vt per eũ,⁊ tale ↄſiliũ ſubſcripſit excel.do.Ludouicus catus ſoluꝫ quartam qõnem tangens,ſeu partem eius,vt per eum.

## SVMMARIVM

¶ De feudis ꝙ p vaſſal.nõ poſſit d eis diſpõi i piudi. dſcẽdẽtiũ. Et quando dicuntur hereditaria,⁊ quomodo.

¶ Et an fili⁹ adiẽs cũ bñficio iuẽtarij poſſit tenẽ feudũ ,p hr̃dib⁹ ſuſceptũ ⁊ nõ teneri onerib⁹ hr̃ditarijs vltra vires hr̃ditarias.

1 Uaſſallus in feudis a ſuis maioribus deſcendentibus non poteſt ſuis filijs ad ea venientibus preiudicare. Etiam ſi interueniret Jmperatoris conſenſus.

2 Feudum antiquum per vaſſallum alienatum ſine conſenſu domini filijs,aut agnatis,⁊ non domino aperitur.

3 Jnueſtitura ſemper intelligitur ſine preiudicio alicuius perſone, ⁊ ſaluo iure cuiuſq; licet in ea non exprimatur.

4 Hr̃s factuꝫ defuncti reuocare nõ poteſt,ſed illud ↄſeruare debet.

5 Feudum hereditarium quod dicatur,⁊ ad quos tranſeat.

6 Feudũ nullo modo hereditariũ quod dicat̃,⁊ ad quos tranſeat.

7 Uerbũ hr̃dibus in mã feudali in dubio capi dꝫ pro filijs,⁊ nu.8.

8 Feudoꝝ natura eſt,vt ad ſolos liberos regulariter tranſeat.

9 Uerbũ,p ſe,⁊ hr̃dibus,in inueſtitura feudi poſitũ,an ſit idẽ,ac ſi diceret̃,p ſe,⁊ liberis,q̃ñ ↄſtare põt,ꝙ ſolũ ſenſuꝫ ſit d liberis.

10 Feudum mixtum quod dicatur.

11 L.cum a matre.C.de rei vendi.an procedat in feudis.

12 Filius adiens hr̃ditateꝫ cum beneficio inuentarij,an poſſit tenere feudum hereditarium,⁊ non teneri vltra vires hereditarias.

13 Jnuentarium an proſit in feudo hereditario.

14 Quid in feudo mixto.

## CONSILIVM CXII

Dirigat Dñs vba mea in viam vitatis ⁊ iuſtitie. ¶ Abunde ,pfecto ⁊ multũ ſubtilr̃ ſup.v.,ppoſitis dubitationibus ſcripſit clariſſ.doc.do.Albertinus lucardus mihi vti frater boñ.ita qdẽ vt ſubſcribere volẽti nullus locus addẽdi relictus videat̃,⁊ ſi qs erat per excell.Catũ pmo ſubſcribentẽ ſibi vti fratrẽ bono.mihi ereptus videat̃,vt tñ mihi ipſi ⁊ iuſtitie in pmis ſatiſfaciã oibus in pñti caſu diligẽter ⁊ mature ↄſideratis paucula ſubijciã ad maioreꝫ declarationẽ potius q̃ ꝙ ſit opus,⁊ arbitror oẽm difficultatẽ ↄſiſtere in reſolone qrte dubitatõis,ſꝫ ordi.pdci excel.ↄſulẽ.quã ſolã tetigit pm⁹ſubſcribẽs,lꝫ ñ totã,vtꝫ.ſ.illuſtr.d.Hippo.⁊ Hiero.poſſint a pdcõ illuſt.d.Mãfredo feudalia bõa petere ⁊ obtinere nõ obſtãte traſactiõe d qua in pũcto pſuppõẽdo in.i.⁊.ij.dub.ꝙ p clariſſ.Cõſult. firmat̃ eẽ vtiſſimũ,⁊ certe vna cũ excel.Cõſulẽtibus arbitror d iure veꝝ eẽ vt pdicti illuſtr.dñi Hippo.⁊ Hiero.ius ꝙ in.d.bonis feudalib⁹ hñt nõ hñt ex aliquo fcõ ⁊ ,puiſiõe.d.Gibberti eoꝝ pr̃is,ſꝫ ex grã ↄcedẽtis Jmpatoris,⁊ ex fcõ ⁊ ,puiſiõe ptiꝫ.d.Mãfredi eoꝝ aui vt in caſtro Corrigie,⁊ ↄnexis, ⁊ ptiꝫ alioꝝ antiquoꝝ ſuoꝝ,vt ex antiqs iueſtituris ↄſtat,maxiẽ ex illa Federici Jmpatoris d ann. 1452.ita qdẽ vt dicat̃ ius ſuũ hr̃e ex pacto,⁊ ,puidẽtia antiquoꝝ ⁊ grã pncipis ↄcedẽtis,eo addito ꝙ in caſtro Corrigie,⁊ ↄnexis ↄcurrit ſocietas,ſeu ↄſortoria ipialis liberalitatis,iux.l.vnic.C.ſi libe.iper.ſoci.ſine here.dceſ.li.x.vt plene.ſ.p.d.Cõſul. dcm̃ fuit i ij.dubi.pñ.dũ loqt̃ d feudis nouis.Hoc ita ſtãte ſuccedit vtiſſima

1 ⁊ ab oibus approbata ↄclõ.† ꝙ illuſtr.d.Gibbertus taq̃ vaſſallus in feudis a ſuis maiorib⁹ ,pueniẽtib⁹ nõ potuit aliquo mõ piudicare ſuis filijs ad feudalia bõa veniẽtib⁹ nõ ex fcõ pr̃is,ſꝫ ex antigoꝝ ſuoꝝ ,puiſiõe,iux.decla.Bar.in.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi. ff.d op.lib.⁊ Andr.d iſer.in.c.i.§.qd ergo.col.fi.d iueſt. d re ali. fac.hãc cõeꝫ ⁊ vaꝫ ↄclu.voluerũt Dy.Ang.Pau.d ca.⁊ alij i.l. apud iul.§.ſi qs alicui.ff.d leg.i.tradit Alex.in ↄſi.cvij.Jn cã Nicolai.poſt pñ.iiij.vol.⁊ plene Jaſ.vbi alios allat in ↄſ.vij.Uertiſ ↄtrouerſia.v.⁊.vj.col.v.iiij.adhuc.in.iij.vo.⁊ hoc eſt apud nr̃os doc.idubitatũ. Et adeo veꝝ eſt,vt ,pcedat ẽt ſi in actu piudiciali, vt in caſu iſto in illa traſactõe iteruẽniſſet ↄſenſus Jmpatoris,vt voluit Bal.i.c.i.§.hoc quoq;.d ſuc.feu.refert ⁊ ſeqt̃ Jaſ.i.d.ↄſ. vij.⁊ Curt.iun.in tra.feu.in.iij.reg.iiij.ptis pñ. Et lꝫ abſq; dubio

2 ,pcedit tenẽdo vnã aliã cõeꝫ ⁊ iudicio meo vtiſſimã ↄclu.ſ.† ꝙ feudũ antiquũ alienatũ pvaſſallũ ſine ↄſenſu dñi nõ ipi dño apit̃,ſꝫ filijs aut agnatis ipi⁹vaſſalli,vt ſic ipſi ſaltẽ poſt mortẽ alienãtis recupare poſſint,vt vr̃ tex.i.d.§.lꝫ quoq;,⁊ ita ibi tꝫ gl.⁊ ſequũt Jaco.de belui.Andr.d iſer.Bal.Prepoſi.⁊ alij.⁊ dt Jmo.i.c.ij.d feu.ꝙ in iudicãdo ab iſta opi.nõ ẽ recedẽdũ,ẽ.n.magis cõiter approbata vt p Jac.d.ſ.geor.i tra.feu.i v.⁊ cũ pcõ d nõ alienã.vij.

col. versi. sed quero de questione pulchra. et per Curt. iuniorem in dicto tracta. feud. in. iiij. conclusione quinte partis prin. et etiam plures alios allegant vt per eos. Et vltra illos dico ꝙ ita concludit plurima allegando Alex. in consi. xxx. Cum omne datum. iiij. col. i. vol. et Curt. senior in consi. xlviij. Memorie recolende. xxj. col. ver. secundo respondet. ¶ Et ex istis constat nihil obesse predictis illustribus dominis Hippolyto et Hieronymo si diceretur ꝙ in predicta transactione saltem per viam approbationis expost secute reperitur consensus Imperatoris, nam ex eo illis non infertur preiudicium, ille. n. consensus ab Imperatore censetur prestitus in sui iuris preiudicium non autem in preiudicium alterius, nam pro regula dicimus principis concessiones sic debere interpretari ne cui ex illis preiudicium inferatur. l. ij. §. merito. et §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. et in proposito nostro in illo principis rescripto, seu in illa inuestitura Maximiliani Imperatoris in qua asseritur constare de approbatione predicte transactionis expresse dicitur, ꝙ iura quorumcunque aliorum salua intelligantur, et sic patet ꝙ noluit summus Imperator per illam suam approbationem alicui preiudicare, †et vbi etiam illud non exprimeretur, sic deberet predicta inuestitura cum illa approbatione in ea contenta intelligi et declarari sine preiudicio alicuius persone, et saluo iure cuiuscunque secundum Andr. de iser. in. c. si quis inuestierit de feud. da. inuicem. l. comis. put ibi referunt et sequuntur doct. maxime Matthe. de afflic. ij. col. in prin. et col. xix. idem firmat Pau. de ca. in consi. clx. In causa approbationis. i. col. quem refert et sequitur Deci. in consi. cccclxviij. Superiori anno. iiij. col. ver. secundo principaliter. vbi ad propositum plura congerit vt per eum, idem voluit et Afflic. in. c. i. §. hoc quoque. vj. col. ver. aduerte tamen. de succes. feu. et quia hoc in iure nostro est clarum vlterius sup eo non puto insistendum. Non diffitendo tamen ꝙ ad predictam assertam approbationem pluribus alijs modis responderi potest, vt plene. s. per clariss. primo Consulentem dictum fuit ad quem me remitto. ¶ Nec predictis obst. ꝙ illustris dominus Hippolytus, et Hieronymus sint heredes domini Gibberti eorum patris, et alias dicatur, †ꝙ heres non potest reuocare factum defuncti, neque contra illud venire, sed debet illud conseruare cum eius personam representet. l. cum a matre. et ibi per doc. C. de rei vendi. et. l. que a patre. C. de resti. mili. cum simi. ¶ Et presertim hoc videtur in casu nostro, cum feudum de quo agitur dicatur hereditarium, ex quo fuit acceptum, pro se, et heredibus, vt. s. per dominum Consulentem arguebatur. In quo pro certo videtur consistere omnis difficultas presentis consultationis. Sed ad istud respondetur pluribus modis, vt plene scribit dominus Consulens, et ego puto ꝙ clare vt infra responderi possit, partim ex dictis per eum, et partim vltra eum. ¶ Et pro clariori demonstratione premitto, †ꝙ feudum hereditarium proprie et mere dicitur quando alicui conceditur, pro se, et heredibus quibuscunque, vel per similia verba generalia, omnes et quoscunque successores comprehendentia, vt declarat Jas. in vsib. feud. col. fina. ver. feudum hereditarium &c. et eo casu, quia dicitur proprie hereditarium transit in quoscunque heredes etiam extraneos, et dispositio vassalli morientis de eo facta valebit, vt per Abba. in consil. iij. Miror in presenti. in tertio dubio. ij. volu. Jas. in predictis vsibus feudorum. xvj. et. xvij. col. versi. tertio limitatur. Alex. in consi. cxcv. Prospectis instris. ij. col. vj. volu. Deci. in consil. lxxviij. Licet in casu. iij. col. et Curt. iunior in dicto tracta. feud. car. xliiij. colu. iiij. versi. quarto signanter. ¶ †Feudum vero nullo modo hereditarium, sed proueniens ex pacto, et prouidentia concedentis, et recipientis dicitur quando alicui conceditur, pro se, et liberis suis, et illud transit in liberos etiam si non sint heredes secundum Bar. in. d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. Alex. in consil. xix. Super eo. ij. col. et consi. xxvj. Ponderatis his. iiij. col. v. volu. et Deci. in consi. cccxcv. In causa magnifici. iij. col. et fuit dictum Andr. de iser. in. c. i. §. hoc quoque. ij. col. de succes. feu. in. c. i. in princ. an agna. vel fil. et in. c. i. de alie. feud. pat. ¶ Et hic notandum est, †ꝙ licet feudo de quibus agitur nulli ex predictis speciebus videantur applicari posse, non. n. secunde, quia nulla fit expressio de liberis, nec prime, quia non fuit dictum pro quibuscunque heredibus, nec equipollentia verba prolata fuerunt, sed fuit dictum, pro se et heredibus legitimis, et verba legitimorum heredum pluries fuerunt diuersimode repetita, in quo casu dici potest, ꝙ sit quedam tertia species feudi, vt. j. dicam. Tamen putarem et posse teneri, ꝙ imo applicatur secunde speciei supra posite, vt. s. perinde sit ac si dictum fuisset, pro se, et liberis, vt sic verbum, heredibus, exponatur. i. liberis, prout in similli exponitur in. l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. †quia. n. simpliciter dicitur, pro se, et heredibus, licet verbum heredibus capi possit pro heredibus iuris. i. pro succedentibus in hereditate, item et pro liberis, tamen in dubio videtur debere capi in materia nostra pro liberis, et sic pro heredibus sanguinis inspecta natura feudorum que est, vt ad solos liberos regulariter transeant per tex. in. c. i. §. et si clientulus. de alie. feu. prout ibi Bal. et alij notant, et tradit Bal. in. l. etiam. in prin. ad

si. ff. solu. matr. dicens ꝙ ita communiter tenetur, idem voluit Jo. calde. in consil. xv. Heredis appellatione. in titu. de verbo. signi. Bal. in consil. cxxv. Viso testo. iiij. volu. Ang. in consi. cx. Sanctissima. iij. col. versic. secundo ostenditur. Card. in consil. lxxiij. Pro domina Nera. ij. col. Bapti. de. s. blasio in trac. feud. lxix. domina. et Andr. barb. in consil. lxij. Sapienter scribitur. viij. col. i. volu. cum concord. vt per Deci. in consil. clxxxv. In causa istorum. ij. col. et. d. consil. cccxcv. ij. col. et in. c. in presentia. col. xix. ver. predicta conclusio limitatur. de proba. ¶ Et maxime hoc dominum arbitror in casu isto, propter illud adiunctum verbum, legitimis, videntur enim contrahentes omnino habuisse respectum ad liberos, et eos tamen qui legitimi fuerint ad exclusionem naturalium, et propterea dixerunt, et heredibus legitimis, †nam quando aliquo modo constare potest, ꝙ sub verbo, heredibus, sensum sit de liberis tantum est dicere, pro se, et heredibus, quantum, pro se, et liberis, prout signanter voluit Andr. de iser. in. c. i. in prin. seu in. §. et si libellum. iiij. colum. ver. quid ergo si dictum sit. de alie. feud. pater. et illum refert et sequitur Deci. in prealleg. consilijs, et in illo. cccxcv. concludit ꝙ in simili modo acceptum feudum non dicitur hereditarium, sicut etiam non debet dici hereditarium in casu isto saltem quantum ad hoc, vt dispositio vassalli super feudo non valeat in preiudicium descendentium qui ad feudum vocantur ex pacto et prouidentia antiquorum, et principis concedentis. ¶ †Si quis autem hoc non approbet, et nolit casum nostrum applicare secunde speciei, vt modo dixi cum prime nullo modo conueniat oportet dicere, et ita puto dominum, ꝙ sit tertia quedam species, et appelletur feudum mixtum. Partim. s. ex pacto et prouidentia, quia predicti illustres domini Hippolytus, et Hieronymus non habent illud ab eorum patre iure hereditario, sed a suis antiquioribus, et ex gratia Imperatoris, nec poterat per patrem in alium alienari, quia in succedentes iur. feudorum, et sic in ipsos filios. Et partim hereditarium, quia. s. oportet eos esse heredes, vt illum consequantur, vt per Bar. in. d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. liber. tradit Pau. de cast. in consil. xciij. In causa que vertitur. col. si. ij. volu. secundum nouam impressionem, et Curt. iunior in predicto tracta. de feud. cart. viij. ij. col. cum concord. multis quos dimitto gratia breuitatis. Hoc tamen intelligendum est, vt sint heredes. s. primi inuestiti mediate, vel immediate, et illud tantum attenditur vt signanter tradit Cald. in consil. xiij. Concessum est. in fi. Alex. in. d. consil. xxvj. iiij. col. et Alber. brun. in consil. xviij. In causa vertente. col. iiij. ver. tertio quia presupono, et in consil. xxv. cum queritur. versi. non ob. si dicatur. ita signanter, et ex mente aliorum declarat Matth. de afflic. in. d. c. i. in princ. iiij. et. v. col. an agna. vel filij. inquit. n. et dicit esse menti tenendum, ꝙ reperitur feudum mixtum declarando, vt modo dixi. His ita stantibus dico, †ꝙ regula predicte. l. cum a matre. cum simi. non procedit in casu nostro, nam cum feuda de quibus agitur deberent per illustrem dominum Gibbertum relinqui omnino predictis eius filijs illi videntur ea habuisse veluti quoddam es alienum. †Et conficiendo inuentarium ex facto et obligatione per dominum Gibbertum initis non possunt teneri vltra vires hereditarias bona feudalia, tanquam propria per se retinendo, et etiam auocando de manibus possessoris. iuxta. l. fin. §. in computatione. cum sua materia. C. de iure delibe. Facit. l. in imponenda. cum his que ibi tradunt doct. C. ad legem falci. cum simi. allegatis. s. per dominum Consulentem. Si ergo eis agentibus opponeretur, ꝙ quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. iuxta. l. vendicantem. ff. de euic. et hoc fundatur in regula de qua in. d. l. cum a matre. cum simi. Clare respondebunt, ꝙ imo factum defuncti approbare non tenentur in eorum preiudicium, nec de euictione tenentur nisi quatenus vires hereditatis patiantur propter beneficium inuentarij loquendo de bonis vere hereditarijs hoc est de bonis allodialibus, siue liberis illustris domini Gibberti eorum patris. ¶ Inuentarium autem si non est confectum mediante beneficio restitutionis in integrum minoribus concesso poterit confici cum adhuc sint. j. tempora predicte restitutionis petende secundum ꝙ supra per dominum Consulentem plene declaratum fuit. ¶ Et si dicatur, †ꝙ inuentarium siue eius beneficium non prodest in feudo hereditario, vt. s. alienatum per defunctum per filium eius heredem reuocari possit, vt tradit Alex. in consi. xxviij. In causa et lite. col. pen. ver. alio etiam principali fundamento. v. volu. cum concor. s. per alios allegatis vltra aliorum responsiones, continente ꝙ imo contraria opi. est verior, et magis communiter approbata de qua ad eos me remitto. Aliter puto posse responderi, et clypeo distinctionis opiniones posse concordari. Nam aut feudum dicitur simpliciter et mere hereditarium, quod quando contingat. s. fuit ostensum, et vera sit illa opi. vt confectio inuentarij heredi non prosit. † Aut non est simpliciter hereditarium, sed mixtum in aliquo. s. de hereditario participans secundum ꝙ. s. dictum fuit, et tunc procedit alia opinio verissima eo casu sit, vt. s. beneficium inuentarij prosit filio heredi, et ratio differentie sit, quia in primo casu feudum dicitur ita annexum hereditati, vt solum iure

lum iure hereditario, et non alio respectu acquiratur, et propterea in eo ois psipositio vassalli dz per heredem pseruari, vt. s. dictuz est, sed in scdo casu lz aliquo respectu possit dici hrditariuz, q. s. reqritur vt vocati ad illud sint hrdes, sm qd. s. declaraui, tn dicit feudu ex pacto, et puidentia etc. vt sic ad descendetes vassalli debeat puenire, ita vt per vassallu priuari no possint, et sic ad illo vocant descendetes veluti ad ius ppriuz ex pacto, et puidentia pcedentis, et antiquiorz suorz illis proueniens, merito ergo in primo casu beneficiu inuetarij non pdesset filijs hrdibus. In scdo vero oino prodesse dz, et hanc distin. que mihi vr verissima, ponit egregie pdictus Matth. de affli. in d. c. i. in prin. iiij. et v. col. an agn. vel fil. inci. a ver. illo sm presuppositu. vsqz ad N. et predicta procedunt qn pstare pot etc. ¶ Et lz ipse loquat qn erat dcm, pro heredibus masculis, vel ex suo corpore nascituris, vel simili casu, tn cu illud dicat, vt inde appeat, q pcedentes senserut de liberis, idez est ddm in pposito cu ex tenore inuestiture illud pstet, ex quo necessario apparet pcedentes pspexisse descedentibus inuestitorz, et sic esse feudu ex pacto, et puidentia etc. qd saltem ex eo dz dici, qz fuit dictuz pro hrdibus lrimis, sm qd. s. posituz fuit. ¶ Unde cu in casu nostro feuda, de qbus agitur non sint simplr hereditaria, sed vel simplr ex pacto, et prouidetia etc. vel saltez mixta, vt. s. dictuz est, seqtur q predicti illustr. do. Hyppolitus, et Hierony. dato q velint esse hrdes patris poterunt pfecto inuentario ius taliuz feudorz, vti propriu proseq, et ita absqz aliquo metu venire p trasactionez per illustr. do. Gibbertuz eorz patrez factá ad ea con seruandá obligati solu, et duntaxat quatenus vires hrditatis patiunt predictis feudis vti pprijs, seu necessario sibi debitis detractis. Et ita de subscriptione reqsitus cum predictis excellentissimis Consulentibus concludendum puto. Laus Deo.

Soci. nepos Padue. 1538.

## SVMMARIVM

¶ Reus conuentus venit absoluedus, vel ex iure suo, vel ex non iure agentis.
¶ Inuestitura cu poss. dr ppria, et realis, et corpalis inuestitura.
¶ Et per eam plenum ius feudale transit.
¶ Lex bene a zenone. C. de quadrien. prescri. seu eius beneficiuz facit ipso iure tutum recipientem a principe.
¶ Pricepsa supremus potest ex causa ius alteri pcessuz auferre.

1 Actor nisi probet reus possidens, etiaz q nullum ius habeat absoluitur, et. i. nume. 5.
2 Per inuestiturá realez, et corporalé ius vtile, seu feudale trásfert.
3 Recipiens a principe habet beneficiu. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescrip. et ipso iure est tutus.
4 Imperator, vel princeps ex causa alicui rem suam auferre pot.

## CONSILIVM CXIII

Irrigat Dns verba mea in viam veritatis, et iustitie. ¶ Uiso subtili, ac elegátissimo psilio excel. iuriscon. do. Fracisci Albertini, ac et eius comprobatione, et subscriptione alterius iuriscó. pariter excel. do. Antonij villani mihi vti fratrum maioruz, et hon. visis et scripturis oibus ad me trasmissis, eisqz mature, ac diligenter psideratis, vna cu facti contingentia, quatenus tn tpis angustia passa est, placet mihi. s. moduz pclusio per predictos excel. iuriscos. firmata, vt. s. illustr. Urbini Dux reus puentus oino sit absoluendus ab impetitione illustr. don Ferdinadi de Cardona facta de castro campoli, per ea que copiose, et docte per eos deducta fuerut, et istud presupposito in facto veris, que per predictos clariss. Cosulentes presupponunt. ¶ Et pclusio predicta duplici via principali, et per se psiderata firmat. ¶ Prima est ex iure illustr. Ducis Urbini possidentis. ¶ Scda vero est ex no iure agentis, posito et q possides ius non haberet, 1 †na nisi agens de iure suo doceat reus et ius nulluz hns venit absoluendus. l. qui accusare. C. de ede. et l. fin. C. de rei ve. cuz si. ibi per gl. alleg. et istud operat comoduz possessionis. §. comodu. insti. de interd. et l. i. §. i. vel. ij. ff. vti pos. cu multis si. que allega. possent, et has duas vias, et earz quálibet longe psecutus fuissem, put erat mei instituti, nisi inopinata celeritas, et instantia psultantis mihi fuisset impedimeto, sed ita me facturu polliceor, si qn opus fuerit data tpis opportunitate. ¶ Et eo precipue tales vias veras ostedissez quo ad primu, qz cu illustr. Urbini Dux possessor. d. castri, de eo virtualiter habeat inuestiturá, vt per primum Consultoré in. vij. car. plene declarat, vna cum possessione eiusde castri, et quidez a Cesarea Maiestate, ad quá. d. castru redierat ex renuciatione illustr. do. Philippi de croi, put talis renunciatio vera est, et narrat in predicta inuestitura, seqtur q in ipsuz illustr. Urbini Ducé ius feudale plene tráslatum fuit, vt per eunde Consultoré plene demonstrat, 2 †cuz. n. fuerit missus in possessionez vltra pcessionez dr habuisse ppriaz, realé, et corporalem inuestiturá, per quaz ius vtile, siue feudale transfert, vt plene per feudistas per illu tex. in. c. i. de psue. rect. feu. et declarat Iac. de. s. Georg. in trac. feu. siue in sua inuestitura feudali, super Vsi. inuestiui talé. in pn. 3 ¶ †Itez et ex eo, qz in tali pcessione per Cesareaz Maiestatem pcessum fuit beneficiu. l. oes. et l. bene a zenone. C. de quadr. prescri. cu declaratione, vt. s. illustr. Urbini Dux tali beneficio gaudeat, et si non oia ad illud reqsita interuenissent, put late pz in predicta pcessioe. Ex quo seqtur q imediate illustr. Urbini Dux dr fuisse securus aduersus quoscuqz pretendentes aliqd ius habere super predicto castro, iuxta predictas leges, et que ibi tradut doc. et per predictos clarissi. Consultores plene ostensuz fuit. ¶ Et istud ego arbitror magnifaciendu in proposito nostro ad ostendendá exuberantez voluntaté sue maiestatis, ná cum eiusmodi beneficiu de se predicto illustr. Duci Urbini copetijsset etiá absqz expressione, iuxta formaz. d. ll. voluit, tn imper. illud exprimere, addedo q ita vult, et si alias ad illud reqsita non interuenissent, vt sic demonstrent enixá eius voluntaté, q illust. de Urbino oino sit securus, et a quoqz molestari non possit, vt iuribus predictis cauet. ¶ Quantuz aut ad scdaz viá. s. ex non iure agentis illá precipue probassem, qz pcessio illustr. don Raimundo de Cardona non potuit sortiri effectu circa predictum castru, qz in ea fuit narrata falsa causa, fuit. n. pcessum vna cu quibusdá alijs eo pretextu, q esset reuersum ad tuc catholicuz Regé per rebellioné Petri nauarra, cuz tn illud esset falsum, et nunqz ad predictum Petru tale castruz pertinuerit, non pot ergo dici q illustr. de Cardona aliqué titu. habuerit salté iustuz, et pbabilé super. d. castro, vt plene per Consultorez deducit. Immo vt per eundem ostedit, nunqz habuit. d. castri posses. sed illud tenebat illustr. Io. de rubere tuc Urbini Dux, et de eo transiuit in successorez, lz postea per. d. successoris rebellionem redierit ad cameram regiam. ¶ Preterea et hanc scdaz viam manifeste pbassem, qz posito q illustr. de Cardona titulu aliquez, aut ius habuerit illud omnino fuit sibi ablatu per Cesareaz Maiestaté in amplissima pcessione per eá facta illustr. Guglielmo de croi, de anno. M. D. xvi. que facta fuit ex ingetibus, et expressis benemeritis illius erga Cesareá Maiestatez, put in. d. pcessione talia benemerita exprimunt, in qua pcessione inter cetera pceditur. d. castruz campoli, et inter alias clausulas. d. pcessionis amplissimas robur, et sustérationez eius, adest cla reuocatoria, et annullatoria oium, et quarumcunqz alienationu, donationuz, et pcessionum, et similiu factaruz in fauorem cuiuscuqz persone, cuiuscuqz dignitatis existat, et ex quacuqz causa fuerit facte tales alienationes, et pcessiones, et similes translationes, tá per viam Cesareaz, et Regiá maiestaté, qz per alios quoscuqz eius antecessores, et id quidé ex certa scia, et de plenitudine ptatis sue Regie, et Cesaree Maiestatis, cu alijs multis amplissimis clausulis, vt latius appet in instro predicte cocessionis. 4 †Que reuocatio absolute valuit, et predicto do. de Cardona dr abstulisse omne ius, qd habebat super. d. castro, si qd tn habebat, iuxta. l. ité si verberatuz. §. i. ff. de rei vé. et que ibi, et alibi per illum tex. dicut doc. et tradunt doc. in. c. que in ecclesiarz. extra de pstit. cuz pcor. multis deductis. s. per clariss. Consultoré, et eo maxime qz et in. d. pcessione Cesarea Maiestas voluit, q pdictus illustr. Guglielmus de croi oino gauderet beneficio predictarz legum, vz. l. oes. et. l. bene a zenone. et si omnia ad tale beneficiu requisita no interuenissent ea ex certa scia, et de plenitudine ptatis supplés, et volés q perinde bebeant, ac si interuenissent, vt ibi latius legi pot. ¶ Et notan. est q in predicta pcessione non adest solita cla. s. iuribus alterius semper saluis, ex quo ostendit apertissima volutas Impatoris, q voluit oibus preiudicare, et pnr predicto illustr. don Raimudo, si igit ei fuit tale castru, siue ius, si qd in eo habebat ablatu, seqtur manifeste q nunc illustr. don Ferdinandus eius successor nullum ius dr habere, 5 † merito ergo seqtur q illustr. de Urbino, lrimus, et pacificus possessor dicti castri ex non iure agétis venit absoluendus, et q ipse ius aliqd non haberet, per. d. l. fi. C. de rei ven. cu simil. lz veritas sit q optimum ius hz, vt. s. dixi, et plene per clariss. Consultores. s. est probatu. ¶ Nec ptra predicta quicqz facit clausula posita in pcessione, et inuestitura illust. Ducis Urbini, vz saluis iuribus alterius etc. qn respondet q illa non saluat iura que no sint in rerum natura, vt notissi-

num est, sed sic est ꝙ illustr. de Cardona nullum ius habet, ergo sequitur ꝙ ei. d. clausula patrocinari non pôt, ꝛ ꝙ nullum ius habeat, satis ɔstat ex iam dictis, prout hec rñsio habetur. s. per clariss. Consultores, qui ét aliter ad. d. clausulam rñdent, ad quos gratia breuitatis me remitto. ¶ Et certe alia plura ad predictorum ɔfirmationem addidissem, nisi Consultor cũ maxima instantiá calamũ, vt ita dixerim de manu mihi eripuisset, asserés se pancis predictis ɔtentari, vnde vt ei morégeraz finé facio, ꝛ vna cuz predictis clarissimis Consultoribus, concludo vt supra.

Soci. nepos Padue.

## SVMMARIVM

¶ De muliere que a feudo excluditur, an ꝛ quando dicatur perpetuo excludi.
¶ Et si capiatur pro se, ꝛ filijs, ꝛ heredibus, quale feuduz dicat.
¶ Et in quos transeat.

1 Statutum excludens feminas donec supersint masculi dicit̃ temporaliter, ꝛ non perpetuo excludere, ꝛ nume. 2.
Et an morientibus masculis femine reintegrentur. j. nu. 6.
3 Secus si excludantur simpliciter masculis existentibus, quia dicuntur perpetuo excluse.
4 Inuestitura si dicat ꝙ stantibus masculis femine non succedant, dicuntur perpetuo excluse.
5 Inuestitura dicens ꝙ deficientibus masculis femine succedant, quomodo intelligatur.
7 Feudum regulariter femine non competit.
8 Feudum an dicatur hereditarium, si inuestitura dicat succedentibus in ipso feudo filijs, ꝛ heredibus.
9 Feudum simplex, ꝛ mere hereditarium, quod dicatur.
10 Feudum ex pacto, ꝛ prouidentia concedentis, quod dicatur.
11 Filius vassalli an ꝓhibeatur succedere in feudo, nisi sit hrs p̃ris.
12 Feudum mixtum, quod dicatur.

## CONSILIVM CXIIII

Irrigat dñs verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. ¶ In causa feudali inter nobiles de Saluaticis, ꝛ magnificum dñm Gasparé ab horologio, alias ɔsului in fauoré predicti. d. Gasparis, vt. s. feudũ décimale, de quo agitur, decedéte do. Julio de sulimánis pertinuerit ad do. Victoriaz ipsius matré, ꝛ heredem in testõ institutam exclusis istis de Saluaticis, non obstante ꝙ sint nepotes cuiusdá do. Insengarde filie do. Joánis de sulimánis primi inuestiti, que do. Insengarda olim, dũ viueret a tali feudo fuit exclusa per do. Sulimánuz eius fratré, ꝛ que ipso viuente decessit. Qḋ quidem feudũ ab ipso dño Sulimáno in do. Jo. franc. filiũ, ꝛ tandem in predictũ do. Juliuz eius nepoté peruenerat. ¶ Et sic ét postea firmaui, ꝙ de persona dicte do. Victorie. d. feudũ peruenit ad predictũ do. Gasparem eius fratré, ꝛ heredem vl̃em, prout late in. d. ɔsil. videri potest, ad qḋ me refero. ¶ Nunc aũt cum causa ista pendeat corá Reueré. ac iustissimo tribunali Rote Romane, per vnum ex auditoribus eius, qui causam istá audit ɔtra consil. meũ, quedam satis ingeniose, vt audio excitant̃, ꝛ presertim ɔtra primum fundamentuz, qḋ ego feci in. d. ɔsil. nam quicqd ego ibi dixerim, iste excel. auditor dicit, ꝙ do. Insengarda predicta cũ sua prole nunꝙ̃ fuit perpetuo exclusa, sed solũ temporaliter allegá. doctri. Bal. in. c. i. §. quin ét. in ti. epis. vel abba. circa fi. ꝛ est in versi. secus si statutum. 1 † ná Bal. ibi vult ꝙ si statutũ excludat feminas donec supersunt masculi non dr̃ perpetuo, sed temporaliter exclusa per allega. ibi per euz, sic ergo Reuereñ. ꝛ excellen iste auditor vult dõm esse in feudo, intendés in casu nostro sic importare vba inuestiture, ibi, ita tñ ꝙ stantibus masculis femine non succedát, sed deficientibus masculis femine ꝛc. tñ enim videtur dicere státibus masculis, quantũ donec masculi extarent. ¶ Hoc ergo posito ꝙ tátum temporaliter fuerit ipsa exclusa, seu potius suspensa a successione dicti feudi per existentiá fratris eius, ꝛ ex eo descendentiũ masculoꝝ, sequitur ꝙ nunc deficientibus masculis predictis dz do. Insengarda, siue descédétes ex ea ad. d. feudũ reintegrari, ꝛ admitti eo ꝙ cessare videat̃ causa successionis eius per defectũ linee masculine, sicut in statuto ɔcludit Bart. in. l. fi. §. i. in. i. questio. ff. ad tertul. quê Bal. allc. in. d. §. quin ét. qui Bal. idem dicit in. l. ij. C. de liber. preter. vbi idé dicunt Pau. de cast. Saly. Alex. Corn. ꝛ alij. Videt̃ itaqꝫ ex predictis, ꝙ ego ɔtrarium dicens in ɔsilio meo locutus fuerim ɔtra Bal. in loco predicto, queꝫ ego videor non vidisse, ꝛ ita ꝑut relatum est, viso meo ɔsilio de me dixit predictus Reuereñ. ꝛ excellen. auditor. ¶ Verumtñ ego istis nó obstan. arbitror ɔclusionem iam per me in predicto ɔsilio firmatam esse puraz veritatem, ꝛ vereor, ne Reuereñ. ille auditor ob negocioꝝ multitudinem, aut temporis breuitaté minus diligenter viderit ɔsilium meum, ꝛ simul ét dicta Bal. per eũ alleg. non interne inspexerit, qñquidez si id fecisset nunꝙ̃ dubitationé predictaz, vt credo, excitasset attenta eius eminétissima doctrina. ¶ Dico itaqꝫ ꝙ ego in dicto meo ɔsilio hanc dubitationem expresse feci, vt patet in ver. facit pulchra doctri. Bar. cóiter approbata ꝛc. ꝛ lꝫ ego non allegauerim doctri. Bal. in. d. §. quin ét. de qua. s. eaz tñ non ignoraui, sed gratia breuitatis eam, cũ infinitis alijs dimisi, quas ad illud propositũ alias memini me cumulasse in quodaz ɔsilio meo facto super interpretatione statutoꝝ Senensium, duz Pisis legeré, ꝛ inter alios est idem Bal. in auc. sed ꝛ si qs. iij. colum. C. de secũ. nup. ꝛ in. l. in qbus. i. col. eo. ti. Paul. de cast. in. l. sufficit. ij. colum. ff. de ɔdi. ꝛ dem. Ange. ꝛ Jmo. in. l. ei qui soluendo. ff. de her. insti. Pe. de ancha. in ɔsi. ccxx. hec questio iam vulgaris. Fulg. in ɔsi. viij. do. Petrus. ij. col. Are. in ɔsil. cxliiij. visa ɔsultatione. ꝛ patruus, ꝛ do. meus Socin. in ɔsil. x. consideratis. per totuꝫ. iij. volu. quos, ꝛ alios plures non curaui allegare in dicto meo ɔsilio, vt dixi, gratia breuitatis, ꝛ satis mihi visum fuit allegare Bart. in. d. l. fi. ad tertul. ꝛ alios quosdá, vt ibi videri potest, attento maxime ꝙ Bal. ꝛ alij omnes se fundát in doctrina Bar. in. d. l. fi. ¶ Dico insup ꝙ sicut ego hanc dubitationeꝫ feci, ita ét in dicto ɔsilio illam resolui, ꝛ quidem iuridice, vt patet in eo 2 in ver. nec quicꝙ̃ facit doctri. Bar. ꝛc. † allegata enim in ɔtriuꝫ, vt ibi dixi, procedunt qñ verba excludentia feminas sunt suspensiua, vt si dicat̃, donec quousqꝫ, vel ꝙ̃diu masculi extiterint femine non succedát, ex vi enim taliũ dictionũ suspensiuaruꝫ, siue temporalium femine non dicunt̃ simpliciter, ꝛ perpetuo excluse, sed tñ temporaliter dicũtur suspense, ꝛ in his terminis loqtur Bal. in. d. §. quin ét. prout etiam Bart. in. d. l. fin. ꝛ alij in locis predi 3 ctis declarát. † Sed qñ per statutum femine excluduntur existentibus masculis dicunt̃ simpliciter, ꝛ perpetuo excluse, fm Barto. ꝛ alios in locis predictis. ¶ Et vltra eos ita egregie declarat auus meus do. Maria. soci. in ɔsi. v. presens consultatio. i. colũ. 4 ver. scḋo premitto. † vnde cũ in inuestitura feudi de quo agitur dicat̃ simpliciter, ꝙ stantibus masculis femine non succedant, ꝛ sic non loquat̃ inuestitura per verba temporalia, ꝛ suspésiua, sed per verba simplicia, seqtur ꝙ do. Insengarda cum sua prole fuit simpliciter, ꝛ perpetuo exclusa per tex. in. d. §. quin etiá. prout in di 5 cto meo ɔsilio declaraui. ¶ † Nec quicꝙ̃ obstat ꝙ postea in dicta inuestitura legatur, sed deficientibus masculis femine succedát ꝛc. qꝛ istud intelligi debet a principio, qñ. s. aliqs decedit, qui feudum habeat, nam si tunc non ɔcurrunt masculi cum feminis, sed masculi defecissent femine vocant̃, non auté debet intelligi ꝙ si femina aliqua fuerit propter existétes masculos exclusa debeat admitti, si masculi moriant̃, ꝛ ista declaratio ad dicta verba recte intuéti, probatur in. c. i. §. filia. de success. feu. prout dixi in alio ɔsilio, ad qḋ me refero. ¶ Et concludo prout verissimum, ꝛ indubitatum arbitror, ꝙ ex forma inuestiture, de qua agitur do. Insengarda non téporaliter fuit exclusa a feudi successione, seu suspensa propter existétiam fratris eius, sed simpliciter, ꝛ perpetuo exclusá. ¶ Et hec solum sufficiũt ad remotionem dubitationis per Reuereñ. auditorem excitate. ¶ Verum ex abundanti placet, ét vlterius instare, ꝛ dico ꝙ posito millies ꝙ in. d. inuestitura essent verba temporalia, vel suspésiua, puta donec, quousqꝫ, vel ꝙ̃diu, vel si quis vellet in talé sensum inuestituram, de qua agitur in suis verbis interpretari, vt in ɔtrarium arguebatur, adhuc posset dici in casu nostro predictũ feuduz ad dictos de Saluaticis pertinere non posse, sed debere apud magnificum dñm Gasparem pos 6 sessorem, vt iustum feudatarium conseruari. ¶ † Et primo qꝛ illa opinio, ꝙ femina per tales dictiones suspensiuas exclusa postea reintegretur morientibus masculis, fuit apud magnos viros valde dubitabilis, nam ɔtrarium tenuerunt duo celebratissima collegia Italie, vcꝫ Senense, ꝛ Paduanum, ꝛ fuit opinio Raine. de 7 forli. ꝛ refert do. Maria. socin. auus meus in consi. lxiij. in causa vertente. colum. penult. qui in fi. dicti consilij dicit, ꝙ in puncto iuris ista opinio posset ꝓcedere, ꝛ paulo antea allegat pro ea plurima vrgentia fundamenta. ¶ Quo stante lꝫ in statutis, ꝛ in materia successionis ab intestato in hereditate tenendum sit in pratica, ꝙ fiat dicta reintegratio, tñ videtur posse dici, ꝙ non ita sit dõm in feudis. ¶ Et ratio diuersitatis videtur in promptu, nam in heredi ate id videtur tolerandum, qꝛ in ea femina cuꝫ masculis de iure

lis de iure communi concurrit, et sic dicimur esse in materia indifferenti, propter quod statutum contrarium disponens debet inquantum potest stricte interpretari, ut minus ledat ius comune per iura, et doctrinas vulgares. 7 † At in feudo contrarium est, quia regulariter feminis non competit, et dicitur de se, et de iure comuni materia differens, idest solis masculis competens, cum feudorum femine sint incapaces. c. i. §. filia. de success. feu. c. i. §. si. quid sit inuestitur. feu. et c. i. §. hic autem. qui feu. dare pos. cum similib. ut plene scribit Alexan. in consi. xxix. quoniam abunde. libro primo, et in. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc. auus meus preallega. in consil. xix. pro decisione. prima, et secunda colum. cum concordan. multis qui allegari possent. Unde si inuestitura aliquo modo vocet feminas, cum id sit contra ius comune debet strictius interpretari, ut minus ius comune ledatur, et sic videtur quod dici possit, quod in feudo procedere posset illa opinio, pro qua predicta collegia consuluerunt, et sic quod semper femina a feudo semel exclusa perpetuo dicatur exclusa. ¶ Secundo etiam dici potest, quod predictus Hieronymus, et Thomas de saluaticis nepotes do. Insengarde non sunt tales, qui possint petere predictam reintegrationem, cum illi non essent in rerum natura, nec quidem concepti tempore quo decessit do. Joannes sulimanus primus inuestitus, et sic tempore exclusionis dñe Insengarde, quinimo nec etiam tempore mortis do. Insengarde, ita quod ipsa in illos ius, seu spem predicte reintegrationis transferre non potuit, prout in simili in statuto sic temporaliter feminas excludente consuluit Deci. in consi. ccclxiij. visis his que accurate. per totum. Dicam igitur quod do. Insengarda, aut aliquis ex persona sua non potest reintegrari ad dictum feudum, quia in rerum natura non reperitur. ¶ Neque etiam predicti Hieronymus, et Thomas ex propria persona, quia illi non fuerunt exclusi, cum illo tempore in rerum natura non essent. ¶ Nec etiam possunt iure transmissionis facte per do. Insengardam simili ratione, quia scilicet non erant in rerum natura, nec etiam concepti tempore mortis eius, et propterea illa talem reintegrationem transmittere non potuit, cum sibi non esset delata, seu acquisita, nemo enim plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. ¶ Tertio, et ultimo dico, quod ubi predicta duo alicui non satisfacerent, in quibus non facio magnum capitale, tollitur omnis difficultas ex his que dixi in predicto consilio meo, in secundo principali fundamento. Nam posito quod ex alio predicti Thomas, et Hieronymus possent ad feudum, de quo agitur vocari, et quod exclusio do. Jusengarde non fuisset perpetua, et sic illis non noceret, tamen debent omnino excludi, et dicuntur inhabiles ad dictum feudum, quia scilicet ipsi non sunt heredes do. Joannis sulimani primi inuestiti, nec immediate, nec etiam mediate, non enim successerunt ei, nec alicui, qui ei successisset, quia si id esset possent dici heredes eius per mediam personam suorum auitorum, quia qui est heres heredis primi defuncti dicitur heres, vulga. l. fi. C. de heredi. instit. 8 ¶ † Dico enim quod cum in inuestitura dicatur, succedentibus in ipso feudo filijs, et heredibus, feudum istud dicetur hereditarium, saltem quantum ad hoc, ut admitti ad illud non possint, nisi qui fuerint heredes, ut tradit Alexan. post multos quos alleg. in. l. quod dicitur. la secunda, colum. xx. et xxi. ff. de verbo. oblig. et in consi. xxvi. ponderatis his. sub nume. iiij. libro quinto, et Jaso. in. l. secunda. colum. antepenul. in prin. C. de iure emphi. et in consi. lvij. in causa mota. prima colum. primo volumi. cum multis concordan. quos allegaui in alio consilio, quod placeat Reueren. auditori diligenter videre, matureque una cum his que in isto dicuntur considerare. ¶ Et clarius loquendo, dico quod quantum pertinet ad propositum nostrum triplex consideratur feudum. 9 ¶ † Aliud enim dicitur simplex, et mere hereditarium, puta quando suscipitur pro se, et quibuscunque heredibus, et istud transit in quecunque heredem etiam extraneum, sed non transit sine titulo hereditario. c. i. de feu. non hab. propr. natu. feu. prout per illum tex. inquit Bald. in. l. prima. in. xxxiij. questio. ff. de reru diui. 10 ¶ † Aliud dicitur feudum ex pacto, et gratia, siue prouidentia concedentis, puta si capiatur, pro se, et liberis, seu pro se et familia, quod multi appellant familiare, ut Bal. in. l. cum virum. colum. fin. versic. extra quero. C. de fideicom. quem refert, et sequitur Jas. in usib. feud. in. xv. diuisione, et istud ex sui natura non dicitur hereditarium, quia transit ad comprehensos in inuestitura, etiam quod eis non deferatur hereditas, ut est notum, et tradit Alexan. in dicto consi. xxvi. 11 † licet in filijs vassalli si eis deferatur hereditas hoc specialiter sit statutum, ut feudum habere non possint, nisi etiam fiant patris heredes, ut in. c. primo. an agn. vel fil. sed si filio non deferatur, puta quia iam in vita patris renunciasset paterne hereditati cum iuramento, vel quia a patre sit hereditate priuatus ex eo quod non fiet heres, non propterea prohibetur succedere in feudo tanquam filius, ut voluit Bal. in dicto. c. primo. an agna. vel fil. iij. colum. versi. sed quid si filius viuo patre. et in versic. seque. ¶ Et de his duobus feudis non agitur in casu nostro, non enim feudum istud potest dici merum, et simplex hereditarium, neque etiam simpliciter familiare, seu ex pacto, et gratia, siue prouidentia concedentis, ut statim patebit. 12 ¶ † Est ergo et tertium feudum mixtum, quod de utroque participat, puta si capiatur pro se filijs, et heredibus suis, vel per similia verba, prout proprie est feudum, de quo agitur, cum in inuestitura dicatur, succedentibus in ipso feudo filijs, et heredibus dicti do. Joânis etc. ¶ Et in isto tertio feudo mixto cõmunis est conclusio requiri utrunque. s. ut sit de liberis, et heres, et eo respectu potest dici hereditarium, ut plene deduxi in alio consilio, unde cum predicti Hieronymus, et Thomas non possint dici aliquo modo heredes primi inuestiti, ut dixi, sequitur quod ex hoc tantum a dicto feudo debent excludi etiam quando alia ratione non excluderentur, ut dictum est. ¶ Et plus etiam circa feudum de quo agitur, aduertendum est, quia magis participat de hereditario, quam de familiari, nam ad illud admitti possunt heredes extranei, ut statim sequitur in inuestitura, quando scilicet non reperiantur aliqui ex descendentibus, qui sint heredes, et ita puto intelligenda verba istius inuestiture, ut sic dicamus magis consideratam qualitatem existentie heredis, quam filiationis, et descendentie. ¶ Dicam ergo talem inuestituram declarando quod existentibus descendentibus masculis, et heredibus, femine etiam heredes non admittuntur, sed si masculi heredes defuerint vocabuntur femine descendentes modo fuerint heredes, sed si femine descendentes, et heredes non reperiantur, hoc est quod habeant utranque qualitatem admittuntur quilibet heredes etiam extranei, ut clare dicitur in dicta inuestitura. ¶ Et propterea cum in occurrenti casu, nec masculi descendentes, nec femine reperiantur que sint heredes, est locus extraneis heredibus, et ideo conuenienter fuit admissa do. Victoria mater, et heres do. Julij sulimani nuper defuncti, et post eam do. Gaspar predictus eius frater, et heres. ¶ Et ubi in inuestitura non ita vocarentur extranei heredes, istud feudum diceretur deuolutum ad cameram episcopalem, cum ex descendentibus non reperiantur aliqui capaces propter defectum iuris hereditarij, et omnia hec circa predictam feudorum distinctionem traduntur per docto. in dicto. c. primo. an agn. vel fil. maxime per insignem modern. Matthe. de afflic. in. iiij. et. v. colum. ¶ Et quod ultimo loco dixi egregie declarat Curt. iunior in tracta. feudorum. car. viij. colum. secunda, in versi. et per predicta superiori anno, et etiam in suo consi. primo, facti contingentia. iij. colum. versicu. secundam itaque facio conclusionem, prout eam in alio consilio inter ceteros allegaui. ¶ Et ex his, ni fallor, varie, multisque modis responsum est dubitationi per Reuerendum, et excellentissimum auditorem excitate. Laus Deo.

Soci. nepos Paduc. 1541.

## CASUS

¶ In facto presupponitur quod cõmune, et homines Alle diocesis Tridentine per annos centum, ducentos, et. s. ita quod in contrarium non extat memoria in feudum nobile, et honorabile habuerunt a Reueren. episcopo Tridentino per plures, antiquas inuestituras a diuersis episcopis factas, quoddam forestum vallis Nebli cum pratis, pascuis, et nemoribus, et alijs pertinentibus etc. de anno. M. ccccx. illustr. do. Azofranc. tunc dñs terre Alle predicte, una cum alijs pluribus terris in suo ultimo testamento, in quo filium heredem vniuersalem instituerat, substituit illustrissi. dñium Venetorum.

¶ Propter quod mortuo testatore, et per annum postea eius filio sine prole illustrissi. dñium predictum iure substitutionis terram illam, et omnia bona accepit, et pacifice, et quete, et bona fide tenuit, et possedit per annos. xxxvij. vel circa, et decimas, seu earum cõmoditatem in dicta terra Alle recepit, sicut etiam. d. Azofranci. et sui auctores semper receperant, et similiter etiam mutas, et omnes introitus dicte terre, ita quod non extat memoria in contrarium.

¶ Deinde de anno. M. ccccxlvij. per publicam subhastationem dominium Venetorum, uti verus dñs, vendidit decimas omnes, mutas, et introitus, que in dicta terra Alle spectabant olim ad testatorem predictum, hominibus dicte terre bona fide, et ut a vero dño, et eorum superiore ementibus, et qui ex post in hanc usque diem pacifice, et quiete empta bona tenuerunt, et possederunt.

¶ Cum postea de anno. M. D. x. Imperator adeptus fuisset dicta loca, et Venetos expulisset, homines predicti a Cesarea maiestate paulopost habuerunt confirmationem priuilegiorum suorum, cum omnibus immunitatibus, concessionibus, et acquisitio-

nibus, prout & sicut erant sub regimine, & dominio Venetorum, & eandem confirmationem in amplissima forma nouiter habuerunt de anno. M.D.xxiij. a serenissimo Rege Romanorum prestantes eidem iuramentum fidelitatis, & iste cõfirmationes facte fuerunt presente, sciente, & non contradicente Reuereñ. episcopo Tridentino moderno, & Cardina. dignissimo.

¶ Presupponitur etiã quod per prius de anno. M.D.xvij. fuerũt ab ipso moderno episcopo Tridentino inuestiti iure feudi nobilis &c. de foresto cũ pratis &c. iuxta formã antiquarum iuestiturarum.

¶ Et licet ista noua inuestitura non facile ostendi possit, veritas tamen est, quod facta fuit, & extat.

¶ Deinde de anno. M.D.xxix. vel circa, cum de bonis omnibus olim predicti do. Azofran. aliqua controuersia oriret inter Regem Romanorum, vcz serenissimum Ferdinandum, & predictũ Reuereñ. episcopum, Rex Rom. ob benemerita episcopi predicti fuit contentus eidem castra, & omnia bona predicta relaxare, absoluendo homines predictos a iuramento, cum reseruatione tñ imperãdi tempore belli, & occasione militie hoibus predictis.

¶ Nunc Reuereñ. episcopus predictus intendit ab hominibus predictis in possessione pacifica existentibus predicti Foresti, & aliorum, iuxta predictas inuestituras, & decimarum mutarum, & introituum, iuxta acquisitionem ab illustriss. Venetis factam oĩa predicta auferre, tãq̃ de iure ad se spectãtia siue ad eius ecclĩaz.

¶ Hominibus predictis contradicentibus, & dicentibus talia eis auferri non posse, sed eos omnino in eorũ iuribus, & pacifica possessione conseruandos esse.

¶ Istis modo sic stantibus, queritur quid iuris.

## SVMMARIVM

¶ Feudum an & quando amittatur, si .i. annuũ, & diem per vassallos non petatur renouatio inuestiture.

¶ Prescriptio in feudis, vel contra ecclesiam, an & quo tempore currat.

¶ Et an contra eam detur restitutio in integrum, & quando.

¶ Et decime, an & quo per laicos retineri possint.

1 Vassallus si a nouo domino inuestituram non petierit .i. annum, & diem, seu mensem feudum ad dominum redit, & .i. nu. 14.
2 Dispositio testamentaria de feudo non valet.
3 Plus iuris in alium quis transferre non potest, q̃ in se habeat.
4 Alienatio sicut in feudis ꝓhibetur, ita & vsucapio, & prescriptio.
5 Contra ecclesiam longiori tempore prescribitur.
6 Decimas laici prescribere non possunt, vide .i. nu. 37. et. 40.
7 Ecclesia sicut minor habet restitutionem in integrum.
8 Quadriennium quod datur ad petendum restitutionem non currit, nisi a die scientie, vide .i. nu. 46.
9 Vassallus non potest per dominum priuari feudo, nisi de culpa fuerit conuictus.
10 Etiam si dominus directus esset supremus princeps.
11 Princeps non potest contrauenire promissionibus, seu obligationibus per eum, seu eius antecessores in inuestituris factis.
12 Princeps vassallos inuestiendo, videtur remittere omnem culpam in quam incurrissent ob non petitam inuestituram, & eos in gratiam consuetam recepisse videtur.
13 Notarius tenetur ratiõe sui publici officij inuestituras exhibere.
15 Ignorantie iustam causam habet, qui in ius alterius succedit.
16 Caducitas ex lapsu anni, & diei causata dicitur odiosa.
17 Excusatio debet concedi ratione fame, & cõmu. opi.
18 Vassallus non possidens, quia possessione spoliatus excusari dз.
19 Tempus anni, & diei ad petendam inuestiturã non currit, quando dominus non possidens non posset inuestire.
20 Iuramentum fidelitatis prestitũ inuestienti, & successoribus non requiritur, quod postea de nouo successori prestetur aliud iurm.
21 Mora quãdocunq; purgari potest anteq̃ super caducitate fiat litis contestatio petendo inuestituram &c.
22 Pena priuationis non inducitur ipso iure, sed per sententiam.
23 Uniuersitas ad similitudinem minoris in integrum restitui potest, & nume. sequen.
25 Uniuersitas feudum habens illud ex administratoris facto perdere non debet illius administratione finita.
26 Uniuersitas feudo non priuatur, si eius administrator .i. annum, & diem inuestituram non petierit.
27 Prescriptum, & sublatum dicitur omne ius caducitatis .xl. annorum spacio.
28 Prescriptione centenaria tollitur omne ius etiam contra imperium, vel Romanam ecclesiam, & .i. nume. 45.
29 Statutum quod nulla possit opponi prescriptio debet intelligi, nisi centenaria sit prescriptio.
30 Mala fides purgatur ex longa possessione.
31 Bona allodialia, & libera presumuntur.
32 Dispositio testamentaria de feudo francho valet.
33 Feudum hereditarium venit in restitutione fideicõmissi.
34 In feudis que prescriptio currat.
35 Cursu .xl. ann. prescribitur ꝯ omnes ecclesias excepta Romana.
36 Ecclesia contra decursam prescriptionem potest in integ. restitui.
38 Laici decimarum sunt incapaces.
39 Possessio tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existit, habet vim priuilegij, & iuris constituti.
41 Restitutio in integrum non datur, nisi .i. quadriẽnium.
42 Quadriẽnium debet esse continuum etiam in sui initio.
43 Restitutioni in integrum, seu officio iudicis dicitur prescriptum, cum post finitam prescrip. .xl. ann. sint lapsi iterum .xl. anni.
44 Restitutio in integrum, licet detur contra prescriptionẽ .xxx. annorum, non tamen datur aduersus illam .xl. annorum, ſm magis communem opinionem.

## CONSILIVM CXV

Irrigat dñs verba mea in viam veritatis, & iustitie. ¶ Presens consultatio videtur non parum implicita, & satis dubia, in ea eniз prima fronte vr̃ dicendum Reuerẽ. modernum epm Tridentinũ Cardinal. dignissimum esse audieñ. tam rõne Foresti vallis Nebli cũ pratis, & alijs &c. q̃ etiam ratione decimarũ, & introituum cum alijs &c. iuxta facti narrationem. ¶ Et primo circa Forestũ, & alia &c. videtur quod predicti homines Alle ceciderint a iure suo, q2 per longissimũ tempus annorum centum, & vltra non petierunt eorum inuestituras renouari per Reuereñ. episcopos Tridentinos, qui de tempore in tempus nouiter in episcopatu succedebant, qd certe pluries per tale tempus contigit. [1] † est enim in iure firma regula quod vassallus, qui a nouo dño inuestituram non petierit .i. annum, & diẽ, seu mensem perdat omne ius suum, & feudum ad dñm redeat, vt in. c. i. §. preterea si quis. de ꝓhib. alien. feu. per Federi. in. c. i. in prin. quo tpe miles, in. c. i. in prin. que fue. pri. cau. benefi. amitt. & in. c. i. in prin. de capitu. corra. cũ simi. & in predictis locis tradunt doctor. ¶ Stante itaq; causa predicta proueniente a negligentia predictorum hominum Alle, videtur quod Reuereñ. episcopus predictus possit illis tale feudum auferre, eo quod videant a iure suo cecidisse, & feudum ipsi dño episcopo apertũ per predicta &c. ¶ Circa vero decimas introitus, & alia per istos homines acq̃sita per venditionem illis factam ab illustriss. Venetorum dñio idem videtur dicendum, eo quod non vr̃ ius aliqd circa talia in illustriss. Venetos [2] translatum, ita vt vẽdere potuerint, † qm̃. d. Azofran. a quo Veneti ex testamẽto habuisse dñr, asseritur bona illa omnia tenuisse iure feudi ab ipso episcopatu Tridẽtino, quo posito nulla testamentaria dispositio valuit, nec aliquẽ effectum de iure sortiri potuit presertim in fauorẽ extraneorum, vt probatur in. c. i. de suc. feu. & in. c. imperialem. post prin. de probib. alien. feu. per Fed. & vtrobiq; tradunt doc. firmat Fulg. in ꝯsi. xxxij. ex facto. i. col. Roma. in ꝯsi. i. visis in facto. patruus, & do. meus Soci. in ꝯsil. cclij. visis instrũs. i. col. ij. vol. Si igitur talis testamentaria dispositio, & per ꝯñs substitutio de illustr. Venetorum dñio facta non valuit, & sic in eos nullũ ius fuit translatum, sequitur quod nec ipsi Veneti ven- [3] dentes ius aliqd in predictos emptores transtulerunt, † cum nemo plus iuris in aliũ transferat, q̃ ipse habeat. l. nemo plus iuris. & l. nemo plus cõmodi. ff. de regu. iu. & l. traditio. in prin. cũ simi. ff. de acq. rer. dom. sic igitur vr̃ quod Reuereñ. episcopus possit predictis hoibus auferre omnia, veluti nullum ius habentibus. ¶ Nec predictis ob. vr̃ si ex parte cõis, & hominum Alle allegetur prescriptio, qm̃ primo videtur posse clare responderi, diceñ. [4] † quod in feudis non currit prescriptio, nã sicut in eis prohibet alienatio, vt in. c. i. per to. de ꝓhib. feu. alie. per Lothar. & de prohib. ali. feu. per Fede. ita ẽt videtur prohibita vsucapio, seu prescrip. per regu. l. alienationis verbũ. ff. de verb. sig. & vr̃ hoc in terminis probari in. c. i. §. preterea. ibi nulla obstante prescriptio. de capitul. corra. & in. d. c. i. post prin. ibi nullius tpis prescriptione impediente. de ꝓhib. alie. feu. per Fed. & cũ in dictis iuribus generaliter prescriptio reijciatur, vr̃ quod nedũ prescriptio longi tpis. x. vel. xx. ann. sed ẽt. xxx. & .xl. & alia quelibet excludatur, iuxta reg. l. i. §. & generaliter. ff. de lega. prestã. cũ simi. & ita vr̃ tenere Iac. de ardizo. in

27. Papa ex causa in gradibus a lege diuina prohibitis dispensare potest, ꝛ nume. sequen.
29. Dispensatio causa pacis conseruande dicitur iusta causa.
30. Papa in primo affinitatis gradu dispensare potest.
31. Mala quandoq; toleranda sunt ratione pacis conseruande.
32. Bella bonis permittuntur ob pacem futuram.
33. Papa vti vicarius Christi debet sequi pacem.
34. Pax a Redemptore nostro denunciata est, dū dixit pax vobis.
35. Coniunctio pro bono pacis toleratur, que alias non valeret.
36. Causa iusta dispensandi ꝙ frater accipiat relictaꝫ fratris, est gratia suscitande sobolis.
37. Verba illa, ꝛ alijs causis animum nostrum mouētibus posita in rescripto Pape quid importent.
38. Papa semꝑ presumitur ex iusta causa motus ad dispensandum.
39. Papa ex cā dispensat, ꝙ patruus filiā fratris in vxorē accipiat.
    Et dispensat ꝙ filius fratris ducat in vxorem relictam patrui.
40. Papa ex causa dispensat in gradibus consanguinitatis, ꝛ affinitatis a lege prohibitis.
41. A Papa factum seruare debemus.
    Pape nemo potest dicere, cur ita facis.
42. In his que Papa facit non est resistendum.
    Sacrilegij instar est contra supremi principis dispositionem venire, aut de eius potestate disputare.
43. Nuptie inceste longo iam tempore contracte, maxime si proles adest ex dispensatione Pape tolerantur.
44. Sedi apostolice spectat declarare ea que sunt dubia circa fidem.
45. Presumptio validitatis actus dicitur potentior omnibus alijs presumptionibus.
46. Opiniones qñ sunt varie circa matrimonium, qꝛ aliqui dicunt matrimonium non esse dissoluendum, alij vero contra, illa opinio est capienda que fauet conseruationi matrimonij, etiam si cōmunis opi. tendat ad matrimonium dissoluendum.
47. Opinio vnius doctoris celebris, que est pro conseruatione matrimonij est omnino tenenda.
48. Matrimonium si fuerit consumatum inter fratrez, ꝛ relictā fratris premortui ex dispensatione Pape non poterit tale matrimonium dissolui, nec etiam per ipsum Papā, nec successorez.
49. Multa fieri impediuntur que facta tenent.
50. Matrimoniū ꝯsumatū, ꝛ ob scandalū secuturū rescindi nō pōt.
51. Scandalum quod oriret ex dissolutione matrimonij iam consumati euitari debet.
    Papa antequam dispenset, solet querere an dispensare possit.
52. Consuetudini diu obseruate deferendum est.

## CONSILIVM CXL

Dirigat Dñs xba mea in viā veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Stantibus his que in facto narrant, dubitat nunqd matrimoniū ꝯctuz per serenissi. Regē Anglie, cū relicta fratris eius qui sine liberis decesserat cuz dispensatione sūmi pōtificis de iure tenuerit, ita vt ꝑpetuo firmū, ꝛ imutabile permanere dēat, put per ann. X. xxiij. maxima inter eos beniuolētia ꝯiugali pdurauit, ꝛ ab oibus pro vero, ꝛ ltimo habitū fuit, an xo de iure nō valuerit, ita ꝙ semꝑ ipsi dicant fuisse illicite ꝯiūcti, adeo ꝙ hodie dēat, prout petit, declarari ꝯiūctionez predictā, ꝛ si multis annis, ꝛ cuz superstite prole durauerit, semꝑ fuisse illicitam, ꝛ ita illos dēre separari, veluti nunq̄ ltimo matrimonio ꝯiunctos. ¶ Circa quā dubitationez, que sicut in se est maximi pōderis, ita est amplissima, ꝛ ꝑdificilis, ab illustr. ꝛ iustissimo Rege predicto reqsitus fui, vt qd de iure sentirez per viā ꝯsil. rñderez Rege ipso desiderāte, cum maxima tñ modestia, ꝛ solū si iustitia patiat, matrimoniū predictuz oino separari, veluti ꝙ vsq; ab initio nullum fuerit, ego vero rē adeo dubiaz inueni, ꝛ adeo hinc, ꝛ inde rōnes iura, ꝛ auctoritates vrgere, vt nō fuerim ausus in ea difficultate quicq̄ firmare, ꝛ ob eā cām a ꝯsulendo oino abstinendū duxi, ad qđ ēt negocij, ꝛ personaruz, de qbus agitur qualitas me induxit. ¶ Veruz qꝛ ex ꝑte predicti serenissi. Regis regrebar non ab re esse arbitratus sum fundamēta que ꝓ eius desideriū vrgere visa sunt subnotare, vt sua regia maiestas, aut ipsius agētes plane intelligāt me hac in re non parū inuigilasse, ꝛ vrgentia esse fundamenta,

menta, que contra suam maiestatem me dubium detinuerunt, & sic a cōsulendo in eius fauorem me retraxerunt, etenim huius animi sum, vt in rebus dubijs latius semp dixerim a consulēdo abstinere. ¶ Ex his tñ que .j. scribentur, nemo putet me partem contra Regis petitionem verā affirmare, cum & contra eam quāplurima vrgere videātur, que in presentiarū referre non expedit, sed tantum ea que contra Regem vrgere videtur, subnotabo ratione predicta. ¶ Itaq; vt ad rem ipsam deueniā, ꝙ matrimonium predictum tenuerit, & ꝙ hodie rescindi nullo modo possit ex plurimis que allegari possent multis dimissis septem principalia fun
1 damenta deducā, & sunt ista. ¶ † Primo enim arguitur sic, lz dubium sit an sumus Pontifex dispēsare possit circa ea que sunt iuris diuini, de quo .j. dicam, tñ exploratissimum, & sine dubio est ꝙ libere possit dispēsare circa ea que non sunt iuris diuini per iura vulgaria, sed in ꝓposito inter predictos matrimonium non vide
2 batur iure diuino ꝓhibitum, ergo &c. ¶ † Illud autem ꝓbatur, q2 ꝙ quis capiat relictam fratris decedentis sine liberis nedum non dicit̄ iure diuino prohibitum, sed dicitur permissum, vt .j. dicam. ¶ Naz & per ꝯtrariuz soror iure diuino, idest ſm .ll. Moysi potest suscipere in maritum relictū sororis predefuncte, prout Judei ex consuetudine seruant, & ita vult, & verū presupponit And. barba. in ꝯsil. xij. illud in medium referam. iiij. volu. ¶ Nec videtur obstare in ꝓposito nostro si dicatur ꝙ imo reperitur prohibitum in Leuitico. c. xviij. dum ibi inter cetera dicit̄, ꝙ nemo discooperiat turpitudinez vxoris fratris sui, qd̄ esset capiendo eius relictam in vxorem, qm̄ videtur posse responderi duobus modis. Primo q2 videtur posse dici ꝙ illud preceptum tanq̄ non morale hodie tempore gratie, hoc est post aduentum dñi nostri Jesu Christi nō duret in lege Dei, iuxta illud ad Hebreos. c. vij. in fi. dum dicitur ꝙ per nouum testm̄ vetus, & primum veterauit, & qd̄ antiquatur, & senescit prope interitū est, & traditur per doct. in. c. translato. de ꝯstitutio. & ꝙ non fuerit preceptum morale videtur ostendi, q2 tunc diceretur esse iuris naturalis, & tanq̄ qōdaz principium nature fuisset ante .ll. scriptas, iuxta no. per Jo. & Hugo. in. c. dixit Sarra. xxxij. q. iiij. Et pro hoc videt̄ bonus tex. in. c. fi.
3 vj. distinc. † dum dicitur ꝙ moralia mandata ad naturale ius pertinent, sed falsuz est ꝙ sit iuris naturalis, & fuerit ante .ll. scriptas, q2 incepit a Mosayca lege, de qua in. d. c. xviij. & per prius tale preceptū non erat in ꝯsideratione, passim. n. in tali gradu affinitatis matrimonia ꝯtrahebantur, vt pz Genes. c. xxxviij. vbi Onaz filius Jude accepit vxorem Thamar relictam fratris sui here. & Jacob etiam, qd̄ est plus, tenuit duas sorores pro vxoribus eodem tēpore, vt patet Genes. c. xxix. & alibi etiam hoc idez in testamento veteri repitur, & Abraam etiam suscepit filiā fratris eius, vt probatur in. c. queritur. xxj. q. ij. qd̄ tñ inter cetera probibitum reperitur in. d. c. xviij. Leuitici. Si igit̄ tale preceptum non dicitur morale, dicemus ꝙ erat iudiciale, & per ꝯ̄ns ꝙ hodie in nouo tempore potest iudex ecclesie .i. Papa precipere, vt obseruetur, vel ne seruetur ꝓhibere, iuxta nota. in. d. c. translato. & que dicit
4 Pau. ad Hebre. c. vij. vbi August. dicit, † q2 simul, & ab eodem, & sub eadem spōsione data sunt lex Moysi, & sacerdotium, qd̄ de vno dicit̄ necesse est, ꝙ de alio intelligatur &c. ¶ Scd̄o responde
5 tur posito † ꝙ illud preceptū generaliter positum in. d. c. xviij. hodie possit dici de iure diuino hoc est ꝙ non sit per nouuz testamentum sublatum, eo ꝙ sit inter moralia, nam videt̄ posse dici ꝙ tale preceptum per eandē .l. diuinam. recepit limitationem, vz nisi frater predefunctus sine liberis decesserit, tunc enim frater supstes nedum ꝑmittebatur relictam fratris suscipere in vxorē, sed iubebatur, vt dicit̄ Deuterono. c. xxv. & est positū in. c. olim. viij. q. i. & Luce. c. xx. Sed in casu isto frater istius serenissimi Regis sine liberis decesserat, ergo iure diuino iste Rex nō erat prohibitus re
6 lictam fratris sūmere in vxorem. ¶ † Et hinc videtur ꝙ lz hodie talis ꝯiunctio, eo ꝙ sit in primo gradu affinitatis, dicatur iure scripto prohibita, tñ ex dispensatione Pape fieri, & tolerari potest, prout videmus fuisse dispensatum, & toleratū in. c. fi. de diuor. Et si dicatur ꝙ dicit̄ preceptum ceremoniale pōt dici ꝙ eo respectu ꝙ sit ceremoniale non esset seruandū, sed potest dici ꝙ etiaz sit iudiciale, & eo respectu Papa potest iubere, vel ꝓhibere seruari, vt .s. dictum est, & isto casu dicemus ꝙ seruari iussit. ¶ Et hoc sit primum principale fundamentū huius partis ꝯtinens in effectu ꝙ hodie tale matrimonium non dicatur iure diuino prohibituz. ¶ Scd̄o posito sine preiudicio veritatis ꝙ hodie dicatur iure diuino prohibitum predictū matrimonium, adhuc videtur ꝙ accedente dispensatione sūmi pontificis de iure tenuerit, & hoc ex plu
7 ribus ꝓbari videt̄ maxime .j. scriptis. ¶ † Primo q2 Papa dicitur supra omne ius, & de iure supra ius, ipsum dispensare pōt, vt est tex. in. c. proposuit. de ꝯcess. preben. & ibi plene tradit̄ per gl. & doc. hinc dici solet ꝙ Papa hz plenitudinem potestatis, vt in. c. ad honorem. de aucto. & vsupall. vnde et̄ illud Papa omnia potest, vt per Host. in. c. quanto. de transla. epis. & per Abb. in. c. lz. iij. colū. de elect. & etiam illud Papa pōt adequare quatrata rotundis &c. vt per Abb. in. c. cum venissent. iiij. col. de iudi. Si igitur hec vera sint, seqtur ꝙ in proposito prestita dispensatio, licet etiā supra ius valuit, cuz a Papa emanauerit qui omnia pōt, et sic et̄ istud attenta vniuersali potentia, a qua nihil videtur exclu di, iuxta .l. iulianus. in prin. de leg. iij. Aliogn non diceretur ha
8 bere plenitudinem potestatis ꝯtra. d. c. ad honorem. ¶ † Scd̄o probatur, nā Papa dicitur verus Jesu Christi vicarius. c. inter corporalia. de translatio. epis. & c. i. de homic. li. vj. & per Abb. & alios in. c. significasti. ij. col. de elec. & Pape, & Jesu Christi videtur vnū consistorium, vt ibidez traditur, & per Host. in. d. c. quanto. de trāsla. epis. & per Abb. in. d. c. lz. de electio. igitur qdcunq;
9 Christus ipse poterat, & Papa debet posse. † Sed nulli dubium est qn Christus potuisset contra ius diuinum statuere, vel dispensare, qm̄ Deus erat, imo in multis preceptis Dei patris, & antique legis diuine, imutauit ergo similiter, & Papa eius vicarius, & faciens cuz Deo idem consistorium, debet posse ꝯtra ius diui
10 num statuere, maxime ex causa ꝓbabili, † cum non sit nouum ex tempoꝝ, causarumq;, & personarum varietate iura ipsa mutari. c. non dz. de consangui. & affi. & arg. c. dño guerram. post prin. hic finit̄ .l. deinde. inci. ꝯsuet. &c. facit. d. c. inter corporalia. vbi Pape dicit̄ permissuz, qd̄ Deus suo iudicio reseruauit, eo ꝙ sit Dei
11 vicarius. ¶ † Tertio facit, q2 vt dicitur in. c. nouit. de iudic. potestas Pape dicitur esse ex Deo, de quo dubitandum non est, & ex eo videtur seq, ꝙ etiam statuta ab ipso Deo, maxime vbi causa subsit, mutare possit ipsius Dei auctoritate a quo potestatem habet, argu. l. i. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. cui materia est iuris dic. & dicet̄ hoc ab ipso Deo factuz, & non ab homine, vt in simili
12 inquit Dec. in ꝯsi. cxij. in presenti ꝯsultatione. iij. col. ¶ † Quarto generaliter data est Pape potestas a Deo per illa verba pasce oues meas, vt legit̄ Joā. c. fi. & per alia, vz qdcunq; ligaueris super terrā erit ligatum & in celis, & qdcunq; solueris super terram erit solutū & in celis, de quibus Matthei. c. xvj. hec cū generaliter dicta sint generaliter intelligi debent. l. i. §. & generaliter. ff. de lega. prestā. cum simi. & sic omnia comprehendunt, & ꝯ̄nr etiaz casum istū. Alioquin nisi Papa istud potuisset cum soluerit predictos matrimonium ꝯ̄hentes a legis prohibitione, & matrimonio eos ligauerit falsuz esset illud scd̄m dictuz, qdcunq; ligaueris &c.
13 † nam cuz oratio illa sit vniuersalis falsificata in parte tota falsa redderet̄. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. qd̄ absq; du
14 bio dōm non est. ¶ † Quinto hoc probatur, q2 par ius dr̄ esse ligandi, & dissoluendi, vt patet ex. d. auctoritate, qdcunq; ligaueris &c. & dicitur clare in. c. verbum Dei. de peniten. distin. i. facit. l. nemo qui ꝯdemnare. ff. de reg. iur. cum simi. sed Papa dispensando aptat, quem & habilitat ꝯtra legem diuinam, iuxta no. per Jo. and. in nouel. in. c. actus legitimi. de reg. iur. li. vj. in mercuria
15 libus, ergo et̄ isto casu potuit dissoluere viculū .l. diuine. ¶ † Sexto exceptio a regula generali facta declarat regulā illam generaliter in non exceptuatis habere locū. l. nam qd̄ liquide. ff. de penu lega. cū simi. sed a generali potestate Pape, de qua. s. solum excipiunt̄ ea que sunt fidei, & ſm aliquos ea que respiciūt vniuersalem statum ecclesie, lz hoc multi negent, vt no. in. c. sunt qdam. xxv. q. i. & vr̄ velle Fely. post beatuz Tho. ab eo allega. in. c. que in ecclesiarū. vij. col. de ꝯstit. tradit et̄ Dec. in consil. cxij. in presenti ꝯsultatione. iij. col. Ergo in alijs, & ꝯ̄nr in casu isto potuit Papa dispensare, ꝓut fecit cū istud nō respiciat articulos fidei, neq; vniuersalez statū ecclesie. ¶ Septimo ꝓbatur, q2 quicquid sit cir
16 ca alia iura diuina, † tñ qn̄ aliqd̄ preceptum diuine legis nō se habet tanq̄ nature principium Papa ꝯtra illud ex causa potest dispensare, vt tradit Archid. Floren. in sua sūma, & alij qdam, prout repitur in apostil. ad Fel. in. d. c. que in ecclesiarū. circa. vj. col. in apostil. incip. Papa ex causa pōt interpretari &c. ver. iij. dic ꝙ sunt aliqua precepta &c. sed sic est ꝙ illud preceptū Leuiti. xviij. saltem respectu relicte fratris, ꝓut est casus noster, non dr̄ tanq̄ nature principium, vt de se patet, ergo Papa potuit dispēsare, prout fecit. ¶ Octauo probat̄ per locum a simili, iuxta .l. nō pos
17 sunt. ff. de legi. † Dico. n. ꝙ Papa potest dispensare in pluribus ꝯtra ius diuinuz, vt in bigamo, in criminoso, in decimis, in voto, & in iure, vt no. in. c. proposuit. de ꝯcess. preben. tradit Host. in sūma in ti. de dispen. §. q2 possit. & in ti. de voto. §. qnto. & Hugo. et Arcbidi. in. d. c. sunt qdam. xxv. q. i. cū multis ꝯcor. vt per Egi
18 dium belleme. in suo ꝯsi. xxviij. ij. col. † Item et̄ dispensare potest

contra illud preceptum, sabata sanctifices, vt per doc. in c. licet. de feri. sicut ergo in casibus istis ɔtra legem diuinam Papa dispensat, ita ꝛ isto casu. ¶ Nono, ꝛ vltimo hoc videtur ꝓbari in c. vt 19 constitueretur. l. distin. in ver. alioqn contra claues ꝛc. † vult eniʒ ibi text. ꝙ ɔtra clauium potestatem, qn omnia possit Papa non est disputandum, igitur etiam hoc potuit. ¶ Tertio principaliter posito sine preiudicio veritatis, ꝙ ꝙ ius diuinum Papa simpliciter loquendo dispẽsare non possit, vr̃ tñ posse dici ꝙ possit ex iusta, ꝛ probabili causa, lʒ in casu isto ex iusta causa videtur Papa dispensare, ergo ꝛc. ¶ Maior videtur probari. ¶ Primo qꝛ dici 20 solet, † ꝙ qñ Papa cõtra ius dispẽsat ex probabili causa non dicitur ius illud tollere, aut ei ɔtrauenire, sed potius ei deseruire, vt voluit Hostiẽ. in sũma, de recept. arbit. §. qualis est. ver. potest etiam. ꝛ Joã. and. in c. de multa. de preben. in nouella, ꝛ ideo ibi 21 dicit sm sanctũ Thomam per euʒ allega. † ꝙ dispensatio dicitur quedam cõmensuratio cõmunis ad singula, vt videmus in patre fam. ꝛ gubernatore familie, qui dicitur dispensator, eo ꝙ singula singulis circa laborẽ, ꝛ premiuʒ dispensat, ꝛ nos dicimur circa iuris ordinamenta tali dispẽsatore indigere qui ea moderetur, ꝛ dispenset, prout contingens causa expostulat, hec refert, ꝛ sequitur Pe. de anch. in ɔsi. cclxxxiij. reuocetur in dubiuʒ. ij. col. vbi etiaʒ 22 alios allegat. ¶ † Scḋo facit, qꝛ videmus ꝙ ius naturale dicitur immutabile. §. sed naturalia. insti. de iure natur. cum simili. ꝛ tñ si contra illud fiat rescriptuʒ ex iusta, ꝛ probabili causa valet, vt voluit Inn. in c. que in ecclesiarum. ver. ꝛ dico non valere ꝛc. de constitu. ꝛ ita etiam vult Joã. and. in mercuriali. in c. possessor. de re 23 gul. iur. lib. vj. in secundo articu. † concludens ꝙ ius naturale ex causa declarari, modificari, ꝛ limitari possit, vnde inquit Bal. in. 24 l. rescripta. iij. col. C. de preci. imperat. offerẽ. † ꝙ ex causa contra ius naturale, seu eius effectuʒ princeps potest rescribere, sic ergo videt̃ dicendum de precepto illo ca. xviij. Leuitici, vt. s. ex causa contra illud dispensari potuerit. ¶ Tertio probatur hoc ratione nam ꝛ illud preceptum, sicut alia iura in se causam, ꝛ rationeʒ ha 25 bet. † Omne enim ius, siue lex propter causaʒ, ꝛ rationẽ ipsius dicitur sancta, honesta, ꝛ iusta, ꝛ alias non esset lex. c. erit auteʒ. iiij. distinct. sed qñ causa iusta, honesta, ꝛ probabilis subest, ne lex illa seruetur cessat sanctitas, honestas, ꝛ iustitia eius, ꝛ rationabiliter seruari non debet, ꝛ ideo conuenienter dicendum videtur ꝙ contra illam. l. etiam ꝙ fuerit diuina per superiorem, qñ causa id exigit, nedum potest dispensari, sed debet, ne alias patiatur legẽ que causa iusta in aliquo casu caret, homines ligare. Facit qḋ supra dictum est, vʒ conueniens esse ex causarum, personarum, vel tem 26 porum varietate iura mutari. ¶ † Quarto ꝓbatur, qꝛ prohibitio ne Papa contra ius diuinuʒ disponat, intelligitur vniuersaliter, vel sine causa, sed vbi causa adsit in aliquo particulari casu Papa non prohibetur, vt voluit Cardi. in c. ij. vbi etiam sequitur Fely. de maiori. ꝛ obediẽ. ꝛ de hoc potes videre multa exempla per Fely. in c. fi. eod. tit. ad quem gratia breuitatis me remitto, idem etiam voluit plura ɔgerendo Dec. in consi. cxij. preallega. iij. col. dixit Inno. in c. cũ ad monasterium. de sta. mona. ꝛ Bal. in. l. i. i. col. C. de iur. aur. anul. ꝛ in d. l. rescripta. ꝛ Alex. in ɔsi. clxxxviij. perspectis xbis. ij. colũ. v. volu. Sic igitur in proposito nostro ex causa Papa potest in gradibus lege diuina ꝓhibitis sic particulariter dispensare. ¶ Qḋ etiam quinto, ꝛ vltimo probatur auctoritate Jo. and. in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. vbi voluit 27 expresse † ꝙ Papa ex causa potest dispẽsare in gradibus lege diuina probibitis, vt. s. ex nunc valeat matrimonium, non tñ validando iam contractum, vt ex tunc, vt per eum, qḋ etiaʒ sequitur, ꝛ multum dicit esse notandum ibi Abb. in. iiij. col. versi. nec obstat ꝛc. ꝛ in c. litteras. de resti. spolia. vij. col. versi. adde tñ ꝛc. hoc etiam voluit Archi. post gl. ibi, quam sic intelligit in c. pitatiuʒ. 28 xxx. q. ij. † concludens ꝙ lʒ non de facili in gradibus diuina lege probibitis Papa dispensare debeat, tñ ex causa potest per iura per eum adducta, dicit etiam hoc voluisse Joan. fa. ita etiam voluit glo. in summa. xxxv. q. viij. ¶ Si igitur ex causa Papa potest in gradibus lege diuina probibitis dispensare, sequitur ꝙ in casu isto debuit dispensatio valere, ex quo videtur facta ex iusta, ꝛ probabili causa. ¶ Illud autem, ꝛ sic minor huius tertij funda 29 menti, probat̃ primo ꝛ principaliter, † qꝛ dispensatio sũmi pontificis in presenti casu dicit̃ facta causa pacis inter illos principes conseruande, vt expresse dicit̃, tam in litteris plumbatis, ꝙ̃ in breui, que causa vr̃ iusta, ꝛ probabilis. ¶ Pro quo primo videtur tex. in c. vt ɔstitueretur. in fi. l. distinc. dum dr̃ ꝙ propter sectandas strages populoꝝ, ꝛ sic propter tollenda bella, ꝛ ɔñr propter pacem inducendam, vel ɔseruandam recedendum est a legis seueritate, ꝛ sic vr̃ bene ibi ꝓbari, ꝙ causa pacis vr̃ iusta causa di-

spensandi cõtra leges. ¶ Scḋo hoc vr̃ probari ex his que dicit 30 gl. in c. i. seu in sũma. xxxv. q. viij. † dum vult tria esse propter que Papa in primo, ꝛ scḋo gradu affinitatis potest dispensare, ꝛ ter 31 tium qḋ ponit est pacis reformatio, vt per eã. ¶ † Tertio facit, qꝛ ratione pacis ɔseruande qñqʒ sunt mala tolerãda, vt. c. i. ꝛ. c. ecce inquiunt. xxiij. q. iiij. ꝛ. c. hec quippe. iij. q. vj. vnde si pax est causa iusta, vt mala aliqua tolerentur, fortius vr̃ in casu isto fuisse iusta causa predicte dispensationis, cũ ex ea non malum, sed matri 32 monij sacramentum sequutuʒ fuerit. ¶ † Quarto facit, qꝛ bonis viris absqʒ lesione bonitatis pmittuntur bella propter pacẽ futuram. c. apud. xxiij. q. i. Sic ergo ꝛ sũmo pontifici pp paceʒ ineundam, vel ɔseruandam inter Christianos principes debuit licere, sic ɔtra ius diuinum dispensasse, ꝛ maxime qꝛ si ad episcopos spectat pacem semp perquirere, ꝛ inducere inter suas oues, vt. c. studenduʒ. ꝛ. c. precipimus. xc. distin. magis hoc debet esse ad curaʒ pontificis qui maior est, ꝛ cuius humeri maiore onere premũtur, ꝛ maxime inter tam magnos principes ꝓpter maius periculum, qḋ ex bello inter eos oriri posset, arg. c. vbi periculum. de elect. li. 33 vj. ¶ † Quinto ꝓbatur, qꝛ Papa tanꝙ̃ verus Christi vicarius eius vestigia sequendo pacẽ, semper perquirere dʒ inter Christianos, sicut ꝛ Christus faciebat, qui semp in mundo paceʒ docuit. c. nisi bella. xxiij. q. i. ꝛ paceʒ anunciauit, vt sic eo nascente ab Angelis fuerit dictum gloria in altissimis Deo, ꝛ in terra pax hominibus bone volũtatis, vt legit̃ Luce. c. ij. ꝛ ipse dñs noster Jesus Christus semp dicere solebat, pax vobis, vt legitur Luce. c. fin. ꝛ 34 alibi sepe, † vnde cũ pax a Redemptore nostro annunciata fuerit non inconuenit ꝙ eius ɔseruatio dicatur fuisse iusta causa predicte dispensationis, maxime qꝛ pax adeo grande bonum est, vt in rebus humanis, nil gloriosius, nil delectabilius, ꝛ nil vtilius audiri ɔcupisci, aut possideri soleat, sm diuum Augustinum in lib. de ciuitate Dei, ꝛ refert Albe. de rosa. in. l. vnica. in prin. C. de cadu. tol. vbi etiam plura tradit de laudibus pacis, vt ibi per eum. 35 ¶ † Demum facit. c. vbi. de sponsa. impube. vbi pro bono pacis toleratur coniunctio, que alias non valeret, ꝛ sm illum text. dicitur tunc coniunctio tolerari vrgentissima necessitate, est enim vrgentissima causa conseruatio pacis, sic ergo ꝛ hic. ¶ Scḋo principaliter ꝙ dispensatio fuerit ex iusta causa facta videtur proba 36 ri, † qꝛ videtur facta etiam gratia suscitande sobolis fratri. predicti Regis mortuo, iuxta id qḋ legitur Deuteronomij. c. xxv. ꝛ ponitur in c. olim. viij. q. i. ꝛ prout dicitur in c. fina. extra de diuort. ꝛ lʒ dispositio illius. c. xxv. sm aliquos sit figurate posita, tñ etiaʒ dicitur lex iudicialis, propter qḋ remanet, vt eo respectu iudex ecclesie, idest Papa possit illam iubere seruari, vel etiam prohibere, prout ei visum fuerit esse oportunuʒ, ꝛ salutare, prout. s. dictuʒ fuit, ꝛ inde videmus ꝙ Innocẽ. aliqñ eam seruari iussit in dicto. c. finali. ꝛ sic videtur probatum ꝙ talis causa, vt scilicet per fratrẽ superstitem mortuo fratri semen suscitetur capiendo eius relictam in vxorem fuit apud pontificem habita pro iusta, ꝛ probabili in simili dispensatione, vt in dicto. c. finali. ¶ Quod autem in casu isto fuerit considerata talis causa videtur probari in breui apostolico, dum in eo prius narratur ꝙ frater predecesserat sine liberis, ꝛ ꝙ pax inter illos non bene sine nouo affinitatis vinculo conseruari potest, ꝛ postea dicit̃ ex his, ꝛ alijs certis causis ꝛc. ꝛ similiter infra dicitur, his ꝛ alijs causis ꝛc. Illa enim verba, ex his, ꝛ his, ad causas relata, cum sint numeri pluralis, requirunt ad minus duas causas. iuxta. l. vbi numerus. ff. de testibus. Sed non potest dici duplex causa expressa, nisi pro vna sit ista, videlicet causa suscitande sobolis fratri mortuo sine ea. ¶ Alia autem causa est pacis cõseruande, de qua supra dictum fuit. ¶ Tertio principaliter hoc probari videtur ex illis verbis pontificis in di 37 cto breui, dum dicit, † ꝛ alijs causis animum nostrum mouentibus ꝛc. nam ex illis verbis constat, ꝙ pontifex vltra causas predictas alias causas etiam cõsiderauit, quibus motus fuit ad sic dispensandum, ꝛ licet cause non exprimantur, tamẽ presumenduʒ 38 est ꝙ fuerint iuste, ꝛ probabiles. ¶ † Quinimmo tanta est auctoritas Pape, ꝙ si nihil de causis dixisset in tali dispensatione iusta causa presumeretur motus, vt voluit Cyn. in. l. rescripta. C. de precibus imperato. offeren. ꝛ in. l. finali. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. ꝛ vtrobiqʒ per doctores, ꝛ Abb. in c. quanto. quinta colum. de iureiuran. versicu. si tñ Papa, glos. singularis, ꝛ ibi Bartol. in. l. relegati. ff. de penis. cum concordantibus, vt per Felynũ in c. que in ecclesiarum. xxiiij. colum. versicu. quinta conclusio. de constitutionibus. Si igitur iusta causa in dispositione Pape presumitur, vbi de causa nullum sit verbum. Fortius isto casu id dicendum est, cum dixerit ex his, ꝛ alijs causis animum nostrum mouentibus, vt sic alie cause in animo suo residentes,

dentes, & non specialiter expresse presumantur iuste & probabiles ad illam dispensationem faciendam arg. l. vnice. in princ. C. de rei vxo. act. facit auc. multo magis. C. de sacro sanc. ecclesi. cum simi. ¶ Et ex his concludatur in hoc tertio principali fundamento, quod licet forte sine causa contra ius diuinum Papa non dispenset tamen ex causa potest. Et presenti casu causa iusta adfuit vt ex predictis constat. ¶ Et confirmantur ista per locum a simili. † Nam videmus quod Papa dispensat ex causa quod patruus filiam fratris capiat in vxorem, vt per Abb. in c. per venerabilem. iiij. col. in fi. qui fil. sint legiti. & tamen illud videtur prohibitum de iure diuino, idest in Leuitico cap. xviij. prout voluit glo. in c. literas. de restitu. spol. & in c. gaudemus. de diuorti. ¶ Sic etiam videmus quod dispensare potest, quod relictam patrui fratris filius ducat vxorem, vt per Petr. de ancha. in consil. cccl xxiij. Reuocatur in dubium. & tamen tale matrimonium prohibetur in d. c. xviij. Leuiti. Sicut ergo in dictis casibus dispensatio tolleratur ita similiter in casu isto debuit valere per identitatem rationis, iuxta regulam. l. illud. ad legem aquili. & l. fi. C. ad legem falci. cum simi. facit. l. non possunt. ff. de legi. Et maxime quia Jo. and. Abb. & alij allegati. s. dum quinto loco probaui maiorem huius tertij fundamenti principalis voluerunt simpliciter, † quod Papa ex causa possit in gradibus consanguinitatis vel affinitatis lege prohibitis dispensare. ¶ Quarto posito quod forte Papa ex ordinaria potestate non potuerit dispensare (absque tamen preiudicio veritatis) videtur tamen quod postquam dispensauit contra eam nemo venire possit, † nam attenta amplitudine potestatis pontificis videtur quod non sit nostrum quicquam tentare contra factum eius, sed illud prout ab eo factum fuit seruare debemus, quicquid enim a Papa disponitur ita seruandum est, vt solum quid disponendo voluerit attendatur, & illud precise seruetur, non autem cur ita disposuerit queri debet, quoniam nemo potest Pape dicere cur ita facis, sed quilibet eius dispositionem seruare debet, quasi a Deo prouenientem cum ille non vt homo sed vt Deus & eius vice fungens disponat, vt. s. fuit dictum in secundo fundamento principali, & quod quiescere debeamus ordinatis a Papa, nec querere cur facta sint tenet Specu. in titu. de legato. §. nam ostendendum. versic. lxxxix. Et tradit Petr. de ancha. in dicto consil. cccl xxiij. ij. col. Et sic isto quarto principali fundamento videtur dicendum, quod nos tanquam subditi & inferiores non possumus querere, aut disputare, an Papa sic potuerit dispensare, sed dispensationem istam ab eo factam debeamus attendere & conseruare. † In his enim que Papa facit non est aliquo modo resistendum, aut illis contradicendum. c. si papa. xl. distinc. & c. aliorum. & c. cuncta per mundum. ix. q. iij. cum simi. instar enim sacrilegij est contra supremi principis dispositionem venire, aut de eius potestate disputare, vt. l. ij. C. de crimi. sacrile. & ibi plene tradunt Saly. & alij. ¶ † Et pro istis facit, quia si incestue nuptie ignoranter contrahuntur longoque tempore durent, maxime si proles addest tales sic contrahentes sunt ex dispensatione Pape in tali coniugio relinquendi, vt dicitur in c. i. xxxv. q. viij. Sed isto casu sic dici potest, nam si inter istos inceste nuptie fuerunt, quia s. dispensatio non tenuit, seu fieri non debuit, tamen fuerunt inter ignorantes, quia s. crediderunt potuisse dispensari, & per dispensationem sublatum esse omne crimen incestus, vnde cum steterint longo tempore, & ex his extet proles dicendum videtur quod sint in tali coniugio relinquendi, vel propter dispensationem iam factam, vt sic contra eam nihil opponatur, vt supra dictum est. Vel saltem ex noua dispensatione, quam omnino Papa facere debet. ¶ Quinto pro ista opinione facit, nam cum iste articulus in iure sit valde dubius (si velis, quod per dicta supra ista pars clare non sit firmata) an scilicet Papa potuerit dispensare, prout fecit. Certe in tali dubitatione resolutio & declaratio solum pertinet ad sedem apostolicam tanquam ad caput totius christiane religionis, † sicut dicitur de his que dubia essent circa fidem, vt in c. quotiens. vigesima quarta questione prima. in c. maiores de baptis. & in clementina prima. de summa trinitate & fide catholica. cum similibus. Unde cum Papa dispensauerit videtur sic dispensando declarasse, & dubitationem remouisse resoluendo, quod dispensatio talis fieri possit, nam cum dispensando voluerit actum suum valere, prout credendum est, iuxta regulam. l. quotiens. ff. de reb. dubijs. cum similibus, † presumptio enim validitatis actus dicitur potentior omnibus alijs presumptionibus, vt videtur probari in. l. in contrahenda secundum quod ibi declarat Deci. ff. de regulis iuris. dicitur necessarium antecedens etiam voluisse talem dispensationem fieri posse, iuxta illud qui vult vnum vult omne eius antecedens necessarium. l. secunda, cum materia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. nec is. §. i. ff. de acquiren. heredita. & l. veteres. & ibi nota. ff. de itine. actuque priua. cum similibus. Sic ergo sequitur quod cum in tali dubietate interuenerit declaratio, & resolutio Pontificis ei acquiescendum videtur. ¶ Sexto ista pars confirmatur vrgenti ratione, nam † quando agitur de dissoluendo matrimonio, idest de declarando an matrimonium diu & publice contractum debeat dici inualidum, & super eo puncto reperiantur opiniones doctorum varie, quia aliqui dicant matrimonium tenuisse, nec esse dissoluendum, aliqui vero contra, illa opinio capienda est, que fauet conseruationi matrimonij, iuxta. c. fina. de re iudica. & tradit Deci. in consil. xij. Uiso eleganti consilio. ex. xl. nouiter impressis. iij. colum. causa enim matrimonij conseruandi, maxime fauorabilis est, vt per eum. ¶ Et adeo hoc verum est, vt procedat etiam si communis opin. doctorum tendat ad dissoluendum matrimonium. † Immo & si vnus solus doctor, qui tamen sit celebris, teneat opinionem quod matrimonium valuerit, & conseruari debeat, illa opinio omnino est tenenda fauore conseruandi matrimonij, etiam quod sit vnius tantum doctoris, & contra omnes alios, vt est singularis decisio Hosti. in c. secundo. de cognatio. spiritu. quam ibi Joan. andre. Abb. & alij canoniste sequuntur cum concordantibus. vt per Jaso. in. l. fina. in secundo notab. ff. soluto matrimo. & per Andre. barba. in consil. xl. A Joue principium. iij. col. ij. vol. vbi multum exclamat, & commendat istud dictum, & per Deci. in c. directe. in vlti. nota. de appel. Unde cum in presenti casu agatur de dissoluendo, vel conseruando matrimonio inter istos Regem, & Reginam contracto, & non solum vnus celebris doctor, sed multi, & maxime auctoritatis, tenentes Papam potuisse dispensare, tenent matrimonium valere, & conseruandum esse, vt ex predictis constat. Sequi videtur concludenter, quod eorum opinio veluti fauorabilis conseruationi matrimonij debeat attendi reiecta contraria opinione, etiam quod probaretur communis, & a pluribus approbata. ¶ Septimo & vltimo arguitur a summa equitate, nam posito (sine preiudicio veritatis) quod Papa non potuerit, seu non debuerit dispensare. Tamen postquam isto casu res non est integra, sed propter dispensationem Pape isti Reges contraxerunt, & supra. xx. annos copulati matrimonialiter vixerunt toto christianorum orbe sic scienter, & liberi ex tali matrimonio procreati sunt equissimum videtur quod res in eo statu dimittatur in quo nunc est, & sic quod non debeat declarari inter eos matrimonium fuisse illicitum, vt sic per illam viam seperentur, sed potius quod in tali matrimonio conseruentur postquam bona fide ex Pape dispensatione sic matrimonium consumauerunt, ita post multa residere videtur insignis doctor Egidius bella mera in suo consilio vigesimo octauo. In facto mihi tradito. in fi. † vbi proprie in terminis nostris dicit quod si carnali copula matrimonium fuerit consumatum inter superstitem fratrem, & relictam fratris premortui ex dispensatione Pape non poterit tale matrimonium dissolui, nec per ipsum Papam qui dispensauit, neque per eius successores, vt per eum in vltimis verbis dicti consilij. Cuius auctoritas in re ista cuilibet magna esse debet cum nedum canonista supremus fuerit, sed etiam magnus Theologus. ¶ Et pro hoc facit trita illa regula, † qua dicitur quod multa impediuntur fieri, que iam facta tenent. l. patre furioso. cum simili. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. ¶ Optime etiam faciunt notata in c. primo. in fine. de cognatio. spiritua. dum ibi in glos. fina. dicitur quod † quando matrimonium fuit copula carnali consumatum non debet aliquo modo rescindi, etiam si ex eo scandalum sequuturum appareat. Unde si causa euitandi scandali non est potens ad rescindendum matrimonium consumatum, vt ibi, quod certe solum est fauore conseruandi matrimonij iam contracti palam, & in faciem ecclesie, minus isto casu rescindi debet cum ex ipsa rescisione maximum esset sequuturum scandalum nedum inter ipsos iugales, & maximos principes illis coniunctos, sed etiam in cordibus fidelium hac nouitate adhibita, vt scilicet matrimonium in forma ecclesie, & Pape dispensatione contractum consumatum, & per totum orbem legitimum reputatum, vnde etiam proles suscepta sit, rescindatur, † tale enim scandalum omnino euitari debet argu. c. quod dilectio. in fi. extra de consangui. & affini. ¶ Qui tex. etiam in alio prestat arg. dum dicit quod deferendum est obseruate consuetudini, videtur enim quod consuetudo Romane ecclesie sit quod dispensationes matrimonij per eam prestite firme permaneant, nec de earum viribus disputetur, nec vnquam reperitur contrarium obseruatum. Solet. n. Roma. Pontifex antequam dispenset querere an possit dispensare, prout etiam fuit factum in casu isto a felicis recordationis Julio secundo, postquam dispensauit, maxime sequuto effectu, & consumpto matrimonio, non reperitur, quod fuerit vnquam matrimonium rescissum, sed semper conseruatum, † vnde eiusmodi consuetudini diu seruate videtur etiam isto casu deferendum per dictum. c. quod dilectio. ¶ Et ex omnibus pre-

dictis videtur concludendum, q matrimonium predictum de iure tenuerit, vel saltem, q ad presens contra illud ad eius rescisionem pronunciari non possit cum fuerit contractuz Pape dispensatione precedent. ¶ Et hoc vel quia prohibitio eius non sit hodie de iure diuino, vt in primo fundamento, vel quia etiam super iure diuino Papa dispensare potest, maxime cum causa, vt fuit dictum in secundo ꝛ tertio fundamentis. ¶ Vel saltez quia de facto interuenit dispensatio talis, ꝛ matrimonium sequutum, ꝛ consumatum fuit longoq; tempore perdurauit reputatuz a toto christiano orbe legitimum cum susceptione prolis, vt in quatuor vltimis fundamentis. ¶ Hec sunt, que ex multis vrgentiora videntur contra petitionem serenissimi Regis propter que dubius existés a consulendo pro eo abstinendum duxi. ¶ Ex his tamen vt in principio prefatus sum, non audere firmare partez illã que Regis petitioni contraria est, cum pro parte ipsius Regis plurima extent, ꝛ quidem vrgentia fundamenta, vt etiam supra dixi. ¶ Placuit itaq; presentis difficultatis resolutionem propter ingentem eius dubitationem peritioribus, ꝛ sacris Theologis, ꝛ demuz sanctissime sedi apostolice relinquere. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens.

## CASVS

¶ In testamento nobilis viri Siluestri trenta ciuis Lucensis fuerunt instituti heredes Joan. baptista, ꝛ Pierangelus filij eius, ꝛ in effectu inuicez substituti, si aliquis eoꝝ decederet, sine filijs masculis legitimis ꝛ naturalibus, ꝛ casu quo ambo decederent sine filijs, vt. s. factis quibusdam legatis, testator pro vna tertia parte substituit pauperes Christi pro alijs vero duabus tertijs Christophorum filium Federigi trenta fratris eius premortui.

¶ Et casu quo dictus Christophorus decederet sine filijs ltimis ꝛ naturalibus masculis tunc ꝛ in dicto casu, factis quibusdam particularibus legatis, in residuo dictarum duarum partium sue hereditatis substituit filias ipsius testatoris, prout hec latius ex testamento cognoscuntur, cuius copia transmittitur.

¶ Mortuo testatore filij ꝛ heredes predicti paterne hereditatis se immiscuerunt.

¶ Decessit paulo post dictus Pierangelus absq; aliquibus liberis, ꝛ sic tota hereditas peruenit ad Joannem baptistam fratrem eius, ꝛ alium filium testatoris.

¶ Postea decessit dictus Christophorus superstitibus sibi Federigo, domino Stephano, ꝛ domino Laurentio filijs ꝛ heredibus vniuersalibus.

¶ Deinde de anno. 1486. de mense Nouembris decessit sine liberis predictis Joan. baptista relicta domina clara eius vxore vsufructuaria in vita sua, ꝛ post eius mortez in effectu, fecit heredes pauperes Christi, ꝛ puellas maritandas ꝛc. vt in dicto testamento continetur, cuius copia transmittitur.

¶ Expost inter dominam Claram predictaz ex vna, ꝛ Federigum predictum suo ꝛ fratrum nomine ex alia fuit factuz quoddam cópromissum de anno sequenti, ꝛ mense Martij vel circa, ꝛ sic post tres menses post mortem predicti Joan. baptiste. Et in eo inter cetera asseritur inter. d. partes esse litem ꝛ controuersiaz super hereditate, ꝛ bonis predicti Siluestri pmi testatoris, respectu duarum partium relictarum Christophoro patri illorum Federigi, ꝛ fratrum, vt dictum est.

¶ Decessit dejnde de an. 1509. pdictus dñs Laurétiꝰ sine liberis.

¶ Postea xpo de anno. 1511. de mense Martij decessit dominus Stephanus relictis post se, Christophoro annoꝝ. xj. ꝛ Stephano in ventre vxoris eius filijs ꝛ heredibus vniuersalibus.

¶ Et demum de anno. 1517. ꝛ mense Junij decessit predictus Federigus relictis sibi Siluestro tunc annorum. xxij. ꝛ Nicolao annorum quinq; filijs ꝛ heredibus vniuersalibus.

¶ Nunc predicti filij ꝛ heredes predictoꝝ Stephani, ꝛ Federigi vellent vel ex propria, vel ex parentum persona ex cã fideicómissi ꝯsequi illas duas ptes hrḋitatis predicti Siluestri pmi testõris.

¶ Querit an illis, vel alicui eoꝝ cópetat aliqḋ ius ad pdictũ fideicómissuz, ꝛ taliter: q nulla exceptióe pscriptionis repelli possint.

## SVMMARIVM

¶ Filij positi in ꝯditione an ꝛ qñ dicant vocati ad fideicómissuz.

¶ Fideicómissum conditionale an transmittatur ad filios péndente conditione, an ꝛ quando.

¶ Et de prescriptione actionis ex testamento ad fideicómissum quanto tempore currat.

¶ Et q non operatur effectus contra maiores ꝑpter minorem, cum quo habent rem communem.

¶ Fideicómissario conditionali pendente conditione decedente ad heredes fideicómissum non transmittit etiam ad filios.

Limita, vt infra nume. 20.

2 Testatori non sufficit aliquid voluisse nisi disponat.

3 Filij positi in conditione an ꝛ quando censeantur ex testaméto ad fideicommissum vocati. ꝛ J. nu. 7. et. 8.

Conditio nil ponit in esse.

4 Voluntas testatorum in interpretatione statutoꝝ regrenda est.

5 Interpretatio verborum non debet tantum mouere, vt melior sensu existat.

6 Verba intentioni seruire debent.

9 Coniectura q filij in conditione positi vocati censeantur, ꝛ infra numero. 11. 14. 16. et. 19.

10 Substitutus coniuncto seu coheredi prefertur.

11 Qui vult vnum vult omne id sine quo illud esse non potest.

12 Familie per masculos conseruantur, ꝛ perpetuantur.

13 Familiarum honor sine diuitijs sordescit.

15 Disponentis mens reiecta verborum forma attendi debet.

17 Minus dilectus a testatore non debet preferri magis dilecto.

18 Causa intestati cessat quandiu locus est cause intestati.

19 Voluntas testatoris talis qualis apparet seruari debet.

21 Testator potest facere q fideicómissum transmissibile non transmittatur, ꝛ econtra.

22 Voluntas ꝛ coniectura testatoris debet summi ex aliquibus in testamento expressis.

23 Coniectura que sit sufficiens arbitrio iudicis relinquitur.

24 Coniecture q fideicommissum ante euentum conditionis transmittatur, ꝛ J. nume. 25. et. 26.

27 Fideicommissum vniuersale purum vel purificatum ante restitutionem transmittetur.

28 Actio ex testamento est personalis.

29 Actio personalis non tollitur nisi spacio. xxx. anno.

30 Actio ex testamento ꝛ pro legato tollitur spacio. xxx. anno.

31 In re communi ratione connexionis quis consequitur per alium quod per se non consequeretur.

32 Laycus si rem cómunem cum ecclesia romana habeat ꝯtra eum non prescribitur nisi spacio centum annorum.

33 Campum si habet bona communia cum prelato vocante ecclesia non prescriptio contra capitulum, sicut nec contra prelatum.

34 Restitutio in integrum datur aduersus prescriptionem. xxx. ann.

35 Arbitratores possunt exceptionem prescriptionis reijcere.

## CONSILIVM CXLI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Habita diligenti animaduersione super predicta facti contingentia. Pro resolutione predicte consultationis, duo veniunt principaliter discutiéda. ¶ Primo vtrum mortuo predicto Joan. baptista sine liberis hereditas predicti Siluestri testatoris pro illis duabus partibus debuerit ex causa fideicommissi peruenire ad filios ꝛ heredes Christophori trenta premortui, sic vt per eos in eorum filios ꝛ heredes fideicómissum dicatur translatum. ¶ Secundo posito q sic, vtrum hodie filij ꝛ heredes Federigi ꝛ dñi Stephani possint ex causa pdicta hereditatem illam petere, ꝛ cum effectu obtinere, an vero exceptione prescriptionis possint repelli. ¶ Circa primam questionem videbitur alicui fortasse primo aspectu predictos filios, ꝛ heredes Christophori nullo modo posse admitti ad pdictum fideicómissum. Nam aut volumus, q potuerint venire ex persona Christophori patris eoꝝ, quasi q ipse ius fideicómissi in suos filios transmiserint, iuxta glo. in. l. is cui. ff. de act. ꝛ obli. aut ex propria persona quasi q ꝛ ipsi post eoꝝ patrem dicantur ad fideicómissum per testatorez vocati. Alia. n. via non video eos potuisse venire. ¶ Sed neutꝝ hoc vr̃ posse dici, vt statim dicam, ergo (per locũ a sufficienti ptium enumeratione. iuxta. l. patre furioso. ꝛ ibi dicta per Bar. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum si.) ꝯcludendũ vr̃ predictos filios Christophori nó habuisse ius aliqḋ ad predictum fideicómissuz. ¶ Illud aũt q neutro modo venire potuerint probatur, nam primo ex psona patris ꝛ eorum non videntur posse vocari, † quia regula est, quod fideicommissum conditionale, si fideicommissarius pendente conditione decedit non transmittitur ad heredes. l. vnica. §. sin autem aliquid sub ꝯditione. C. de cadu.

de cadu.tol.ꝛ.l.si cum heres.ff.qñ dies lega.ced.cum simi. ¶ Et adeo vera est ista regula, vt non fiat trāsmissio ēt ad ꝑprios filios, vt est gl.cōiter approbata in.l.vnica.C.de his qui ante aper.tab. qcqd dixerit gl.in.d.l.is cui.que cōiter reprobat vt ibi per Bar. ꝛ alios, ꝛ per Bal. ꝛ alios in.d.l.vnica.C.de his q ante aper.tabu.cum multis ꝯcor.qui ad hoc allegari possent, vt scribit Jas.in ꝯsi.cciij. Ianotus de cataneis.v.col.ver.scḋo ꝛ fortius.ij.vol.ꝛ in ꝯsil.cxlij. Uenerabilis.ix.col.in fi.eo.vol. Sed in testō fideicō-missuꝫ predicto Christophoro relictū erat ꝯditionale, vꝫ si filij testatoris hr̄des instituti decederent sine filijs masculis ꝛc. ergo sequit̃ ꝙ Christophorus interim, ꝛ ea ꝯditione pēdente decedens, nec ad ꝑprios filios fideicōmissuꝫ trāsmittere potuit, ꝛ ꝯñter sequit̃ ꝙ predictis eius filij ex ꝑsona patris vocari non potuerunt. ¶ Scḋo etiam vr̃, eos non potuisse vocari ex ꝑpria ꝑsona, qꝛ in predicto testō filij Christophori nunq̄ reperiunt̃ vocati. Nec vr̃ posse dici, ꝙ imo testator videatur eos vocare voluisse, ꝛ ita cogitasse.

2 † Qm̄ in testamentaria dispositione non sufficit testatorē aliquid voluisse, aut cogitasse, nisi illud dixerit expresse, aut alias ex verbis colligi possit, vt.l.qdam cum filiuꝫ.ꝛ ibi doc.tradunt.ff.de here.insti.ꝛ vr̃ bonus tex.in.l.si qs rogatus.ff.de do na.inter vir.ꝛ.vxo.facit.l.si alij.ff.de vsufr.leg.ꝛ.l.iurisgentiuꝫ.§. pactoꝝ.ꝛ ibi dicit Bal.ff.de pac. Nec dicat̃, ꝙ satis testator hoc vr̃ dixisse, ponendo filios Christophori in conditione qñ ei substituit, si sine filijs masculis decederet,

3 † cuꝫ ſm aliquos positi in ꝯditione videantur vocati. Qm̄ cōis opinio est in ꝯrium, vt.s.filij in ꝯditione positi non censeantur ex testō vocati ad fideicōmissuꝫ cū regula sit, ꝙ que ponunt̃ in ꝯditione non sunt in dispositione, qꝛ ꝯditio nihil ponit in esse.l.si quis sub ꝯditione dandoꝝ.ꝛ.ff.si qs omis.cau.test.ꝛ istaꝫ opi. vt positi in ꝯditione non dicant̃ ex testō vocati originaliter posuit glo.fi.in.l.lucius.la.ij.ff.de here.instit.ꝛ sequuntur ibi Jac.de are. Ray. Bar. Nic.de neap. Bal. Ang. Jmo. Cuma.ꝛ alij fere oēs, idem etiam volunt doc.in.l.ex facto. §.ex facto.ff.ad trebel.vt ibi per Alexā.qui dicit hanc esse cōem opi.ꝛ ꝙ ſm eam sepe ꝯsuluit, vt inter cetera pꝫ in ꝯsil.clxxxv. Ui so titulo qōnis.ij.vol.ꝛ ita cōiter teneri, ꝛ obseruandum esse asserit, etiam Corne.in ꝯsi.i. Jn presenti ardua.x.col.ꝛ seq.iij.volu.ꝛ in.l.i.C.de ꝯdi.inser.tradit patruus, ꝛ dñs meus Soci. in consil. ccxviij. Consideratis.ij.col.ij.vol.ꝛ plene in.l.cum auus.mihi.colū.lxxi.cum duobus seq.ff.de ꝯdi.ꝛ demō.ꝛ Deci.in ꝯsi.ccccxxij. Et pro tenui.in prin.cum infinitis alijs, qui ad hoc allegari possent. ¶ Sed predictis minime obstantibus, ꝯtrariaꝫ opi. in ꝑpo sito casu vti veriorem, ꝛ magis menti testantis ꝯformē amplector ſm ea, que ꝑponuntur more Sceuole iurisconsulti rñdendo, ꝛ dico, ꝙ imo duobus modis, de quibus.s.ꝛ quolibet per se predicti filij Christophori vocati ꝛ admissi fuerūt, vꝫ ex ꝑpria persona velut per testatorem ad fideicōmissum vocati. Jtem etiam ex ꝑsona Christophori eoꝝ patris, qui in eos ius fideicōmissi dr̃ trāsmisisse, quicqd in ꝯtrarium circa vtrunq̄ superius dictuꝫ fuerit. ¶ Et pro fundamento huius ꝯclusionis, ꝛ resolutione ꝯtrarioꝝ, in qua stat omnis difficultas.

4 † Presuppono, ꝙ in interpretatione testamentoꝝ ante oīa sūma cura, ꝛ diligentia perquirenda est testātis voluntas, que ꝑmum locuꝫ obtinet.l.in ꝯditionibus.in prin.ff.de ꝯdi.ꝛ demon.ꝛ totuꝫ facit, ꝙ in testamentis disponit̃.l.ex facto. la grande.circa me.ff.de her.insti.ꝛ ipsa soluꝫ dñatur, ꝛ regit oīa. l.cuꝫ qō.C.de lega.ꝛ.d.l.in ꝯditionibus. ¶ Ea aūt reperta ꝛ intellecta (etiam per ꝯiecturas maxime in fideicōmissis. iuxta.l.cuꝫ ꝑponebat̃.ꝛ not.ibi per doc.ff.de lega.ij.cum fi.) oīno seruari dꝫ,

5 qualiacunq̄ verba ꝑlata fuerint. † Quoꝝ verboꝝ interpretatio nunq̄ dꝫ tm̄ valere, vt melior sensus existat.l.iij.C.de lib.prete.per quem tex.dicebat Ang.in ꝯsi.ij. Premitto ꝑmo.ij.col. ꝛ in ꝯsil. ccxxij. Bene, ꝛ egregie.in ꝑn.ꝙ in vltimis voluntatibus ois po-

6 stergat̃ ꝟboꝝ rigor, ꝛ forma, vbi de mente testatoris ꝯstat, † ꝛ ratio est manifesta, qꝛ.s.ꝟba intentioni ꝛ menti ꝑferētis seruire debent, non per ꝯrium.l.scire opꝫ.§.aliud.ff.de excu.tut.ꝛ.c.ij.regris.de appel.cum simi.facit.l.non aliter.in prin. de leg.iij.ꝛ.l.cuꝫ virum.C.de fideicō.cuꝫ multis alijs, que ad hoc allegari possent. ¶ Hoc ita ꝑsupposito dico in ꝑposito casu, voluntatem, ꝛ mentē testatoris fuisse filios predicti Christophori in occurrenti casu vocatos esse, ꝛ sic ex ꝑpria ꝑsona admitti debere, vel etiaꝫ ex ꝑsona patris, dicendo in eos ius fideicōmissi, lꝫ ꝯditionalis, trāslatuꝫ fuisse. Quod si ostendetur, ꝑut est ipsa veritas, cogimur dicere sic oīno seruandum fore, ne alioquin a mente ꝛ volūtate testantis recedere videamur per predicta. ¶ Quod aūt ita sit ex infrascriptis manifeste ostendetur. Et capiendo ꝑmum, vt scꝫ ex intentione te-

23 Uoluntatem testatoris sectari debemus, sicut venator sequitur leporem.
24 Uoluntas testatoris est ambulatoria vsque ad mortem.
25 Testium solēnitas in testamento est iuris ciuilis.
26 Jus ciuile potest per municipale alterari.
27 Testamentum nuncupatiuum in scriptura non cōsistit, sed in voluntate testatoris.
28 Testamentum solis testibus probari potest.
29 Testamentum primum per secundum validum reuocatur.
30 Testamentum in heredis institutione consistit.
31 In testamento inter liberos ius gentium inspicitur.
32 Testes possunt esse femine in testamento inter liberos.
33 Statutum intentum ad diminutionem non debet opari augmentum.
34 Solēnitas per statutum requisita nō procedit in personis que sunt puilegiate.
35 Uoluntas patris in testamento inter liberos per coniecturas etiam probari potest.
36 Clausula codicillaris semper in testamento inter liberos subintelligitur.
37 Clausula quod valeat omni meliori modo semper censetur apposita in testamento inter liberos.
38 Testamentum ad pias causas potest per duos, aut tres testes probari.
39 Causa pia et liberorum equiparatur.
40 Causa filiorum est fauorabiliorum quam pie cause.
41 Testamentum secundum inter liberos licet imperfectum, et ad interrogationem alterius factum a patre in extremis constituto qui respondit tantum, si submissa voce cum nutu capitis de iure valet et primum tollit.
42 Testamentum inter liberos minus solēne puta cum duobus testibus valet.
43 Dispositio ad pias causas valet licet nō fuerit lecta nec publicata.
44 Testamentum secundum inter liberos, licet imperfectum valet et tollit primum etiam solenniter factum, licet de eo non fiat specialis reuocatio.
45 Testamentum secundum factum inter liberos etiam non solenne et ad instigationem eius cuius intererat primum testamentum reuocari non valet, et tollit primum dato quod testator esset de grauissima infirmitate detentus.
46 Testamentum an ex defectu potestatis valeat.
47 Infirmitas grauis non impedit quem posse testari, et sequen. et infra nume. sequen.
50 Testibus pluribus numero maxime deponentibus illud in quod naturaliter in quolibet presumitur creditur.
51 Testator an fuerit sane mentis cognoscitur ex qualitate dispositionis per eum facte.
54 Glo. in l. iubemus. C. ad treb. quomodo procedat, et infra nu. 56.
55 Testatorem blandis verbis quis prouocare potest, vt sibi aliquod relinquat.
61 Testamentum non vitiatur ob imperfectionem solennitatis.
62 Institutio si est facta sine partium assignatione dicitur facta equalibus portionibus. et nu. 63.
64 Institutio non vitiatur licet per testatorem non fuerit aliquis factum quod videbatur facere velle.
66 Testamentum illud in dubio preualere debet in quo venientes ab intestato vocantur.

## CONSILIVM CXLIIII

Dirigat Dñs xba mea in viã veritatis, τ iustitie. ¶ Uiso puncto simul, τ testiuꝫ depositionibus ad me transmissis, cũ presentis ꝯsultationis resolutio dubia plurimũ videretur primo motu a scribendo remouebar eo preser tim, qꝫ presens causa vertit inter personas mihi hincinde ꝯiunctas cognatione, τ maxima beneuolẽtia, inter quas vbi daretur 1 ꝯcordiaꝫ quãlibentissime suaderem, † verũtamen considerãs postea non parum peccare eum, qui de veritate regsitus illaꝫ tacet, iuxta. c. quisquis. xj. q. iij. τ. c. error. lxxxiij. distin. cum simi. requisitus, vt pro veritate quid de iure sentiam respondere velim, nõ potui ita modeste petitioni nõ annuere. Dicebat eniꝫ philosophus 2 primo Ethicoꝝ, † duobus existentibus amicis, sanctuꝫ est prehonorare veritatẽ, que magis amica esse debet. ¶ Itaqꝫ vt veritas ipsa euidentius demõstretur ad partes arguam, τ ita per cõtraria transeundo viam ferro aperiam, vt inquit Bald. in. l. precibus. viij. colum. C. de impube. τ alijs substitu. ¶ In primis igitur pro primo, τ solẽni testamento, vt scꝫ non dicatur reuocatum vi- 3 detur facere clara, τ trita regula iuris, † qua dicitur testamentum iure factum conseruari, τ valere donec rumpatur, vt instit. quib. mod. testamẽ. infir. in princi. τ licet inter alios modos rumpendi sit, si nouum testamentum ab eodem fiat, vt. §. posteriore. eodem titu. Tñ illud procedit quando testamentum, qđ postea fit de iure valet, τ tale est, vt ex eo quis heres existere possit. l. prima. τ. l. cum in scđo. ff. de iniusto rup. testamẽ. cum similib. vt scribit Roman. in consil. cccvj. proposita consultatio. in princi. Sed in proposito non videtur ꝙ testator predictus aliud fecerit testamentum saltem de iure validum, τ ex quo quis heres esse possit, ergo videtur ꝙ primum illud testamentum solẽniter factuꝫ de iure subsistat. ¶ Illud auteꝫ ꝙ allegatum testamentum scđo loco factuꝫ de iure non subsistat, ex pluribus videtur posse probari. ¶ Et pri- 4 mo ex defectu potestatis, † que potestas ante omnia perquirenda est. l. si queramus. τ ibi docto. ff. de testam. videtur enim ꝙ predictus Iacobus tempore quo dicitur scđm testamentum fecisse non habuerit testamenti factioneꝫ de actiua loquor, de qua etiaꝫ 5 loquitur. d. l. si queramus. † nam videtur ꝙ fuerit quasi demens, τ non sincere, τ sane mẽtis, propter quod videtur testari prohibitus. l. furiosuꝫ. C. qui testamen. facere possunt. τ. §. item furiosi. iuncta glos. institu. quibus non est permiss. facere testamen. eteniꝫ cum esset prope mortem, seu quodãmodo in articulo mortis ipsius mortis cogitatione turbatus, videtur ꝙ potuerit dici nõ sane mentis, vt. l. hac consultissima. §. at cuꝫ humana fragilitas. C. qui testamen. facere possunt. τ ibi per docto. ¶ Et preterea istud videtur probari per aliquos testes examinatos in processu, nam primo Julius tegliaccius hoc manifeste probat. dicit enim ꝙ Iacobus predictus eo die, quo dicitur testamentum reuocasse non erat sane mentis. Et idem etiam deponit alius testis, vcꝫ magister Cesar ceruficus, dicens ꝙ die illa, cuius sequenti nocte. d. Jacobus decessit non erat sane mentis, perche barbugliaua con la bocca, e naspaua con le mani, τ hoc etiam salteꝫ presumptiue colligitur ex his, que deponit magister Joãnes de michaelibus physicus alter testis, dum dicit ꝙ pridie ꝗ dictus Iacobus moreretur nõ poterat articulate, aut expedite loqui, τ ꝙ verba eius non 6 intelligebantur, † nam ex hoc poterat dici mortuo similis, vt. l. iubemus. C. de testamẽ. τ consequenter quodãmodo extra menteꝫ, maxime propter instantis mortis cogitationem, propter quaꝫ videtur posse dici ꝙ non potuerit venire ad testandum cum plena deliberatione mentis, prout considerat Corne. in consi. cccxix. videtur prima facie. iij. colum. primo volumi. τ Pau. de cast. in. d. §. at cuꝫ humana fragilitas. Merito videtur ꝙ non potuerit valide testari, nec testamentum solẽne, quod iam fecerat reuocare, τ ita post quosdam ab eo relatos arguit Andre. barbat. in consil. xliij. illud in medium referam. i. colum. iij. volumi. τ volunt Barto. Ange. Pau. de cast τ alij in. d. l. iubemus. Ange. in. l. in aduersa. ff. de testamen. τ plenius in. l. in fraudem. §. i. ff. de mil. testa. τ ideo dicebat Corne. in consi. cclxj. de duobus. iij. colum. iiij. volu. qđ notarius de testamentis a talibus personis ordinatis non debet rogari. ¶ Secundo ex defectu voluntatis, esto enim ꝙ tũc testari potuisset, videtur ꝙ noluerit testamentum primum reuocare, τ nouuꝫ facere, etenim per prius in sanitate pluries dixerat ꝙ volebat suos fore heredes filios Andree de landucijs, prout aliqui testes deponunt, τ prout continetur in primo, τ solẽni testa- 7 mento per prius condito, † vnde mutatio voluntatis non presumitur, nisi euidentissime probetur. c. maiores de baptis. τ. l. iij. ff. de probati. cum similibus, τ ita in materia nostra dicit patruus, τ dñs meus Soci. in consil. xcij. in causa do. Antonij. ix. colum. versic. sed premissis non obstan. iij. volumi. Et ꝙ asseritur dixisse pridie, ꝗ moreretur, videtur potius dixisse, vt se in extremis positum a molestia interrogantium liberaret, quam vt a priore testa- 8 mento solẽni, τ a sua diutina voluntate recederet, † non enim videt verosimile ꝙ a tali testamento solẽniter, τ non per longa tempora per prius condito sic intricate, τ breuibus verbis voluerit recedere, maxime nihil relinquendo illis, quos in eo vniuersales heredes fecerat, τ ita dilexerat, prout arguit Corne. in dicto consilio. cccxix. iij. colum. versicu. τ maxime. τ. iiij. colum. versic. item 9 paucis diebus τc. ¶ † Et ꝙ defecerit volũtas, videtur satis probari ex eo, qꝫ quando notarius volens rogare testamentuꝫ legit, quod scripserat, τ petijt, an vellet testamentum iam factum reuocare, τ ratificare que scripserat Iacobus non respondit, vt ipse notarius, τ quidam alij attestantur, ex quo videtur sũmi eum noluisse talia facere, vt considerabat Corne. in dicto consil. cccxix. v. colum. versicu. item concurrit ꝙ ꝗplures τc. ex tali enim taciturnitate videtur ostendi, ꝙ omnia que per prius dixerat non ex proposito, sed ad suggestionem aliorum interrogantium, τ mole- 10 stantium dixerat, † vt sic ex sequentibus declaretur animus qualis fuerit in precedentibus, prout in his considerat, τ determinat Paul. de cast. in consil. mihi. cclxvj. viso puncto, τ allegationibus. scđa colum. versicu. τ idem dicendum est de alijs verbis τc. τ hoc consilium ẽm nouam impressioneꝫ reperitur, nu. clv. primo volumi. Et plus dixit Pau. de cast. in dicto consil. colum. fi. versicu. pro hoc etiam bene facit. quod plurimum confert ad propositum nostrum, vcꝫ ꝙ si testator voluisset testamentum iam factuꝫ reuocare ex proposito et mente deliberata non conduxisset se ad punctum mortis, nec expectasset se interrogari, sed proprio motu fecisset, τ cum temporis cõmoditate, vt per euꝫ. ¶ Tertio non videtur valere vltimum testamentum, datis etiam potentia, τ voluntate testandi, scꝫ ex defectu requisitorũ in eo, quasi non fuerit 11 seruata forma, in simili testõ alterius reuocatorio requisita, † etenim quilibet actus eius forma non seruata corruit, τ dicitur nullus. l. cum hi. §. si pretor. τ ibi per doctores, maxime Jas. colum. xj. ff. de transactio. l. iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. τ. l. i. C. de predi. curiali. libro decimo, cum similib. vt per Deci. in consil. xj. qm̃ iudicantiuꝫ. colum. viij. versicu. solum contra testamentũ τc. τ per Fely. in. c. cum dilecta. colum. xj. versi. gesta contra formaꝫ. de rescript. ¶ Defectus autem non vnus tantum, sed multiplex videt interuenisse. ¶ Primo enim quecunqꝫ dixit predictus Iacobus nõ videtur proprio motu dixisse, sed potius ad interrogationem, τ suggestionem alterius, vcꝫ magnifici equitis do. Joan. baptiste, qui continuo instabat, τ petebat, an vellet reuocare precedens testamentum, τ facere heredes filios, τ nepotes ex filio, prout hoc probatur ex depositione multorum testium, τ maxime ipsiusmet do. Jo. baptiste, qui deponit se requisiuisse testatorem, 12 vt iam factum testamentum reuocaret, † quibus sic stantibus videtur in dicto testamento deficere libera, τ spontanea voluntas, que in testamento necessaria est, vt. l. prima. C. de sacrosanc. eccle. τ probatur in. l. prima. ff. de testam. dum in difinitione testamẽti dicitur volũtatis nostre τc. videtur enim qui sic interrogatus, respondet non proprio, sed quasi alieno arbitrio testari contra. l. illa institutio. in princip. cum similibus. ff. de heredibus instituend. ¶ Nec obst. glo. in versicu. quemadmodum. in. l. iubemus. C. de 13 testamen. cum qua videtur cõmunis opinio, † dum concludit valere testamentum, si alius testatorem interroget, τ nomen exprimat heredis, τ testator ita confirmet, τ approbet, prout per illum exprimebatur, qm̃ respondetur ꝙ predicta cõmunis opinio procedit, quando talis interrogatio fieret a persona publica, idest a tabellione, qꝫ tunc fides eius dicitur approbata, non si a priuata persona, qꝫ tunc potius diceretur quedam suggestio, ita voluit Bal. in dicta. l. iubemus. ij. colum. refert, τ sequitur Cor. in consilio primo, circa primum. mihi. iij. colum. volumi. iiij. hinc dicebat idem Corne. in consil. cxlix. visis nõnullis. iij. colum. versicu. interrogatio, quam duo ex dictis testibus τc. secundo volumine, 14 † quod eiusmodi interrogationes sepe trahunt homines ad dicendum illud, quod non habẽt in animo, vt per eum. Sed in proposito talis interrogatio non fuit facta a notario, sed a prefato do. Joã. baptista, ergo τc. ¶ Et tanto magis hoc videtur dicendum, qꝫ ipse videtur persona aliqualiter suspecta, cum sit auunculus filiorum dicti Hieronymi, qui in isto testamento asserũtur scripti heredes, ipse enim propter talem cognationem affectasse videtur. ꝙ primum testamentum reuocaretur, prout ipsemet dixit in suo testificatu, prout hanc suspitioneꝫ parentele, considerat Consil. do. Maria. Soci. iij. volu.

patruus,& do. meus Soci. in consi. xxviij. visis testamẽto. quinta colum. versicu. ad hoc etiam facit. iij. volumi. Quod eo maxime videtur in proposito dicendum attenta grauissima infirmitate, quam dictus Iacobus detinebatur, dubitari enim potest ne predictus do. Ioan. baptista submissus sit ad ita interrogandum Iacobum, qui facile omnibus erat responsurus sm interrogationem, iuxta tradita per Pau. de cast. in l. prima. §. si quis ita. secunda colum. versicu. vltimo Pet. inducit. ff. de verborum obligatio. et 15 per Soci. meum in loco preallegato. ¶ † Posset etiam, & secundo responderi ad gl. in d. l. iubemus. vt procedat quãdo per tale testamentum non induceretur reuocatio alterius testamenti, quod solẽne, & validum precessisset, sed solum ageretur, ne homo ille intestatus decederet, nam tunc fauore cause testati illo speciali modo potest tolerari quod valeat testamẽtũ, secus si precedat aliud testamentum, cum propter illud iam cause testati sit satisfactum, nec possit ille decedere intestatus, prout proprie contingit in casu 16 nostro. † Tunc enim etiam si a notario fieret interrogatio testamentum, sic ad alterius interrogationem factum non valebit, et precedens remanebit in suo robore, ita signanter voluit Pau. de cast. in dicto consilio. ccclxvj. in fi. quod etiam sequitur patruus meus Socin. in dicto consi. xcij. ix. colum. ¶ Et ad predicta quatenus dictum est videri in predicto secundo testamento defuisse liberam, & spontaneam voluntatem dicti Iacobi non parum facere videtur, quia notarius qui venit, vt de testamento rogaretur, videtur venisse non ex proprio motu testatoris, nec ad eius instantiam, sed potius ad instantiam dñi Ioan. baptiste, & sororis eius dñe Laure nurus dicti testatoris, vt videtur probari ex depositione ipsiusmet notarij, qui dicit se a pluribus fuisse requisitum, vt iret ad se rogandum de testamento Iacobi predicti, & etiam ex depositione do. Apollonij, qui dicit quod requisitus ipse testis a do. Laura adduxit notarium, & quod do. Io. baptista fecit omnem eius diligentiam, & plurimum laborauit pro reuocatione primi testamenti, ex quo videtur satis posse colligi, quod etiam procurauerit 17 vocari, & adduci notarium. ¶ † Quo stante cum predicti do. Io. baptista, & do. Laura sint persone suspecte induci videtur presumptio, quod testator non habuerit per se, & propria deliberatione animum reuocandi primum testamentum, & faciendi nouum, nec dicetur reuocatum per ea que voluit Paulus de cast. in dicto. §. si quis ita. & in dicto consi. ccclxvi. & do. meus Socin. in dicto consilio. xcij. & ita in terminis arguit Barbati. in preallegato consilio. xliij. colum. iij. versicu. quinto facit &c. ¶ Secundo reperitur 18 alius defectus, † nam cum primum testamentum esset inter liberos, quia in eo filij, & nepotes testatoris erant instituti, dicebatur habere clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, vt. s. non valeant, nisi pater in sequenti testamento solẽniter facto specialiter declaret se nolle precedens testamentum, inter liberos conditum valere, vt est tex. & ibi dicunt docto. in aucten. hoc inter liberos. C. de testamentis. & tradunt etiam doctor. in l. si quis. in principio testamenti. de legat. iij. & sic debet in sequenti testamento interuenire voluntas testamentaria, & apponi specialis clausula derogatoria ad precedens, quod quidem in proposito nostro nõ videtur obseruatum, nam assertum testamentum, quod secundo loco factum proponitur, non potest dici solẽniter factum, & non probatur quod in eo fuerit apposita talis clausula derogatoria, ergo &c. ¶ Tertio videtur interuenisse alius defectus, & maioris considerationis, † quia. s. non fuit eiusmodi testamentum lectum coram testatore, & testibus, & a testatore acceptatum, & approbatum, vt satis constat ex processu. Et licet forte notarius legerit, tñ talis lectura non debet considerari, sed pro non facta habetur, ex quo testator eam non confirmauit, nam omnia ista requiruntur, & tunc ab ipsa confirmatione dicitur perfectum testamentum, vt. l. fideicõmissa. §. primo. incip. quoties. de legatis. iij. sm intellectum, & declarationem glo. ibi, quam Barto. & alij sequuntur, & ita videtur velle Guido pape in consi. ccxxxiij. non valuit &c. in princip. Ad quod bene facit. l. ex ea scriptura. cum his que ibi dicunt docto. maxime Pau. de cast. ff. de testamentis. ¶ Quarto, & vltimo consideratur in isto secundo testamento defectus certitudinis institutionum in eo factarum, nam cum dixerit, dauantaggio, e disuantaggio, apparet quod voluit facere partes inequales, non tamen declarauit quomodo, vel in quo volebat esse inequales, & per consequens remanere videntur institutiones incerte respectu portio-20 num, † propter quod videtur talem institutionem, velut incertam non valere, argumẽ. l. quotiens. in principio. ff. de heredib. instit. & l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. dum ibi dicitur nullum esse legatum fundi fundo non demonstrato. Sic enim videtur in proposito nostro, quod nulla sit institutio parte non demonstrata, & incerta remanente, & viciata institutione totum testamẽtum viciatur, argumento. §. ante heredis. institu. de legati. ¶ Et plus dicendum videtur quod propter non appositas partes, quas testator inequales esse voluit testamentũ illud possit dici imperfectum ratione voluntatis, nam cum dixerit testator de illo auantaggio, & disuantaggio ostendisse videtur se velle demonstrare, & declara-21 re inequalitatem, quam mente conceperat, † quod cũ postea non fecerit, videtur testamentum imperfectum respectu volũtatis, merito videtur quod debeat dici nullum. l. si is qui. & ibi per docto. ff. de testamentis. & d. l. quotiens. §. tantũdem. de heredibus institué. ¶ Preterea circa talia verba testes non videntur concordes, nam vnus testis deponit de disuantaggio tantum Petri, alius testis omnium filiorum, propter quam varietatem non satis cõstat 22 que fuerit voluntas testantis, † & sic videtur nulli testi credendum, cum quilibet in suo dicto sit solus. l. iurisiurandi. C. de testi. cum similibus. ¶ Hec sunt que pñtem ꝯsultationẽ valde dubiam reddere videbantur, & que prima fronte me trahebant in conseruationem primi testamenti solẽniter facti. ¶ Uerũtamen eis nõ obstantibus diligentius omnia animaduertendo, veritatemqꝫ ipsam amplectendo contrariam opinionem intrepide amplector, tanquam de iure veriorem, vt quod testamentum primum dicatur omnino reuocatum, & secundum valeat, & quidem ex pluribus maxime 23 infrascriptis. ¶ † Et pro clariori demõstratione veritatis presuppono primo quod in materia testamentaria semper debemus voluntatem testatoris, si nobis constare potest, amplecti & illam perquirere, & sectari, sicut venator vestigia leporum, vt inquit Baldus in l. quidam. C. de nece. ser. heredi. insti. Iura enim voluerũt morientibus, & eorum voluntati vltime fauere, cum eorum non redeat arbitrium, vt. l. prima. & ibi doctores. C. de sacrosanc. eccles. 24 † & ob eam causam statutum est morientis voluntatem esse ambulatoriam vsqꝫ ad mortem. l. quarta. ff. de adimend. lega. l. cum hic status. §. i. ff. de donatione inter virum, & vxorem. & c. cum marte. de celebratio. missarum. & non posse sic ordinari testamentum aliquod precedens quin liceat quãdocunqꝫ voluerit ab eo recedere, vt per Barto. & alios in l. si quis. in principio. ff. de legat. tertio. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. & cum hoc sit plusquam manifestum non insistam in eo probãdo vlterius. ¶ Secundo premitto quod in ciuitate Senẽsi in qualibet vltima voluntate sufficiunt tres testes etiam non rogati, vt constat ex statuto, sub rubrica de testa. & succe. in principio, licet iure cõmuni septem testes requirantur in testamentis, in codicillis ve-25 ro quinqꝫ, nec de validitate statuti dubitandum est, † cum testium solẽnitas in testamento, seu forma testamenti sit iuris ciuilis, seu positiui, vt per doctores per illum text. institu. de testamentis. in princip. cum similibus, & tradit Alexand. in consi. lxv. quia omne datum. tertia colum. versicu. sed premissis non obstãtibus. vj. vo-26 lumi. † potest enim ius municipale alterare ius ciuile, vt in l. omnes populi. cum materia. ff. de iustitia & iu. & ita hoc statutũ in indiuiduo valere, presupponit Alexan. in consil. xxxiij. ponderatis verbis. tertio volumi. & patruus meus Socin. in consilio. lxxxij. visa asserta. primo volumi. Et stante tali statuto testamenta cum tribus testibus factum, vt in eo dicitur, dicetur testamentum solẽne, ac si septem testes, & rogati interuenissent, sm formam iuris 27 cõmunis. ¶ † Tertio premitto quod testamentum, & eius substantia non ꝯsistit in scriptura aliqua, maxime loquẽdo de testamento nuncupatiuo, sed consistit in sententia, & voluntate testatoris, & ideo diffinitur quod est voluntas nostra iusta sententia &c. vt. l. prima. ff. de testamentis. scriptura autem quando interuenit, dicitur interuenire ad euidẽtiorem rei probationem. l. contrahitur. ff. de pigno. l. cum res. C. de probatio. & ibi glo. dicit, & concordantes allegat, ex quo sequitur quod satis dicit probatũ testm̃ alicuius, si le-28 gitime probetur voluntas eius, puta per testes. † Est enim expeditissimum in iure testamentum, contractum, aut aliud quodlibet solis testibus absqꝫ scriptura probari posse, vt in toto titu. ff. & C. & extra de testib. & spãliter de testõ ꝓbatur in l. hẽdes palã. in fi. princi. ff. de testamen. & dixit Barto. in l. domitius labeo. prope finem, eodem titu. Pau. de cast. in consi. ccliij. si bene considere-tur. iij. colum. in princi. versicu. illud autem constat &c. cum concordantibus, vt per Beltram. in consil. cc. viso casu. prima colũ. versic. pretera esto. primo volumi. & ita pro indubitato presupponit Abb. in c. insuper. sexta colum. in fine illius articuli, vtrum legatarius possit esse testis in testamento, extra de testibus, & tradit Alexan. multa ad hoc allegando in consilio. cv. viso, ac diligenter. secunda colum. in principio, quarto volumi. ¶ His ita pre-29 missis, † dico quod Iacobus predictus dicitur secundum fecisse testamentum, & quidem validum merito sequitur quod ex eo dicit primum testamentum

mum testamentum ab eodem factum quantulibet solemniter reuocatum, & annullatum per regulam. §. posteriore. institu. quibus modis testamen. infirm. l. si quis priore. ff. ad trebellian. & l. i. & l. cum in secundo. ff. de iniust. rup. testamen. cum similibus. ¶ Validitas autem secundi testamenti probatur, quia in eo testator fecit suos heredes vniuersales filios masculos Hieronymi eius nepotes, & etiam filios suos, prout probatur per multos testes super diuersis capitulis examinatos, & maxime super sexto capitulo, in quo inter cetera ponitur, & asseritur quod Iacobus testator fecit predictam heredum institutionem, & predictum capitulum sextum, & in eo contenta probant, & clare testificantur, quasi omnes testes, presertim primus, & tertius qui apertissime dicunt vera esse contenta in capitulo. Item & septimus testis qui clare deponit predictam institutionem. Dicit enim quod Iacobus dixit, io so miei heredi vniuersali li figli de Hieronymo mio figlio, & miei nepoti maschi nati, & da nascere, & le mie figlie anchora, & cum isti tres testes sufficiant ad probandam institutionem predictam ex forma statuti, vt dixi in secundo premisso non insistam circa dicta aliorum testium, sed concludendo institutionem predictam legitime probatam fuisse, 30 †dico, & concludo etiam esse probatum secundum testamentum, quod in ipsa heredum institutione, tanquam in eius capite, & fundamento consistit. l. penul. prope finem, ibi calphurnius longinus &c. ff. de his que in testam. delen. §. in primis igitur. institu. de fideicom. heredi. & §. ante heredis. institu. de legat. ¶ Et maxime hoc dicendum est in proposito, cum tale testamentum sit inter liberos, & foueat causam intestati, nam propter istud deberet valere etiam si tantum per duos testes probaretur, 31 † quia hic inspicitur solum ius gentium, quo dicebatur quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, vt legitur Deuterono. ca. xvij. in princip. & Matthei. c. xviij. post princip. & in. c. cum esses. & in. c. relatum. extra de testame. & ibi per doctor. & de hoc est tex. & ibi tradunt omnes doctor. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testame. & in. l. si. C. famil. hercifcun. 32 †Et adeo lex contentatur duobus testibus in testamento inter liberos, vt sufficiat etiam femine, & quod tales testes non sint rogati, vt per docto. in dictis iuribus tradit Alexand. in consi. cxxviij. super eo. in secundo dubio. vij. volumi. Curt. senior in consi. lxxv. dominus Ludouicus. vij. colu. in fi. & do. Ioan. de amicis in consi. xxxix. viso processu agitato. iij. & iiij. col. cum multis qui ad hoc allegari possent. ¶ Nec dicatur quod immo debent tres testes interuenire propter illa generalia verba statuti in qualibet vltima voluntate &c. vt sic comprehendatur etiam vltima voluntas condita inter liberos, quoniam hoc non videtur verum, nam si inspecto iure communi quo septem testes generaliter, & pro regula requiruntur inter liberos sufficerent duo tantum, vt traditur in dicto. §. ex imperfecto. fortius hoc videtur dicendum inspecto iure municipali, quo generaliter, & pro regula sufficiunt tres, auctenti. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. 33 †Nec statutum intentum ad diminutionem solenitatis, & numeri testium debet operari augmentum, argume. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. & l. cum tale. §. fina. ff. de condit. & demonstra. cum simi. Facit. l. quod fauore. C. de legi. & istud in simili statuto concludit Dec. in consi. cccccxxvij. in casu in quo. nume. xij. 34 †quod etiam probatur. quia solenitas requisita per statutum non procedit in personis, que simpliciter reperiuntur priuilegiarie in eo, de quo agitur, vt per Deci. in. l. quicquid. in primo nota. C. de testam. mili. vnde cum liberi circa paternum testamentum simpliciter habeant priuilegium, vt illud inter eos factum valeat coram duobus testibus, vt est dictum solenitas trium testium a statuto requisita in eis, vel aduersus eos non procedet. ¶ Et ex his infertur quod si quacunque ratione istud secundum testamentum, secundum communem regulam statuti valere non posset, quod tamen omnino est falsum, valebit tamen 35 de iure speciali, tanquam factum inter liberos, † cui quidem testamento inter liberos facto adeo fauent iura, vt velint illud procedere, etiam si per coniecturas, & inditia probetur voluntas patris, vt videtur probari in. d. l. finali. C. famil. hercifcun. prout illum tex. ponderat Imo. in. l. si is qui. secunda colum. ff. de testamen. & tradit Corne. in consi. cxviij. in hac consultatione. iij. colum. versicu. & ideo in casu nostro &c. iij. volumi. & Andre. barba. in dicto con-36 sil. xliij. iij. volum. vij. colum. versi. sexto facit &c. ¶ †Et plus etiam dicimus, videlicet quod in tali testamento semper subintelligitur clausula codicillaris, secundum glo. in ver. valuit. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupill. quam glo. Imo. ibi plurimum notat, inferens ex ea quod immo generalius in testamento inter liberos semper censeatur apposita clausula, quod valeat omni meliori modo &c. qui etiam idem dixit post Antonium de butr. in. c. raynucius. colum. xxv. de testamen. quod etiam voluit Alexand. in dicto. §. ex imperfecto. circa finem, vbi etiam hoc dicunt Ias. & alij, & tradit Alexa. in consi. cv. super his. secunda colum. versicu. ad confirmationem. vij. volumi. & Curt. senior in dicto consil lxxv. vij. colum. in fi. cum igitur vt ex predictis constat istud secundum testamentum de iure subsistat, debet omnino dici sublatum, & annullatum primum per supra dicta. Et hoc procederet etiam, si hoc secundum testamentum valeret de iure speciali liberorum fauore, puta si tantum per 37 duos testes probaret, †satis enim est ad reuocationem primi testamenti etiam solennissime facti, quod secundum aliquo modo valeat, & ex eo possit quis fieri heres, vt. d. l. si quis priore. ff. ad trebel. & d. l. cum in secundo. ff. de iniusto rup. cum similib. & ita post Bal. Ange. & Pau. de cast. per eum allegatos firmat Alexan. in dicto. §. ex imperfecto. colum. fin. versi. quero etiam, an iste &c. cum concordantibus, vt per Dec. in consi. cccclxxxix. in causa occurrente. secunda colum. versicu. sed tamen predictis non obstantib. vbi etiam pro hoc allegat. l. secundam. ff. de iniuf. rup. & l. eius milites. §. fina. ff. de milita. testamen. vt per eum, & dicit Andre. barbat. in supra allegato consil. xliij. iij. volumi. in. iiij. colum. versicu. hoc presupposito. quod illud est verissimum dictum, & ibi illud euidenter probat, vt per eum. ¶ Et hoc absque dubio in casu isto dicendum sit, cum euidentissime appareat de voluntate testantis, nam per testes fere omnes ab vtraque parte examinatos, probatur quod reuocauit primum testamentum rogatum per ser Alexandrum de rugumagno in specie se ad illud referendo, seu de eo particulariter loquendo, & quod illud fecerat per indignationem quam habebat aduersus filios, cuius postea penituit, & propterea reuocauit, & secundum fecit, vt supra. Et cum circa hanc reuocationem voluntas testantis sit manifesta, debet omnino attendi per ea que dixi supra in primo presupposito. ¶ Et vltra predicta quod in proposito per hoc secundum testamentum dicatur reuocatum primum, & illud secundum debeat obseruari, adduco primo consil. Petr. de ancbara. nume. ccxxxvij. de efficacia. per totum, maxime in. iij. colum. nam in casu suo precesserat testamentum solene, & postea testator in infirmitate dicitur fecisse aliud testamentum, in quo pias causam instituerat, & illud tantum per duos, aut tres testes probabatur, sed non fuit factus rogitus notarij propter causas allegatas ibi per Petr. de anchar. & quidem ipse licet per iuris subtilitatem querat tueri partem pie cause, tamen subdit quod illa subtilitas 38 non est in casu illo necessaria, †ex eo quia satis sit illam institutionem pie cause, & sic secundum testamentum ad pias causas factum probari per duos, vel tres testes, sicut de testamento inter liberos dicitur, licet testamentum illud non videretur completum, quia notarius de eo non potuit rogari, seu illud in publicam stipulationem recipere, & sic concludit illud testamentum secundum ad pias causas factum, licet videretur imperfectum valere, & propter illud omnino esse reuocatum primum, licet cum plena solenitate factum fuisset, vt per eum qui totum fundat in fauorem pie cause, que in 39 hoc equiperatur liberis, vt per eum. † hoc etiam voluit Anto. de bu. in. c. in presentia. ver. ex his deciditur. de proba. considerando equiperationem predictam pie cause, & liberorum, refert, & sequitur Alexand. in dicto consil. cv. iiij. volumi. secunda colum. versicu. adduco quod dixit &c. idem ergo dicendum est in proposito nostro fauore liberorum, etiam si testamentum secundum per duos 40 testes probaret. †Et multo magis quia fauorabilior est causa filiorum, quam sit pia causa, iuxta illud Augusti. qui vult instituere Deum, & filium excludere alium querat pro consilio &c. vt in. c. fina. xvij. questio. iiij. glo. in ver. simili modo, in. l. si quis ad declinandam. in princip. C. de episcop. & cleric. tradit Ioan. de imo. in. c. fin. de donat. & idem Petr. de ancbara. in consil. mihi. xlvj. prima facie videtur dicendum. cum similibus. Fortius ergo, & absque dubio sic in proposito concludendum est, cum probetur secundum testamentum per tres testes, & etiam plures, & sic valeat nedum de iure speciali fauore liberorum, sed etiam secundum communem regulam testamentorum seruandam in ciuitate Senen. propter formam statuti, de quo supra. ¶ Secundo pro conclusione supra firmata adduco solenem decisionem Andre. barba. in dicto consilio. xliij. iij. volumi. per totum, ibi enim per. xiiij. pulcherrima fun-41 damenta concludit, †quod testamentum secundum inter liberos, licet imperfectum, & ad interrogationem alterius factum a patre in extremo vite constituto, qui respondit tantum, si submissa voce cum nutu capitis de iure valeat, & tollit primum testamentum, quod solennissime factum fuerat, & ad quedam fundamenta in contrarium facta, eleganter, & iuridice respondet, vt per eum, ad quem me remitto, cum per omnes videri possit. Et concludo quod fortius in casu nostro hoc dicendum est ex pluribus. ¶ Primo quia Iac. testator expresse dicit se reuocare testamentum primum, & filios,

τ nepotes proprio ore instituit, que non fuerunt in casu Barba. solũ enim in eo interrogatus testator, an vellet φ filie sue sibi succedant, respondet φ sit nulla facta mẽtione primi testamenti. Secundo qr in casu isto testator pluries dixerat se velle reuocare testamentum primum, quod contra eius filios in ira fecerat, quod non probatur in casu Barba. Tertio quia licet verba illa dixerit Jacobus aliquando ad interrogationem alterius, tñ aliquando etiam de se idem dixit, prout in processu probatur, quod in casu Barba. non interuenit, ex quibus absq; dubio cognoscitur clarior, τ magis indubitata voluntas testatoris, vt secunduz valeat, τ primum tollatur, q̃ꝫ in casu Barbat. Quarto etiam, qr in casu isto potest dici testamentum perfectum ẽm formam statuti, cum tres testes, τ plures etiam interuenerint, licet de hoc vltimo parum curem, cum vt dixi satis sit, φ duo testes probent, τ φ ẽm valeat de iure speciali. ¶ ¶ Tertio accedat predictis pulchra decisio Alexand. in consilio. cv. super his de quibus. per totum. vij. volu

42 mi. ibi enim concludit† φ testamentum minus solẽne, puta cum duobus, vel tribus testibus inter liberos valet, τ seruari debet, licet de eo nulla extet scriptura, aut minus legitima, τ hoc fauore liberorum, ad quod ipse ibi plurima allegat, τ ad ꝯtraria respondet, vt per eum. Sic ergo τ in proposito dicendum est hoc secundum testamentum, licet de eo non extet scriptura valere, τ obseruandum esse, τ consequenter φ primum dicatur sublatum, τ licet Alexand. ibi non presupponat precessisse aliud testamentum solẽniter factum, prout contingit in casu nostro, tamen idem dicendum est quando precessit, nam cum illud inter liberos factum valeat, τ ex eo adiri possit hereditas, seqtur necessario φ precedens dicitur sublatum, vt. d. l. si quis priore, cum similibus. s. allegat. ff. ad trebellian. ¶ Quarto facit decisio Corne. in consi. cccvij. videtur prima facie. per totum. iij. volumi.

43 †quatenus in eo concludit valere dispõnem vltime voluntatis factam ad pias causas, licet non fuerit talis dispositio lecta, τ publicata per notarium. Et licet etiam aliqua verba protulerit testator, ex quibus colligeretur φ volebat testamentum publicari, tamen cuꝫ voluntas sua satis dicatur probari per modos, de quibus ibi per eum, dicit Corne. talem dispositionem omnino seruandam fauore pie cause. Idem ergo, τ fortius dicendum est in casu nostro fauore liberorum per predicta, τ si hec secunda dispositio valet, τ seruari debet, seqtur φ prima eius dispositio, idest illud primum testamentum debet dici sublatum, τ annullatum, τ hoc in effectu voluit idem Corne. in consi. clvij. de pluribus queritur. per totum. iiij. volumi. nam licet ibi in conclusione consilij dicat primum testamentum non esse remotum, fundat tamen se in eo, φ secunduꝫ non bene per testes probabatur, sed vbi testes bene illud secundum probarent, licet esset imperfectum propter fauorem liberorum, etiam φ non extaret de eo scriptura valeret, τ primum tolleretur, vt per eum ibi videri potest. ¶ Quinto roborantur predicta pulchra decisi. Jas. in consilio. ccxxiij. testamentum istud. per totum, secundo volum.

44 vbi in terminis concludit, †φ secundum testamentum inter liberos, licet imperfectum valet, τ tollit primum etiam solẽniter factuꝫ, q̃uis de eo non fiat specialis reuocatio, vt per eum. Sic igitur in casu nostro dicendum est istud testamentum inter liberos factum, etiam si fuisset imperfectum tollere primuꝫ. Et multo magis cum per Jacobum testatorem fuerit facta specialis reuocatio primi, vt supra dictum fuit. ¶ Sexto confirmatur conclusio predicta per solẽnem decisionem excellentissimi Decij compatris mei plurimum honorandi in preallegato consilio. cccclxxxix. vbi

45 in terminis nostris quasi in indiuiduo concludit, †φ secunduꝫ testamentum factum inter liberos etiam non solẽne, τ ad instigationem eius, cuius intererat primum testamentum reuocari valet, τ tollit primuꝫ quod solẽniter precesserat, etiam φ testator tempore secundi testamenti esset grauissima infirmitate detentus, τ hoc per bonas, τ iuridicas rationes, vt per eum qui ad contraria subtiliter respondet, ad quem me remitto, concludendo idem dicendum esse in proposito nostro, ẽm quod. s. dictuꝫ fuit. ¶ Superest nunc respondere ad allegata in contrarium, τ licet pro veritate ex his que supra deducta fuerunt ad omnia colligi possit responsio, tamen pro clariori veritatis demõstratione singulatim ad ea respondetur, vt infra, τ ex responsionibus infra dicendis conclusio predicta plurimum iustificabitur, τ indubitabilis quodãmo

46 do apparebit.† Ad primum ergo dum contra secundum testamentum arguebatur φ non valuit ex defectu potestatis, respondetur φ immo Jacobus predictus potuit omni iure permittente sic testari, prout fecit, falsum enim est, φ tempore quo secundum testamentũ condidit nõ esset sane mentis, qr vere erat sane mentis, τ ad propositum loquebatur, licet parum loqui posset, τ istud deponunt fere omnes testes, naꝫ dñs Apollonius primus testis dicit, φ quando Jacobus interrogatus respondebat, respondebat ad propositũ, ex quo ostenditur prudentia, τ sanitas mẽtis, τ licet dicat φ aliquando respondebat, illud tamen contingebat non ex mente alienata, sed propter infirmitatem qua plurimum vexabatur. Item do. Angelina expresse attestatur, φ Jacobus erat sane mentis die precedenti ante mortem eius, licet aliquando propter abũdantiam catarri non posset continuare, aut perficere sermonẽ. Idem etiam deponit Alexãder ioãnis alter testis. Idem etiam deponunt do. Jo. baptista, τ magister Jo. confessor. τ ser Joan. baptista notarius, alij testes examinati pro parte filiorum dicti Jacobi, omnes enim aperte deponunt φ die predicta testator erat sane mentis. Et illud idem deponit reuereñ. do. Camillus examinatus pro parte contraria, dicens φ ad propositũ respondebat, erat sane mẽtis, τ non exibat de proposito, si igitur erat sane mentis, de quo non video posse dubitari, sequitur φ habebat testamenti factionem, cum aliud impedimentum non allegetur. ¶ Nec quicquam obstat allegata infirmitas, τ φ erat prope mortem, τ mortis cogitatione turbatus,

47 †quoniam respondetur φ talia non impediunt quem posse testari, vt est tex. in. l. quoniam indignum. τ ibi doctores notant. C. de testam. maxime Corne. τ Jas. qui etiam idem dicunt in. l. iubemus. eodem titu. Ex eo enim φ quis sit in articulo mortis, τ balbutire incipiat, modo sit in bono sensu, τ possit aliquo modo verbis voluntatem suam aperire non priuatur facultate testandi, vt per doctores in dictis iuribus tradit Barb. in consilio. lvij. prope est dominus. post princip. iiij. volumi. Corne. in consil. xcj. in causa vertente. colum. fin. iiij. volumi. τ Decius in. c. si pro debilitate. in princip. de offic. de

48 lega. cum multis alijs qui ad hoc allegari possent. ¶ †Non obstat. §. at cum humana fragilitas. in contrarium allegatus, qr potius facit pro conclusione predicta, quoniam licet ibi dicatur, q̃d propter mortis cogitationem humana fragilitas turbata plures res memoria non possit consequi, tamẽ ibi presupponitur φ non perdat testamenti factionem, cum de talis hominis testamento,

49 τ quo modo fieri possit tractet. ¶ †Nec obstat doctrina Pauli de cast. ibi, τ Corne. in allegato consilio. cccxix. tertia colum. primo volumi. quoniam loquuntur ambo quando de voluntate grauiter egrotantis ad testanduꝫ aliter non constat, q̃ꝫ per simpliceꝫ responsionem ad interrogationem alterius factam, puta φ interrogatus an ita velit, respondeat φ sic, vel volo, nam si aliud non apparet, ex quo arguatur illuꝫ ita voluisse, forte, qr facta erat scriptura sine eius voluntate dici potest, φ attenta graui infirmitate dicatur respondisse potius tedio affectus, τ vt a tali molestia liberaretur, q̃ꝫ φ cuꝫ plena deliberatione voluerit testari, vt per eos, sed ista non faciunt ad casum nostrum, in quo constabat φ volebat testari, τ primum testamentum reuocare, prout ipse sepe dixetat, τ preterea iste Jacobus non simpliciter respondit sic, vel volo, sed explicite instituit heredes filios suos, τ nepotes, τ iam factum testamentũ reuocauit, ita quidem, vt de eius voluntate non cadat aliqua dubitatio. ¶ †Nec obstant dicta testium allegata in contrarium, vcꝫ Julij tegliaccij, magistri Cesaris, τ magistri Joan. de michaelibus, ex quibus videbatur probari φ Jacob. non esset sane mentis, quoniam potest responderi φ dicta eorum testium debent intelligi non de tempore quo fecit testamentum, sed postea, fecit enim dictum testamentum ante prandium, quo tempore erat sane mentis, vt plene deponunt alij testes, de quibus supra, quorum dicta ad illud tempus sunt referenda, sed post prandium crescente infirmitate, potuit etiã debilitari intellectus, τ ita intelligendo omnes testes concordabuntur, prout fieri dꝫ, iuxta. c. cum tu. cum materia, de testi. Et singulorum dictum discurrendo, animaduerto in p̃mis φ magister Cesar specialiter se restringit ad tempus illud post prandium, alius autem. s. magister Joan. videtur necessario intelligendus de eodem tempore, alias falsum deponeret, dicit enim ipse φ Jacobus illa die nõ poterat articulate, aut expedite loqui, τ φ verba eius non intelligebantur, quod certe non potest referri ad tempus ante prandium, quando fecit testamentum, cum sit φ tunc articulate loqueretur, τ verba eius intelligebantur, vt patet ex verbis institutionis heredum, et reuocationis primi testamenti, que fuerunt explicite, τ expedite prolata, τ ab astantibus intellecta, attento φ ea plures testes testificantur, τ deponunt, vt supra deductum fuit. Similiter etiam debet intelligi testificatio Julij de tegliaccijs, τ licet ipse deponat de die qua dicitur reuocasse testamentum, tamen ex eo non sequitur φ fuerit ante prandium, dum testamentum reuocauit, qr dies illa durauit vsq; ad occasum solis, vnde stant ista simul, φ die illa qua dicitur reuocasse testamentũ, dicatur non fuisse sane mentis, scilicet

ris, scilicet post prandium, & tamen tempore conditi testamenti fuerit sane mentis, unde non probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse. l. non hoc. C. unde legiti. & c. in praesentia. cum materia, de probationib. & ista sit prima responsio ad dicta ipsorum testium. ¶ Vel secundo potest dici si quis eorum in suo dicto vellet, quod vere testamenti tempore non esset sane mentis, quod eis non est credendum, † sed standum est septem testibus de sana mente deponentibus, cum sint plures numero per iura vulgaria, & maxime quia deponunt illud quod naturaliter in quolibet praesumitur, videlicet illum fuisse sane mentis, iuxta ea que dixit Cor. in dicto consilio. xcj. colum. fina. quarto volumi. ¶ † Vel & tertio dici posset, si qua dubitatio esset, an fuisset sane mentis, vel ne tempore testamenti, quod istud cognosci debet ex qualitate dispositionis per eum facte, ea enim adeo attendi debet, ut si ille qui communiter reputabatur furiosus fecerit testamentum rite, & recte, sicut quilibet prudentissimus paterfamilias fecisset, dicetur validum testamentum, quia praesumeretur tunc ex qualitate testamenti, quod eius tempore testator non fuerit furiosus, prout voluit Roman. in. l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. ubi etiam Pau. de castro, Alexand. & Corne. & prout ipsi allegant fuit dictum Joan. andre. in. c. fina. de succes. ab intesta. quod etiam voluit Corne. in consilio. lxix. visis nonnullis. colum. viij. primo volumi. & in consilio. ccxvj. in causa vertente. colum. penulti. in fine, tertio volumi. sed qualitas testamenti secundi, in quo proprij filij masculi, & nepotes ex uno ex eis sunt instituti talis est, ut arguat eum prudentem, & prudentiorem quam fuerit tempore primi testamenti, in quo proprios filios ab universali hereditate excluserat contra comune, & naturale votum parentum, de quo in. l. scripto. ff. unde libe. & contra. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. ergo & c. ¶ Non obstat modo secundum fundamentum, dum dicebatur in hoc secundo testamento deficere voluntatem dicti Jacobi, quoniam ex praedictis clara colligitur responsio, dico enim quod immo adfuit eius voluntas, & illud testamentum fecit, quia sic facere voluit, prout ex praedictis constat. Et licet aliquando per prius voluerit suos habere heredes filios Andree de landucijs, ut in primo testamento continetur, & per aliquos testes videtur deponi, tamen ex post mutavit opinionem, prout sibi licuit, & voluit aliter disponere, prout in secundo testamento disposuit, de quo non videtur exitandum per ea que testes deponunt. & supra dictum fuit. Et quod dicitur non praesumi mutationem voluntatis procedit in dubio, & per coniecturas, sed in proposito sumus in claro, & certo, unde non est locus coniecturis, & praesumptioni. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligati. nec est verum quod que dixit dicatur dixisse ad suggestionem alterius, & ut molestiam euitaret, quoniam illud procederet quando de sua voluntate non constaret, nisi per simplicem responsionem, ut supra dictum fuit. ¶ Nec potest dici in proposito, quod intricate, & uno verbo dicatur recessisse a priori testamento, quia immo explicite, & multis verbis illud fecit, ut ex praedictis constat, que enim poterant esse verba clariora, & magis explicita quam illa, io revoco el testamento rogato per ser Alexandro da rugumagno fatto in palazzo, certe nulla. Allegata ergo in contrarium, & dicta Cornei in dicto consilio. cccxix. primo volumi. & patrui mei Soci. in consilio. xcij. tertio volumi. procedunt in dubio, & ubi non sit clara de mutatione voluntatis constaret. Nec quicquam obstat, quod nihil reliquerit heredibus institutis in primo testamento, quia ex eo ubi claram habemus testantis voluntatem non debet talis voluntas impediri, cum in eo mutaverit opinionem, iuxta permissionem legis, ut dictum fuit in primo praesupposito. ¶ Praeterea non potest dici quod non habuerit mentem revocandi primum testamentum, ex quo dixit quod illud revocabat cum bona gratia Andree generi sui, cuius filios instituerat heredes. Et plus etiam de tali voluntate constat ex illo legato florenorum. xxx. facto Beatrici filie. d. Andree, videtur enim illud fecisse in quandam recognitionem amoris, quem ostenderat filijs Andree in primo testamento, & ut ipsum Andream, & filios eius quodammodo placaret, & quietos redderet circa revocationem primi testamenti, ex quo ni fallor euidens argumentum sumitur de mutata eius voluntate, & sic constat quod auctoritas Cornei in dicto consilio. cccxix. in versiculis illis, & maxime & c. & item paucis diebus & c. in contrarium allegatis retorqueatur, & facit pro praedicta conclusione. ¶ Nec obstat quod testator interrogante notario in fine non responderit, quia illud accidit ex impotentia, nam propter grauem infirmitatem, & superuenientiam catarri non potuit respondere, ut ipsemet notarius, & alij testes ratificantur, non autem tacuit sponte, & animo non condendi testamentum, cum iam clarissime testamentum condidisset heredes instituendo, & primum testamentum revocasset, † nec in eo tam subito praesumendum est mutatio voluntatis. l. non ad ea. & ibi glo. notat, & concordantes allegat. ff. de conditioni. & demonstrationi. ¶ Allegata autem in contrarium procedunt quando non respondit, quia noluit, nam tunc potest sumi argumentum, quod sumebatur supra, dum in contrarium arguebam, & ita proprie loquitur Paulus de castro in dicto consilio. ccclxvj. versicu. & idem dicendum est & c. Dicit enim Paulus quod ille infirmus interrogatus noluit loqui, sed revoluit se ad alteram partem, & sic non fuit impeditus respondere, sed noluit. In casu autem nostro non potuit, ut est dictum, & responsum eius non fuit necessarium in isto nuncupatiuo testamento, cum ita voluntatem suam primum testamentum revocando, & filios, & nepotes ex filio instituendo declarasset, & ita etiam potest intelligi, quod dicit Corneus in dicto consilio. cccxix. colum. penulti. versicu. item concurrit & c. licet ipse Corne. in effectu non faciat in eo praecipuum fundamentum, sed ex eo vult ostendere concurrentibus alijs pluribus indicijs, quod non erat ille testator sani, & integri intellectus, quod non est in casu nostro, cum de sana mente eius sit manifeste probatum. ¶ † Et ultra etiam dico quod praedicta consilia Pau. de cast. & Cornei, ex alio non sunt ad propositum nostrum, loquuntur enim quando de voluntate morientis scriptura non fuerat facta, & solum testator ad interrogationem alterius responderat, affirmando id de quo interrogabatur per verbum, si, vel voglio, tunc enim facile creditur non ex voluntate esse responsum, cum de ea aliter non constaret, ut per eos, & in his terminis loquitur etiam patruus meus Socinus in dicto consilio. xcij. tertio volumine. Sed in casu nostro testator proprio ore revocavit testamentum specialiter demonstrando locum, in quo erat factum, et notarium qui de eo fuerat rogatus, ex quibus resoluta mens eius in revocando ostenditur per ea que tradunt doctores in. l. si quis. in principio, de legatis tertio, & in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primo. Item etiam proprio ore nepotes ex filio, & filios instituit, ita quidem, ut de eius voluntate apertissime constet, nec possit probabiliter dubitari, sicut dubitari potest in casibus, in quibus consuluerunt Paulus de castro, Corneus, & domin. meus Socin. in consilijs praeallegatis, ut per eos. ¶ Nec demum obstat quod hec fuerint facta in ultimo vite, & per interrogationem alterius, prout considerabat Paulus de cast. in dicto consi. ccclxvj. colum. fina. Quoniam respondetur de plano, quod Jacobus in casu nostro illud fecit quando ipsum penituit prioris testamenti, et satis est mutasse voluntatem, que semper est ambulatoria, usque ad extremum vite. Et dictum Pau. de cast. posset procedere, quando de tali mutatione aliter non appareret. ¶ Et ultra dico quod immo in casu isto etiam per prius decreverat mutare, ut per aliquos testes deponitur, sed quicquid sit satis est de revocatione apertissime constare, prout ex praedictis apparet. ¶ Non obstant que tertio loco allegabantur, nam dum primo dicebatur quod defuit libera, & spontanea voluntas Jacobi, respondetur quod illud est falsum, quia immo Jacobus quicquid fecit sponte, & ex libertate animi fecit, ut ex praedictis constat. ¶ † Et aduertendum est diligenter, quia non sumus in questione, de qua per gl. in. l. iubemus. C. ad trebellianum. que solum procedit quando interrogatus solum affirmat, etenim in casu nostro explicite instituit, & testamentum iam factum revocavit, ut pluries dictum fuit. Et hoc solum sufficeret ad tollenda omnia que in primo defectu praeallegato dicebantur, omnia enim illa procedunt retentis terminis glose praedicte. Unde esto quod Jacobus fuerit interrogatus, & non a notario, sed a domino Joanne baptista auunculo illorum nepotum, licet etiam praecessisset testamentum solenne, tamen cum de explicita mente appareat, tam in institutione heredum in secundo testamento, quam etiam in revocatione primi non est de tali voluntate ulterius disputandum, ut ex praedictis constat. Et ista est vera, & clarissima responsio. ¶ Sed ultra etiam instando, & ex abundanti dico, quod immo etiam si interrogatio fieret a persona priuata, & sic non a notario adhuc procederet glo. in dicta. l. iubemus. que generaliter, & non in notario tantum loquitur, & ita doctores videntur communiter sequi, ut plene tradit Cor. in consilio septuagesimo septimo, viso. d. thomae. secunda columna, versiculo his tamen non obstantib. quarto volumine. ¶ Nec etiam obstat quod dominus Joannes baptista videatur persona suspecta, quia ex hoc non debet vitiari clara voluntas testatoris, nec ipse prohibebatur bonis verbis suadere Jacobo, ut eius nepotibus relinqueret, † quia immo quis sibimet reliqui blandis verbis procurare potest modo dolo careat, ut. l. fina. C. si quis ali. testa. probib. & l. finali. ff. eodem. tradit Bartolus in. l. lucius. §. sempronia. ff. de legatis secundo. & in terminis ita firmat Decius in dicto consilio. cccclxxxix. tertia columna,

In principio, sed domi. Joannes bap. omni dolo caruit, & propterea ipse non suadebat, sed recordabatur, & illud faciebat, quia iam per prius ipse Jacobus dixerat se velle primum testamentum revocare, prout etiam alijs dixerat, ut cõstat ex depositione testium. Et plus etiam dico quod dominus Joannes baptista nedum de nepotibus eius loquutus fuit, sed & de omnibus filijs testatoris de uxore eius, & etiam filijs Andree, & videtur bono zelo omnia dixisse, & pro salute anime testatoris, quam etiam ei recordatus fuit, & cum id quod a testatore factum fuit sit secundũ naturale, & commune votum parentum, videtur quod careat omni suspitione suggestionis. ¶ Nec etiam obstat quod precessisset solẽne testamentum, de cuius revocatione tunc ageretur, quoniam istud non debet attendi, † quia cum opinio glo. in dicta. l. iubemus. simpliciter approbetur, debet intelligi etiam si aliud testamentum precesserit, cum totum fundetur in voluntate morientis, que est secundum responsionem per eum factam, nam si voluntas talis est, sequitur quod primum testamentum remanet sine volũtate, & ita in individuo concludit, & bene defendit Decius in dicto consilio. cccclxxxix. secunda columna, versicu. secundo non obstat. ad quem me remitto. ¶ Nec obstat quod esset tunc testator graviter egrotus, quia cum de voluntate clarissime appareat, & explicite loquutus fuerit infirmitas non nocet, ut supra dictum fuit. ¶ Nec obstat quod dicebatur de notario vocato ad instantiam aliorum, quam testatoris, quoniam respondetur hoc esse falsum, quia immo fuit vocatus petẽte testatore, licet postea ut testatori morem gererent illud procurassent, & domina Laura, & dominus Joãnes baptista, & hec si recte adveratur bene probantur in processu. ¶ Sed quicquid sit circa ista, que omnia ut dixi ex abundanti dicta sint, & que procederent quando de voluntate testãtis posset dubitari, in casu nostro non sunt necessaria, cum claram, & explicitam habeamus eius voluntatem in secundo testamento, & in institutione in eo facta, & in revocatione primi per supra dicta. ¶ † Non obstat secundus defectus qui supra in contrarium allegabatur, quoniam respondetur primo quod allegata in contrarium procedunt, quando secũdum testamentum fieret inter extraneos, nam tunc illa duo, scilicet testamentaria, & specialis revocatio primi testamenti, sed quãdo secundum testamentum fuit similiter inter liberos non est necessarium, quod fiat specialis revocatio, & sufficit illud valere etiam de iure speciali favore liberorum, prout hoc ultimum supra probatum fuit, & primum voluit glo. in verbo perfecta. in. §. si quidem. in auctenti. de testam. imperfe. quam ibi, & in auctenti. hoc inter liberos. C. de testament. communiter sequuntur doctores, & utrunque dictum aperte firmat Angelus in dicto. §. si quidem. quod etiam, & multum clare voluit Romanus in consilio. cccLxxxv. in casu premisso. post principium, ubi pulchris rationibus comprobat opinionem glose preallegate. ¶ Et maxime hoc procedit quando secundum testamentum est liberis favorabilius, primo ut voluit Romanus ibi, & Barbat. in consilio. xxxij. scribitur preclare. tertia colum. primo volumi. Alexand. in preallegato consi. cv. quarto volumine, in quarta colum. versicu. secundo respondeo. Cyn. & alij in dicta auctenti. hoc inter liberos. cum concordantibus, ut ibi per Jasonem prima colum. versiculo, & pro hoc infero &c. unde cum in proposito secundum testamentum sit similiter inter liberos, & eis favorabilius, quam primum sequitur quod per illud dicatur revocatum primum, maxime quia ex quo filij Andree instituti in primo non erãt successuri ab intestato possunt reputari extranei, vel saltem non sunt tales liberi, de quibus loquitur dicta auctenti. hoc inter liberos. cum in eis cesset ratio illius auctenti. tunc enim causa testati non fovetur a causa intestati, ut est notum. ¶ Secundo etiam, & clarius respondetur, quod immo in casu nostro facta est specialis revocatio testamenti precedẽtis, cum dixerit testator se revocare testamentum conditum in palacio, & rogatum per ser Alexandrum de rugumagno, & quia super hoc neminem arbitror hesitaturum super eo ulterius non instabo. ¶ † Quantum ad tertium defectum qui videbatur maioris considerationis pro resolutione advertendum est, quia aliquando testator vult scribi testamentũ, ut postea illud legatur, & publicetur, nolens prius esse perfectum, quam ita fiat, quod forte ipse exprimit, vel colligitur ex verbis suis dilativis, & suspensivis, & tunc nisi ita fiat non valet testamentum, quia nec testator voluisse creditur, & ita procedant allegata in contrarium, sic enim loquitur tex. in dicto. §. quotiens. ut probatur ibi in versicu. exemplum preparat, & prius decedat quam testetur. verba enim illa aperte ostendunt quod fiebat preparatio, et testamentum differrebatur, & in his terminis procedat elegãs decisio domini Decij si vera est in consilio centesimo quinquagesimo nono, casus pponitur, semper enim in eo consilio nititur probare testatorem suspendisse testamentum, seu eius voluntatem, donec notarius rogaretur, ut per eum qui plurima ad probandam suam intentionem allegat, que omnia sic intelligenda sunt.

¶ Aliquando vero testator simpliciter, & resolute disponit coram testibus, & desiderat illud scribi pro maiori probatione, & notarius ad id sit intentus, & propterea scribat, ut postea legat, & a testatore noviter approbetur, & tunc si quo casu illud impediatur, voluntas tamen testatoris manifeste per testes probetur, valebit testamentum absque aliqua lectura, & approbatione, immo & sine scriptura, quia voluntas testatoris in testando nõ erat suspensa, licet vellet per notarium scribi, ita est de intentione Decij in dicto consilio centesimo quinquagesimo nono, & voluit multum signanter Corneus in dicto consilio septuagesimo septimo, columna fina. libro quarto, & Alexander in dicto consilio. cv. septimo volumine, prope finem, in versicu. non obstat id de quo notat Oldradus &c. Sed in isto casu testator resolute disposuit, nec de aliqua suspensione sue voluntatis apparet, ergo &c. & ista est pulchra, & iuridica resolutio que generaliter procedit. ¶ Potest & secundo responderi quod allegata in contrarium non procedunt in testamento inter liberos ipsorum favore, † nam regulariter valebit testamentum etiam non revocatum, nec noviter per testatorem approbatum, prout voluit Bartolus in dicto. §. quotiens. & in. l. si is qui. ubi etiam Jmola. ff. de testamentis. & Paulus de cast. in dicto. §. at cum humana fragilitas. & licet ipse dubitare videatur, hoc tamen firmat Alexander in dicto consilio centesimo quinto, columna fina. in fine, & Corneus in consilio. cccvij. videtur prima facie. septima colum. versicu. non obstant adducta in contrarium. tertio volumi. hoc idem clarissime, & audacter firmat Guido pape, in questione. cccccxxxvij. factum est testamentum in fi. † Dicit enim quod semper valebit testamentum inter liberos, ubi ostenderetur perfectum coram testibus, licet non fuisset tale testamentum per notarium recitatum, & allegat dicta Bart. in dicta. l. si is qui. ¶ Nec dicatur quod tunc videtur testamentum imperfectum ratione voluntatis, ut voluit Paulus de castro in. l. ex ea. ff. de testamentis. quia hoc negabo si quidem, cum voluntas dicatur perfecta, † dicitur illa imperfectio potius ratione solẽnitatis, quam ratione voluntatis, ut declarant doctores in locis preallegatis, maxime Alexander in dicto consilio centesimo quinto, in fine, & Corneus in dicto consil. cccvij. septima colum. & ideo merito non viciat testamentum inter liberos, iuxta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis. ¶ Posset etiam forte dici quod inter liberos valeat, aliquando testamentum imperfectum etiam ratione voluntatis, ut infra dicam. ¶ Circa quartum, & ultimum defectum supra in contrarium allegatum, quia scilicet videtur institutio incerta, respondetur, & advertendum est, quod † cum institutio per se sit facta sine partium assignatione dicuntur instituti pro portionibus equalibus, iuxta. §. sed si plures. instit. de heredibus instituendis. & l. quotiens. §. heredes. ff. eodem titu. & sic incertitudo ex non demonstratis partibus non viciat institutionem, & ita patet non obstare. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotiũ. cum similibus. Quatenus vero dicebatur incerta institutio propter non declaratum avantaggium, vel disvantaggium, & sic propter inequalitatem partium, quam testator voluit non declaratam, ut sic videatur testamentum imperfectum ratione voluntatis. Respondetur quod ex eo non debet viciari institutio altera de duabus vijs. ¶ † Prima ut dicamus partibus aliter nõ demonstratis remanere validum testamentum pro partibus equalibus, prout videtur probari in. l. secunda. in principio. ff. de heredibus instituendis. dum ibi dicitur quod si testator plures instituat ex partibus quas ascripserit, partibus nõ ascriptis erũt heredes equaliter. Jta enim videtur in proposito dicendum non declarato illo avantaggio, & disvantaggio, ut ita dicam. Et ad hoc optime faciunt. l. cum pater. §. finali. ff. de legatis secundo. & l. penult. C. de institutio. & substitutio. sub conditio. fac. † dum in eis dicitur non viciari institutionem, licet per testatorem non fuerit aliquid factum quod videbatur facere velle. ¶ Secunda via est, ut dicant filij, & nepotes Jacobi testatoris hanc incertitudinem non curare, & in eo esse concordes, quasi scientes voluntatem testatoris, et quod istud non potest allegari ad invalidandum illud secundum testamentum, & maxime quia non cõstat quod testator voluerit illam inequalitatem declarare. Potuit namque hinc cogitare quod illa post mortem suam per bonum virum poterit declarari, ut sic dicamus in eo non probari esse aliquam imperfectionem ratione voluntatis, quia forte in hoc nil ultra dicere voluit, & consequenter non obstabit. l. si is qui. cum materia. ff. de testamentis. cum similibus supra in contrarium allegatis. ¶ † Vel etiam dici potest quod licet alias

alias imperfectio voluntatis viciet, tamen aliquãdo secus est, vt patet ex iuribus paulo ante allegatis, & maxime hoc dicendum videtur in casu nostro fauore liberorum, vt voluit Abb. in. c. primo. secunda colum. de success. ab intesta. & videtur probari in. l. fina. C. famil. hercis cun. ibi, siue ceptum, nec completum &c. & ita illum tex. ponderando firmat Roman. in aucten. similiter. C. ad. l. falcid. prout illum refert, & sequitur Andre. barba. in consil. lviij. omnipotentem, & immortalem Deum. quarta colum. versicu. quin immo plus &c. quarto volumi. Ad quod facit quia sic videmus in testamento ad pias causas, vt videtur velle Bartolus in. l. i. in testamento. ff. de fideicommiss. liber. & dixit Jmola in. c. secundo. quarta, & quinta colum. versicu. sed hic queritur &c. de testament. & sequitur Barbat. in consilio. xlij. clementissimum Deum. tertia colum. versicu. nec curo intrare. quarto volumi. quod etiam voluit Abb. in dicto. c. primo. Si enim hoc fauore pie cause tolleratur, fortius fauore liberorum dici debet qui sunt pia causa fauorabiliores, vt supra dictum fuit. Super hoc tamen non facio magnum fundamentum, quia multi tenuerunt contrarium. ¶ Non obstat quod de disuantaggio predicto testes variare videantur, quia vnus dicit de Petro tantũ, alius dicit de filijs simpliciter, quoniam ex ista variatione non debet alterari principalis institutio heredum, que clare, & explicite per multos testes concorditer probatur, & maxime quia super tali re filij Jacobi cũ nepotibus non disputant, sed sunt concordes. ¶ Et preterea vbi vellemus hanc varietatem attendere diceremus, super eo nihil esse probatum, in quo est varietas, attento quod sunt tantum duo testes, qui de tali disuantaggio deponũt, & quilibet in suo dicto remanet singularis, prout in contrarium arguebatur, ita quidẽ vt dicamus reijciendum esse totum hoc, quod de tali disuantaggio dicitur, & sic remaneat institutio heredum pura, & simplex, prout ponitur in quarto capitulo apertissime, & prout in eo continetur probato.

¶ Et ex predictis constat veram esse conclusionem supra firmatam omnibus in contrarium allegatis efficaciter reiectis, videlicet quod in proposito casu secundum testamentum predicti Jacobi debet omnino preualere. ¶ Et vbi super hoc remaneret cuipiã

66 dubitatio, (lz ego ex supra dictis rem clarissimã arbitrer) adhuc idem esset concludendum, † quia in dubio debet istud testamentum preualere, in quo vocantur venientes ab intestato, argumento. l. si duobus. §. si prius. ff. de bono. poss. contra tabu. l. ij. ff. de iniusto rupto testamen. & l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testamen. & in eis dicunt doctores, & voluit Barto. in. l. prima. §. primo. versicu. secunda limitatio. ff. de bono. poss. sm tabu. tradit sequendo Bart. Dominicus de sancto Geminia. in. c. penult. columna quarta, in versicu. in fine glo. de rescrip. libro sexto, quod etiam tradit Felynus in. c. pastoralis. quinta colum. in principio, versicu. de duobus autem testamentis &c. de rescript. dum in hac materia se remittit ad dictum Geminia. in dicto. c. penultimo.

¶ Et si hoc est simpliciter fauore venientiũ ab intestato, fortius est dicendum, vt procedat fauore filiorum, ne scilicet excludantur a paterna hereditate sibi iure quodam nature debita ex communi, & naturali voto parentum, nec possum mihi persuadere iudicem tam impium reperiri, qui etiam data aliqua dubitatione vellit aduersus filios istos iudicare, presertim cum etiam secundum iuris regulas in fauorem eorũ clarissima appareat iustitia, vt ex supra deductis manifestissime constat. Laus Deo.

Soci. nepos Padue legens.

## SVMMARIVM.

¶ Testamentum precedens, vtrum & quando reuocetur per expressa verba reuocatoria, licet non dicatur, quia volo decedere intestatus, nec fiat secundum testamentum validum de rigore iuris.

1 Voluntas testatoris est perquirenda, an valeat testamentum, vel non, an sit reuocatum, vel non.
2 Voluntas semper reuocari potest.
3 Voluntas testatoris per coniecturas etiam intelligi potest.
4 Patrum naturale votum est filijs parare diuitias.
5 Testatoris assertioni quod fecit aliquid, aliqua de causa standũ est.
6 Exheredatio filij facta ex iusta causa, quãdo reuocata censeatur.
7 Heres institutus si non habet voluntatem testatoris, quia cã mutauit succedere non potest.
8 Testamentum an reuocetur, si testator dicat nolle testamentum, quod fecit valere.
9 Testamentum dicitur reuocatum, si testator corã testibus dicat, reuoco tale testamentum, & nolo illud valere.
10 Doctor cum vltima opinione per eum relata videtur transire.
11 Testamentum primum inter extraneos, an dicatur reuocatũ per sequentem voluntatem, licet inualidam fauore venientiũ ab intestato.
12 Voluntas ex actu etiam inualido cognoscitur.

## CONSILIVM CXLV

Dirigat Dominus verba mea in viã veritatis, & iustitie. ¶ Viso consilio prestantissimi Consultoris cum subscriptione excellentissimi subscribentis mihi vti fratrum maiorum, & honorandorũ requisitus de subscriptione, & approbatione, quatenus iustitia patiatur, animaduerto super duobus consistere difficultatem. ¶ Primum est, vtrum testamentum vltimum conditum per magificum virum Jacobum domini Juncte, in quo filios suos, & nepotes ex filio heredes fecerat de iure valeat, & ita per illud sit reuocatum precedens quoddam aliud testamentum per eundem factum, in quo nepotes ex filia heredes instituerat. ¶ Secundum est, posito absq veritatis preiudicio, quod vltimum illud testamentum ex defectu aliquo de rigore iuris non subsistat, vtrum precedens sit reuocatum per expressa verba reuocatoria per predictum testatorẽ prolata, de quibus in processu. ¶ Circa primum ego nihil pro nunc dicam, cũ superioribus diebus super eo reddiderim consilium meũ, in quo plenissime, & iuridice ni fallor, demonstraui predictum vltimũ testamentum de iure subsistere, & ita per illud esse reuocatum precedens, & quod tunc dixi, & consului, iterum dico, & cõsulo ad ibi dicta me remittendo. ¶ Circa secundum vero licet superfluum sit differere stante conclusione, de qua in dicto cõsilio, tamen vt consultanti etiam in eo morem geram, omnibus bene cõsideratis arbitror reuocationem precedentis testamenti omnino valere, & seruandam esse, dato milies quod secundum illud testamentum de rigore iuris non subsistat, quemadmodum etiam concludunt prefati excellentissimi Cõsultores, & quamuis per eos omnia plenissime, & doctissime discussa fuerint, ita vt nullus locus additioni relictus videatur, tamen vt rem ipsam degustasse videar, placet ex infrascriptis conclusionem ipsam verissimam ostendere, instando solum super substãtialibus, & necessarijs.

1 ¶ † Considero ergo primum, & ante omnia, quod in materia testamentaria, & vltime voluntatis, an scilicet valeat testamentum aliquod, vel non: sit reuocatum, vel non? & quo modo debeat interpretari perquirenda est testatoris mens, & voluntas, que totum facit. l. ex facto. la grande, circa medium. ff. de heredibus instituend. & primum locum tenet, & omnia regit. l. in conditionibus primum locum. in principio. ff. de conditio. & demonstratio. & propterea dicit text. in. l. prima. C. de sacrosanct. eccles. nihil magis hominibus deberi, quã vt vltime voluntatis liber sit stilus, & licitum quod non redit arbitriũ, vnica enim est legis intentio, vt suprema hominum iudicia impleantur, vt inquit Jmperator in auctenti. de iureiuran. a mor. presti. in principio collatio. v. & hoc etiam publice expedit, vt. l. vel negare. ff. quemadmodum testamen. aperian.

2 † & propterea merito statutum fuit a lege vltimam voluntatem ambulatoriam esse, vsq ad mortem, & ex arbitrio posse semper reuocari. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de donatione inter virum, & vxorem. & l. quarta. ff. de adimend. lega. & adeo quod quis in testamento non potest se obligari ad non reuocandum, & si fecerit eo non obstãte semper aperta erit sibi via ad reuocandum, vt. l. si quis. in principio testamenti cum sua materia. ff. de legatis tertio. vbi aliquando post alios dixi, & l. si mihi & tibi. §. in legatis. & ibi doctores tradunt. ff. de legatis primo.

3 ¶ † Et in tantum est attendenda voluntas testatoris, vt etiam si per coniecturas intelligi possit, sufficiat. l. cum proponebatur. ff. de leg. ij. Jlla enim quõcunq intelligatur post habito verborum rigore prolatorum, vel non prolatorũ, & stricta iuris obseruantia debet preualere, & obseruari. l. tertia. C. de liber. preter. l. quoniam indignum. C. de testamen. & l. cum virum. C. de fideicom. cum similibus. Solum itaq in proposito diligenter perquirendum est, vtrum mens, & voluntas testatoris predicti fuerit omnino testamentum illud precedens reuocare, & quare, etenim cognita eius voluntate non est dubitandum, quin debeat illa omnino seruari per predicta. Jmmo dicit Jmpator in. §. disponat. in auctenti. de nupt. collatione quarta, quod voluntas testatoris erit lex, & pro lege debet seruari. Quare omnibus in facto contingentibus recte, ac mature consideratis procul dubio arbitror predictum testatorem omnino voluisse reuocare precedens testamen-

tum,⁊ istud in fauorem filiorum,⁊ nepotum ex filio,⁊ ita eum vo
luisse ex pluribus per predictos excellentissim. Consulentes osten
sum fuit, que concludenter illud probant. ¶ Et presertim quia ex
pressis verbis,⁊ reiteratis manifeste dixit ꝙ reuocabat testamen
tum factum in palacio, de quo rogatus erat ser Alexander, ita
quidem vt non cadat dubitatio, de quo testamēto reuocando sen
serit, cum ita explicite,⁊ in indiuiduo illud demonstrauerit, ratio-
ne enim talis demonstrationis dicimur rem certam habere. l. cer
tam. ff. si certum petatur. cum similibus,⁊ sic non est opus intrare
illam questionem, quando plura testamenta precesserant quale di
catur reuocatum, de qua per doctores in. l. si quis in principio te
stamenti. ff. de legatis tertio. Et talem reuocationem fecit, quia vo
lebat filios suos,⁊ sic ab intestato venientes sibi succedere, vt pro
batur ex eo, quia in vltimo testamento quod facta tali reuocatio
ne faciebat eos instituit. ¶ Placet etiam multum illa ratio que
4 sumitur a cessante ratione illius precedentis testamenti, † in quo
parum filijs proprijs relinquerat contra naturale,⁊ commune vo
tum parentum, quod est parare diuitias filijs, vt. l. scripto. in fi. ff.
vnde libe.⁊ contra stimulum naturalis rationis, iuxta. l. cum ra-
tio. ff. de bono. damnato. Illud enim fecit prout ipse testator asse-
ruit,⁊ aliqui testes deponunt propter iram,⁊ indignationē quan
dam, quam habebat aduersus filios, licet forsitan nulla subesset
iusta causa, hec autem causa cessauit, quia cum filijs pacem fecit,
⁊ reconciliatus fuit, merito ergo cessante causa illius testamenti
illud voluit omnino reuocare,⁊ quidem filiorum fauore, quibus
vti cum eis reconciliatus relinquere voluit, prout postea expressit
filios instituendo, nulla igitur causa amplius existente non est to-
lerandum, vt iniuriam filij patiantur ex paterno testamento, iuxta.
l. non est enim.⁊ ibi nota. per Ange. ff. de inofficioso testamento.
5 †⁊ assertioni testatoris quam fecit de causa predicta standum est,
cum penderet ex animo suo. l. prima. C. de fal. causa adie. lega.⁊.
l. ex hac scriptura. ff. de donatio.⁊ ita in proposito per dicta iura,
dicit Jas. in consilio. ccxxix. testamentum istud. secunda colum. se
cundo volumine,⁊ pro hoc adde Barto. in. l. tertia. §. finali. ff. de
adimend. legat. dum vult ꝙ exheredatio filij facta ex iusta causa
censetur reuocata, si inter patrem,⁊ filium sequuta sit recōciliatio,
⁊ ita etiam post Bar. firmat,⁊ multum not. Jas. in. l. in arenam.
colum. fin. C. de inofficioso testamento. refert,⁊ sequitur Hyppo
litus de marsilijs in rubrica. ff. de fideiussori. nume. ccxx. vbi etiam
6 adducit multa similia. ¶ † Probatur etiam hec eadē voluntas,
quia ipse testator asseruit in ea consistere anime sue salutem, hoc
est ꝙ nisi reuocationem faceret,⁊ filijs relinqueret, non credebat
posse saluari, vnde cum nemo credatur immemor sue salutis per
iura vulgaria,⁊ dixit Fulgosius in consilio. xxxix. ad primum vi-
detur.⁊ anima cunctis rebus sit preponenda. c. cum infirmitas. de
peniten.⁊ remiss. c. solite. de maioritate.⁊ obedien.⁊. c. inspicimus.
duodecima questione prima, cum vulgaribus, sequitur ꝙ pro sa-
lute anime sue dicitur omnino voluisse reuocare, vt supra, prout
vere,⁊ apertissime reuocauit,⁊ quia hec virtualiter,⁊ alie quedam
per primos Consulentes deducūtur, aliter non insistam. ¶ Osten
sa ergo voluntate testatoris de reuocando, vt supra,⁊ sic ꝙ insti-
tuti in precedenti testamento non habeant, satis aperte sequitur
testamentum illud omnino euacuatum,⁊ iuribus non subsistere,
⁊ durum, immo impium arbitrarer hominem qui institutis in tali
testamento contra expressam testatoris voluntatem vellet heredi
tatem deferre per predicta,⁊ pro ista opinionione ni fallor veris-
sima est casus in. l. prima. §. penultimo. ff. si tabu. testa. nulle exta.
7 dicitur enim pro regula, † ꝙ si heres institutus non habeat volun
tatem testantis, qui eam mutauit succedere non potest, sed bona
veniunt ad venientes ab intestato, si ipse voluit intestatus dece-
dere, quod intelligo si aliud testamentum non fecit, vel aliter con
stat ꝙ fauore venientium ab intestato voluntatē mutauit. Et li-
cet in dicto. §. penultimo. ponantur exempla de incisione tabula-
rum, vel canzellatione, tamen illa non restringunt regulam, maxi
me cum ibi statim dicatur, vel qua alia ratione voluntatem muta
uit, semper enim regula procedit, quomodocunque heres non ha-
beat voluntatem testatoris, ita illum tex. in terminis nostris indu
cit,⁊ declarat Barbatia in consilio sexagesimo, illud afferam. co
lumna. xj. secundo volumi. Sed in proposito non est dubium te-
statorem mutasse opinionem,⁊ fauore venientium ab intestato,
vt ex predictis constat, ergo sequitur ꝙ instituti in primo testa-
mento non dicuntur habere amplius testantis voluntatem, meri
to sunt omnino repellendi, prout concludit Barbat. in loco pre-
allegato. ¶ Et ex predictis videtur sublatum, quod videbatur vr
8 gere de doctrina Barto. in. l. si iure. ff. de legatis tertio. † dum vult
non reuocari testamentum ex eo tantum, ꝙ quis dixerit nolle te-
stamentum quod fecit valere per. §. penultimum. institu. quibus
modis testamē. infirm.⁊ idem etiam videtur probari in. l. sanci-
mus. C. de testamentis. dum ibi cum contraria voluntate requi-
ritur cursus decēnij. Nam iura predicta,⁊ opinio Bartoli debet
intelligi quando sumus in dubio,⁊ non constat, qua ratione testa
tor dixerit se nolle primum testamentum valere, posset enim du-
bitari an fecerit fauore fisci propter indignitatem heredis scripti,
an vero fauore venientium ab intestato, an quia volebat facere
aliud testamentum,⁊ alios heredes facere, tunc enim lex in tali
dubitatione non credit eum voluisse decedere intestatum propter
fauorem cause testati, cum iam testamentum vnum fecisset, ita si
recte aduertatur colligitur ex mente Bartoli ibi,⁊ aliorum qui
eum sequuntur, licet non ita clare loquitur. Et propterea ibi di-
cit Bartolus, ꝙ si testator dixerit nolo primum testamentum va
lere, quia volo decedere intestatus ⁊c. quia tunc clare de volunta
te testantis apparet,⁊ non sumus in dubio dicitur primum testa-
mentum reuocatum, vt voluntas testantis clara seruetur,⁊ licet
Bartolus ibi dicat, id etiam fieri, quia per aditionem venientium
ab intestato confirmabitur ademptio ab instituto in primo testa-
mento, tamen illud ita potest dici etiam ꝙ testator exprimat, quia
volo decedere intestatus, modo tamen illud idem testatorem vo
luisse constare possit, ita vt venientes ab intestato dicantur habe
re voluntatem testantis, prout semper nullo valido testamēto exi
stente dicuntur habere, vt. l. conficiuntur. post principium. ff. de iu
re codicillo. Quamuis etiam illud dictum Bartoli de confirma
tione ademptionis per aditionem venientium ab intestato, repro
bet ibi Cumanus, dicens ꝙ est vna truffa, vt per eum, quē in hoc
refert,⁊ sequitur Angelus de perigli. in dicta. l. si iure. prout ve-
rum videtur, quia poterit ademptio confirmari per aditionem ve
nientium ab intestato, etiam si testator non dixerit, quia volo de-
9 cedere intestatus, vt infra dicam. ¶ † Et licet ista sufficiant ad
euitandam illam opinionem Bartoli. Tamen ad clariorem iusti
tiam conclusionis supra per nos firmate, potest dici ꝙ illa opinio
Bartoli non sit de iure vera, quoniam si quis post factum testa-
mentum dicat,⁊ solēniter coram sufficienti numero testium, ego
reuoco tale testamentum,⁊ nolo illud valere, quia voluntatē mu
taui, videtur iustum,⁊ equum testamentum esse reuocatum, etiam
si non fuerit dictum, quia volo decedere intestatus,⁊ istud vide-
tur aperte probari in dicto. §. penultimo. l. prima. ff. si tabul. testa.
nul. extra.⁊ ita istam opinionem contra Bartolum, firmat Bal-
dus in. l. sancimus. C. de testamentis. in principio, dicens ꝙ ratio
naturalis ita dictat,⁊ vere ita est, nam sicut eo modo posset testari
loquendo de testamento nuncupatiuo,⁊ sic hereditatem dare, ita
debet posse testamentum reuocare,⁊ hereditate priuare,⁊ ista pri
uatio secundum Baldum ibi transit in suum effectum, quia confir-
mabitur per aditionem venientium ab intestato, quibus creditur
in tali reuocatione voluisse prospicere, cum de alia eius volunta-
te non appareat per regulam dicte. l. conficiuntur. ff. de iure codi
cillo. Et tantum erit, ac si testator expressisset se velle decedere in-
testatum, nec videtur ꝙ in ea dubitatione, de qua supra eligatur
via cause testati, cum contra eam stet expressa voluntas testato-
ris,⁊ dicere forte volebat aliud testamentum facere, non videtur
omnino securum, quia dicam ego,⁊ forte nolebar, sed intestatus
decedere, cum si voluisset facere potuisset,⁊ satis alienum esset a
vera mente legis, ac etiam iniquitatem saperet,⁊ voto testatoris
repugnaret fauore cause testati potius conseruare testamentum
contra expressam voluntatem testatoris, quam dare venientibus ab
intestato secundum presumptam eius voluntatem, debet igitur
fieri totum contrarium,⁊ ista consideratio, ni fallor, quadrabit cui
libet sensato,⁊ rationabili intellectui,⁊ cum ista opinione Bal.
contra Bartolum videtur tenere Salycetus in dicta. l. sanci-
10 mus. cum opinione Baldi ponat vltimo loco. † Semper enim
quis videtur cum vltima opinione transire, iuxta glosam in. l. qui
filium. §. sabinus. ff. ad trebellianum.⁊ tradit Bartolus in. l. bo-
na fides. ff. depositi. Et si dicas ꝙ Salycetus ibi refert alias opi
nionem que sumitur ex glo. per eum allegata, dicam ꝙ super illa
non se firmat, sed cogitandum relinquit,⁊ sic recte intuendo Sa
lycetus, vel tenet opinio. Baldi, vel putat distinguendum, an que
ras an testamentum tollatur ipso iure,⁊ dicas ꝙ non, aut ope ex
ceptionis,⁊ tunc secus. Quod etiam seruiret in casu nostro, vt in
fra dicam vnum verbum. Hanc opinionem Bal. contra Bar-
tol. tenuit insignis doctor do. Honofrius de bartholinis Peru
sinus, prout eum refert,⁊ sequitur Jmo. in. l. si ita scriptum. §. re-
gula. in fi. ff. de liber.⁊ posthu.⁊ idem videtur tenere in. l. proxi-
me. ff. de his que in testamento delentur. Et ita etiam refert,⁊ se-
qui videtur dictum Honofrium, Angel. aretin. in. §. penultimo.
institu.

institu. quibus modis testamen. infirm. post notabilia in versicu. aduertendum est, aut saltem Areti. ibi sequitur distinctionem Salyce. modo relatam. Licet attento ꝙ vltimo loco refert Honofrium melius sit dicere, ꝙ cum eius opinio. transeat per predicta. ¶ Et ista opin. Bald. contra Barto. firmat ⁊ ex pluribus comprobat Barba. in dicto consilio. lx. secundo volumine. in secunda dubitatione per totam, maxime in colum. xiij. consilij per quem plura inuenientur ad casum nostrum contra institutos in precedēti testamento. ¶ Et inter cetera ɔtra opi. Barto. cōsiderat ꝙ illa dicitur multum captiosa testatoribus vulgaribus qui nesciūt dicere, quia volo decedere intestatus, arbitrātes id sequi reuocato testamento. ¶ Et maxime hoc procedit quando precederet testamentum nuncupatiuum quod non potest tolli per actum facti incidendo vel canzellando, put fieri potest de testamēto in scriptis. ¶ Et ibi per Barba. respondetur ad omnia iura, ⁊ rōnes Bar. ⁊ sequacium ⁊ plures pro ista opi. allegantur ad quē me remitto. ¶ Et istam opi. tenuit etiam Petr. de besu. in. d. l. si ita scriptum. §. regula. ⁊ ita eum refert ⁊ istam opi. sequitur do. Guid. pape in qō. cc. Timardus saumerij. ⁊ in consil. cxlvij. Consilium pro. R. iij. colum. versi. ad tertium dubiū. ¶ Et licet dominus Guido intelligat hoc quando interuenerunt septem testes, tamen illud dicit habito respectu ad solēnitatem de iure cōmuni regulariter requisitam, sed in casu nostro sufficerent. iij. cum tot regulariter in ciuitate Senarum sufficiant pro solēnitate testōꝝ, imo isto casu etiā duo sufficerent cum tot de iure cōmuni in testamēto inter liberos sufficiant, vt dixi in alio consilio pro conseruatione vltimi testamēti reddito. ¶ Et ex his habemus opi. istam cōtra Bart. optimis rationibus, ⁊ pluribus, ac magni ponderis auctoritatibus roboratam ita vt facile sit cuicūq; iudicaturo ab opi. Bart. recedere ⁊ presertim cum Bart. dubitatiue loquatur, quod patet dum dicit, ego dicerem sic salua veritate ⁊c, ⁊ ita etiam ponderabat Barba. in dicto consil. lx. col. xiij. ¶ Et cum totum fundamentū Barto. sit vt per aditionem venientium ab intestato ɔfirmetur ademptio facta heredi in precedenti testamento instituto, ⁊ illud eque bene continget, siue testator exprimat, ꝙ volo intestatus decedere, siue non exprimat, vt supra dictum fuit, satis audacter dici potest opi. illam Barto. non esse attendendam. ¶ Uerum vlterius considerando, dico ꝙ nos in presenti casu non sumus in predicta disputatione inter Bart. ⁊ Bal. ⁊ eorum sequaces quando quidem illa procedit, quando non venit testator, dum reuocat, ad nouum testamentum condendum, nec quicꝗ dixit de suis venientibus ab intestato. Sed si incipiat nouum condere testamentum, licet non perficiat, ⁊ sic tale testamentum, vt testamentum de iure ex aliquo defectu non valeat si contigerit in eo vocari eos qui ab intestato erant successuri, ⁊ in primo erant vocati extranei, idest non successuri ab intestato dicitur primum omnino reuocatum ⁊ venientes ab intestato ex voluntate morientis non quasi ex testamēto, sed quasi intestati voluntate muniti ad hereditatem admittenť casus est de hoc clarus, ⁊ indubitatus in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. per quem tex. ni fallor, deciditur casus noster in terminis. ¶ Et licet ibi text. requirat numerum quinq; testium tamen id est respectu numeri septem testium cōmuniter in testamentis requisitorum, vt sic pauciores eo casu sufficiant, vnde cum in ciuitate Senensi, vt dixi, cōmuniter tres sufficiāt in tali voluntate etiam tres sufficient, vel forte pauciores. Si igitur est in quolibet veniente ab intestato multo magis in proposito nostro ita dici debet cum de proprijs filijs agamus quorum fauore sufficit quodcūq; voluntatis indicium, ⁊ quomodocunq; de voluntate constet reiectis omnibus iuris ciuilis solēnitatibus, vt tradit

11 Alex. in consil. ciiij. Paucis vtar. ij. volu. ¶ † Et ꝙ si in primo testameuto sint vocati extranei dicatur reuocatum per sequentem voluntatem licet inualidam fauore venientium ab intestato firmauit Ange. de peril. in. d. §. regula Alex. in. d. consil. ciiij. ⁊ Barba. in consil. xliij. Illud in medium afferam. vj. col. ver. quinto facit. ij. volu. per quem si recte aduertatur deciditur in terminis casus noster. Idem voluit Fulgo. in consil. xli. Casus talis. colū. iiij. ¶ Hoc idem voluit Matthe. de afflic. in titu. de aliena. feu. §. ⁊ si clientulus. vj. colum. versi. item regulariter. ⁊ in hoc est omnium cōmunis opinio nemine ɔtradicente vt per docto. in. d. §. si quis autem. ⁊ in alijs locis preallegatis. ¶ Esto ergo milies ꝙ vltimū testamentum ex aliquo defectu vt testamentum non valeat, absq; tamen veritatis preiudicio, negari tamē non potest quin eos verbis tunc a testatore prolatis appareat euidenter de sua volunta-

12 te fauore filiorum, ⁊ contra institutos in primo testamento, † cum ex actu etiam inualido voluntas cognoscatur. l. fi. ff. de reb. eoꝝ. cum simi. Cum igitur in proposito fauore filiorum ad reuocationem primi testamenti non solum voluntatis indicium habeamus, sed voluntatem claram, ⁊ indubitatam non video quo modo primum testamentū possit subsistere, nisi velimus testatori de quo agitur ɔtra expressam suam voluntatē eos succedere quos ipse apertissime succedere noluit contra. d. §. pe. l. i. si tab. testa. nu. extra. ⁊ contra ea que. s. in prin. dicta fuerunt. ¶ Debent ergo instituti in primo omnino excludi, ⁊ ab eorum petitione reijci per predicta. ¶ Quod eo presertim procedit cum filij possideant, ⁊ per ɔsequēs ope exceptionis se tueantur ea via de reuocatione primi testamenti opponentes, prout videntur tenuisse Saly. in. d. l. sancimus. ⁊ Ange. are. in. d. §. pen. vt. s. dictum fuit, ⁊ etiam per alios consulentes tactum fuit. Ex predictis ergo ⁊ alijs deductis per predictos consulentes ɔcludo primum testamentum reuocatum fuisse posito milies, sed non concesso, ꝙ vltimum testamentum, vt testamentum conseruari non possit. Laus Deo.

Soci. nepos, Padue. 1536.

## CASVS

¶ Nobilis Uincentinus dñs Collatinus de princis in suo vltimo testō inter cetera voluit, ꝙ certo adueniēte casu qui postea euenit dña Camilla eius filia, ⁊ filij, ac descendentes masculi per lineam masculinam ipsius domine Camille, essent heredes, ⁊ si dicta dña Camilla, ⁊ filij sui masculi descendentes, vt supra decessérint sine filijs masculis tunc substituit pro tertia parte quendam Antoniū de princis, pro alia tertia parte quēdam Gabrielem de litolphis, ⁊ pro alia tertia parte, omnes filias dicte domine Camille dicti testatoris filie, vt latius in testamento apparet.

¶ Accidit ꝙ hereditas tota vigore predicti testamenti puenit ad dñm Collatinū filiū dicte dñe Camille post mortē eius que vltra Collatinū predictū reliqt tres filias feminas Collatinā. s. Clarā ⁊ Cassandrā quaꝝ alique nate fuerūt post mortem dicti testōris.

¶ Decessit postea domina Collatina, ⁊ dña Cassandra superstitibus eisdem quibusdam filijs ⁊ heredibus vniuersalibus.

¶ Demū decessit dñs Collatinus predictus sine liberis. Et sic venit casus ꝙ vigore predicte substitutionis bona testatoris debent pro tertia parte peruenire ad filias dicte domine Camille.

¶ Unde querit̃ vtrꝝ. d. tertia ps tota ptineat ad dñam Claram superstitem exclusis filijs predefunctaꝝ sororꝝ an vo solum pro tertia parte illius tertie partis, ⁊ alie due tertie pertineant ad filios, vel filias predictaꝝ Collatine, ⁊ Cassandre predefunctarum.

## SVMMARIVM

¶ De fideicōmisso ɔditionali an transmittatur ad filios.
¶ Et an filiorum appellatione veniant nepotes in prouisione testamentaria ipsis fauorabi.

1 Filiorum appellatione an ⁊ quando veniunt nepotes. ⁊. i. num. 7. vsq; ad nume. 15. et nume. 19.
2 Testatoris verba debent intelligi secundum communem vsum loquendi.
3 Emphyteosis acquisita pro se, ⁊ filijs nepotes non cōprehendit.
4 Fideicommissum ɔditionale pendente conditione nō trāsmittit̃.
5 Et quando ad filios transmittatur.
6 Testator potest facere vt fideicōmissum quod alias non esset trāsmissibile transmittatur, ⁊ econtra.
16 Nepotes ex filijs premortuis an a filio superstite excludantur, vide infra nume. 18.
17 Filij fratrum cum fratribus pariter ad fideicōmissum admittunt̃.
18 L. cum pater. §. hereditatem. ff. de legatis secundo. quomodo procedat.

## CONSILIVM CXLVI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Uiso testamento de quo in puncto ac facti contingentia bene cōsiderata licet preposite questionis resolutio, vt ex infra dicendis apparebit apud me sit modice dubitationis. Non tamē dubito aliquos fore qui primo aspectu arbitrentur solam dominam Claram superstitem admittendam esse exclusis penitus filijs, ⁊ filiabus predefunctarum sororum eius. ¶ Nam si bene ponderamus verba testamenti testator ad illam tertiam partem solum vocauit filias dicte dñe Camille, ex quibus solū superest dña Clara, merito vr̃ ꝙ illa sola sit admittēda.

1 ¶†Nec videtur posse dici q sub nomine filiarum dicant̃ comprehensi nepotes, aut neptes dicte domine Camille, quia hoc repugnat nature vbi filiaꝝ. alio.n. nomine filij, alio nepotes appellantur. l. quid si nepotes. ff. de testamen. tut. ꝛ institu. qui testamẽ. tuto. dar. possunt. §. fina. ¶Et maxime hoc videtur dicendum in 2 proposito, † quia verba testatoris debent intelligi ſm cõmunem vsum loquendi. l. cum delanionis. §. asinaꝫ. ff. de fundo instructo. dixit glo. ꝛ sequuntur doctores in. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de legatis tertio. cum multis que allegari possent. Inspecto autem cõmuni vsu loquendi sub nomine filij nepos non intelligitur, ergo ꝛc. ¶Et ita per hanc rationem in simili determinat Signorol. de homodeis in consilio. ccxlvij. Quidam fecit. prope finem. ꝛ bene facit pulchra decisio Saly. in. l. secunda. questione. 3 xxj. C. de iure emphy. † dum vult q emphyteosis accepta pro se ꝛ filijs non comprehendit nepotes, quod refert ꝛ sequitur ꝛ multũ not. Jas. in. l. si quis id quod. v. col. in. xij. limitatio. vbi alios cõcordantes allegat. ff. de iurisdictione omnium iudic. ¶Et quemadmodum videtur q isti nepotes, vel neptes non possint venire ex propria persona, quia vocati non videntur per predicta, ita & non debent posse venire ex persona Collatine, ꝛ Cassandre matrum ipsorum si dicerent per eas ius ꝛ spem fideicõmissi in eos, vel in eas translatam fuisse. ¶†Quia pro regula dicimus quod 4 fideicõmissum conditionale pendente conditione non transmittitur etiam ad proprios filios glo. ꝛ quam ibi omnes approbant in. l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. quicquid in cõtrarium respectu filiorum dixerit glos. in. l. is cui. ff. de actio. ꝛ obligatio. que cõmuniter reprobatur, vt ibi per Bartolũ ꝛ alios, ꝛ per Baldum ꝛ alios in dicta. l. vnica. cum ꝯcordantibus multis qui allegari possent, vt per Jaso. in consilio. cxlij. Venerabilis. prima columna, in fine. ꝛ in consilio. cciij. Vanottus de Catania. tertia columna. versiculo secundo ꝛ fortius. secundo volumine. ꝛ ista regula probatur in. l. vnica. §. sinautem aliquid sub cõditione. C. de cadu. tollen. in sui generalitate, ꝛ similiter etiam probatur in. l. si cum heres. ff. quando dies legati cedit. Cuꝫ ergo filie domine Camille per fideicõmissum vocentur ad illam tertiam partem sub cõditione, vꝫ si deficiant masculi ex domina Camilla descendentes sequitur quod predicte Collatina, ꝛ Cassandra que ea conditione pendente decesserunt ad suos filios nihil transmiserunt.

¶His tamen non obstantibus (prout vere nõ obstant) arbitror clarum ꝛ aperte iuris esse contrariuꝫ, vt scilicet isti nepotes vel neptes ad suam ratam illius tertie partis admittantur vna cum dicta domina Clara in stirpes scilicet ꝛ nõ in capita, ꝛ licet pro ista conclusione posset forte considerari, quod predicti nepotes, vel neptes domine Camille venire ꝛ admitti possint ex persona ma- 5 trum, vt sic per eas ius fideicommissi dicatur translatum, † quoniam licet glo. in dicta. l. is cui sit cõmuniter reprobata, tamen in certis casibus procedit, ꝛ defenditur, videlicet, quando de voluntate testatoris constare posset etiam per coniecturas, quod voluerit conditionale fideicommissum ad filios transmitti vt plene per Baldum in dicta. l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. ꝛ per patruum ꝛ dominum meum Socinum in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellianum. nam cum volũtas testatoris ante omnia sit attendenda. l. penulti. ff. de legatis primo. ꝛ. l. cum propo- 6 nebatur. de legatis secundo, cum similibus. † Potest testator facere vt fideicõmissuꝫ quod alias non esset transmissibile transmittatur sicut etiam potest per contrarium, vt tradit Jaso. plurima adducens in consilio. cliij. Testator habens. tertia ꝛ quarta columna, ꝛ sequen. quarto volumine. ꝛ Deci. in cõsilio. ccccclxxiij. In causa que agitur. prima colum. in fine, ꝛ seq. ꝛ ex multis coniecturis que per Bal. ꝛ dominum meum Soci. ꝛ alios in locis predictis considerantur aliqua posset forte adaptari ad casum nostrum, ꝛ posset forte dici sic testatorem voluisse, quia vocando filias domine Camille non videtur ad eas habuisse particularem affectionem nisi inquantum ꝛ ipsa domina Camilla descendebat maxime quia dicitur vocasse nedum natas tunc, sed etiam nascituras, propter illud verbum, omnes filias ꝛc. qui enim omne dicit nihil excludit. l. iulianus. in principio. de legatis tertio. ꝛ. c. si romanorum decima nona distinctione, cuꝫ similibus. ¶Et nisi hoc diceremus, domina clara predicta vocari non posset cum nata fuerit post mortem dicti testatoris, ista autem consideratio procedit etiam respectu nepotum vel neptum domine Camille cum ꝛ ipsi ab ea dicantur descẽdere, ꝛ sic cum testator videatur etiaꝫ de nepotibus habuisse considerationem videtur posse dici, q Collatina, ꝛ Cassandra, licet conditione pendente decesserint in suos filios, vel filias fideicõmissum transmiserint ex coniecturata mente testantis. Si enim de hoc fuisset interrogatus verosimiliter respondisset velle fieri transmissionem per predicta, ꝛ propterea videtur quod hoc nos interpretando dicere debeamus, iuxta vulgatam illam glo. cõmuniter approbatam in. l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis. cũ multis que ad hoc congeri possent. ¶Licet inquam predicta forte dici possent, ꝑpter que remota essent que vltimo loco in contrarium allegata fuerunt. Tamen pro nunc non intendo predictam difficultatem aliter discutere, nec in ea quicq̃ firmare, quia non est opus, cum ex alio cõclusio supra posita in fauorem istorum nepotum clarissima sit, ꝛ ſm cõmunem opinioneꝫ docto. de plano procedat vt statim demonstrabo. ¶Dico igitur istos nepotes ex propria persona esse admittendos tanquaꝫ a testatore vocatos, quoniam quando testator vocauit ad illam tertiam partem, omnes filias domine Camille, dicitur vocasse etiaꝫ nepotes vel neptes eiusdem, mediante persona filiarum que premorerentur saltem per iuris interpretationem, † sepissime enim fi- 7 liorum appellatione veniũt nepotes. l. filij appellatione. l. iusta interpretatione. ꝛ. l. liberorum. versiculo sed ꝛ papirius. ff. de verborum significatio. ¶Et quamuis in contrariuꝫ videatur. d. l. quid si nepotes de testamen. tute. cuꝫ alijs supra allegatis, ꝛ propterea articulus ipse in se, vtrum scilicet appellatione filiorum nepotes veniant, videtur valde dubius, ꝛ hinc, ꝛ inde reperiantur decisiones maioruꝫ nostrorum ſm varietatem casuum, ꝛ rationum, vt & inquit Corne. in consilio. ccxc. Tota vis. secunda columna. versicu. ꝛ licet vbi cẽnt. quarto volumine. Et pro ꝛ cõtra arguit Bal. ꝛ non resoluit in consilio. ccciiij. Ad euidẽtiam. prima columna, secũdo volumine. ꝛ multas opiniones refert, ꝛ tandem suam distinctionem ponit Signorolus in consilio. clvij In questione qua queritur. ꝛ in dicto cõsilio. ccxlvij. Tamen in proposito casu omnino tenẽda est pars affirmatiua, vt sic isti nepotes, vel neptes domine Camille dicãtur vocati vel vocate sub nomine filiaruꝫ eiusdem, nam quicquid sit in alijs casibus contingentibus (quod ad presens non intendo disputare) quando testator loquitur de filijs disponendo in eorum fauorem puta vocando eos ad fideicõmissum maxime si talis dispositio nemini sit onerosa comprehenduntur in effectu etiam nepotes sub filiorum prolatione, prout singulariter voluit Barto. in dicta. l. liberorum. secunda columna. versiculo. aut eis prouidet eos instituendo. de verboruꝫ significatio. mouetur per dictam. l. lucius titius. la secunda. ff. de heredi. institué. vt per eum. ¶Et reperio quod idem ſm Barto. voluit Jacob. butriga. in quodam suo consilio incip. Condidit testamẽtuꝫ. quod reperitur impressum inter cõsilia Bald. numero. ccclxiiij. quarto volumine. vbi valde subtiliter loquendo facit multa capita, ꝛ inter alia firmat, ꝛ concludit, quod si in testamento dicatur, bona veniant ad Titium, ꝛ eius filios. dicentur vocati etiaꝫ nepotes Titij, vt per eum, ꝛ bene seruit in casu nostro in quo primo vocata fuit domina Camilla cum masculis, ꝛ postea deficientibus masculis vocãtur filie ipsius domine Camille, idem etiaꝫ clarius voluit Bald. in consilio. ccccj. Non continentur. quarto volumi- 8 ne. † concludens quod appellatione filiorum veniunt nepotes in prouisione testatoris in qua fit mentio de filijs persone viuentis, ꝛ dispositio, seu prouisio illa fundatur, seu fit propter naturalem caritatem, ꝛ sanguinis coniunctionem, vt per cuꝫ que sine dubio cõcurrunt in casu isto. Fuit enim per testatorem facta prouisio fauore filiarum domine Camille, fuit facta mentio filiaruꝫ persone viuentis cum domina Camilla tunc viueret, ꝛ talis prouisio, sine dispositio solum fuit facta, propter naturalem caritatem, ꝛ coniunctionem sanguinis, vt de se notum est. Sic igitur dico, q Bald. ibi in terminis casum nostrum decidit. ¶Et maxime hoc dicendum est in proposito nostro, quia isti nepotes (sicut etiam filie domine Camille erant) sunt de descẽdentibus dicti testatoris, quod multum considerari debet, prout considerat Bald. in consilio. ccclxij. Opiniones. quarto volumine. Dicam ergo cum ratio eadem reperiatur in istis nepotibus domine Camille que in eius filiabus considerari potest, maxime q cũ etiam futuras filias vocauerit, vt supra dicebam circa viam transmissionis debet idem ius statui, ꝛ voluntas testatoris saltem per interpretationem tra- 9 hi etiam ad nepotes. ¶†Et quod in prouisione testatoris appellatione filiorum veniant nepotes, quando in eis est eadem ratio voluit etiam Romanus in consilio centesimo vigesimo nono. Licet magna. Idem etiam ꝛ multum ad propositum nostrum voluit Jmola in lege gallus. §. instituens. ff. de liberis et posthumis. dum vult, quod in prouisione testatoris de filijs Collat. in incertum futurum euentum sub nomine filiorum, veniunt etiam nepotes, vt per eum. Nam et in casu isto filie domine Camille sunt vocate in futurum euentum, ꝛ incertum, videlicet si defuerint descendentes masculi domine Camille, ꝛ opinionem Jmo. refert

Imol. refert ⁊ sequitur Angelus aretinus in. §. finali. tertia columna, prope finem. institu. qui testamento tutores dari possunt.

10 ¶ †Et ꝙ in proposito casu, ⁊ similibus appellatione filiorum veniant nepotes in prouisione testatoris sequendo in hoc doctrinā Barto. in dicta. l. liberorum. tenuit Petrus de anchara. in clementi. prima. secunda columna, versicu. primo casu. extra de baptism. idem etiam sequitur Antonius de butrio in. c. quibusdam. secunda columna. versiculo secundo casu. de penis. ⁊ in. c. secundo. de verborum significatio. vbi etiam idem sequitur Cardinalis in secunda questione. qui etiam idem voluit in dicta clementina prima. de baptism. columna fina. dum se remittit ad dicta per se in dicto. c. secundo. Hoc idem simpliciter sequendo Barto. in dicta. l. liberorum. pluries consulendo firmauit Alexan. vt in cōsilio nono. Visis. prima ⁊ secunda columna. vbi dicit opin. Barto. veram ⁊ cōmunem ⁊ in consilio. lxj. Super eo. secunda columna, primo volumine. in consilio quinto. Circa primum. prima columna, versiculo sed premisse. ⁊ in consilio. xxvi. Videretur fortasse. prima columna in fine, tertio volumine. ⁊ in consilio. xxxvij. Viso themate. per totum, sexto volumine. ⁊ alibi sepe. Quod etiaȝ late discutiens sequutus fuit dominus Marianus socinus auus meus in consilio. xiiij. Sequendo ordinem. in prima questione. ⁊ etiam dominus Bartholomeus eius filius patruus ⁊ dominus meus in consilio. xc. Abunde ⁊ subtiliter. prope finem. versiculo pro hoc etiam. primo volumine. ⁊ in consilio. cclix. materia presentis consultationis. prima columna, secundo volumi. ¶ Idem etiam ⁊ pluries sequutus fuit Andre. barba. vt patet per eum in consilio. x. Sapienter scribitur. quinta columna, secundo volumine. in consilio. lv. Preclare scribitur. sexta columna. versiculo ⁊ premitto. ⁊ in consilio. lxiij. Preclare scribitur. secunda columna eodem secundo volumine. ¶ Hoc idem sequitur Corne. in consilio. ccvij. De pluribus. vij. ⁊ viij. colum. ij. volumi. presertim si dispositio sit in fauorem descendentium testatoris, prout in casu nostro. ¶ Et istam opinionem sequi videtur ⁊ cōmunem asserit Jas. in dicta. l. gallus. §. instituens. quinta ⁊ sexta columna. ⁊ apertius illam firmat in consilio. lij. Joannes bartholomei. iij. columna. tertio volumi. ⁊ ibi asserit eā esse cōmuneȝ. ¶ Idem et firmat Decius in consilio. cccxcj. In casu proposito. secunda columna. ⁊ maxime quando dispositio de filijs confertur in futurum, ⁊ incertum euentum, prout etiam voluit Imo. in dicto. §. instituens, ⁊ Ange. areti. in. d. §. fina. institu. qui testa. tuto. dar. pos. ⁊ supra retuli.

¶ Eandem opinionem sequitur insignis doctor dominus Stephanus beltrandus gallus in consilio. cxcvj. Viso cōsultationis themate. in secundo quesito, secundo volumine. ⁊ etiam dominus Bartholomeus cassaneus similiter gallus in consilio. lxvij. Ad

11 primum dubium. columna octaua. numero. xxix. † vbi etiam generalius videtur loqui dicens nepotes sub filij nomine contineri quando de filio ab homine fit mentio, sed debet intelligi quando dispositio, ⁊ ipsis filijs, ⁊ nepotibus fauorabilis. ¶ Hoc ideȝ etiā approbat insignis modernus Andreas alciatus in dicta. l. liberorum. in prima specie dicens receptius esse, ⁊ sic ꝓcedere ꝺm cōmunem opinionem, ꝙ quando filijs ꝓuidetur, ⁊ in eorum fauorem disponitur sub nomine filiorum veniunt neptes, vt per eum.

¶ Quod etiam nouissime sequitur dominus Joannes antonius rubeus in consilio. viij. Presupponitur in facto. in fine. ⁊ in consilio. xxviij. Circa premissam. tertia colum. vbi concludit, ꝙ (quicquid sit quando testator filios grauat) quando illis prouidet, ⁊ in eorum fauorem disponit filiorum appellatione veniunt nepotes, ⁊ ex his constat istam opinionem esse cōmuneȝ, ⁊ ꝓpterea ab ea presertim consulendo, ⁊ iudicando non esse recedendum, licet nonnulli reperiantur aliquando contrarium tenuisse. Sic igitur remanet in proposito casu clara conclusio ꝙ filij vel filie premortuarum Collatine ⁊ Cassandre vna cum domina clara debēt admitti velut nepotes, vel neptes domine Camille comprehensi, vel comprehēse in effectu appellatione filiarum eiusdem domine Camille. ¶ Et pro ista opinione in casu isto facit pulchra ratio que

12 plurimum ⁊ precipue memouit, †naȝ semper verba testatoris sic sunt interpretanda si quo modo patiantur, vt ipse videatur se conformare cum dispositione iuris, iuxta tradita per Barto. ⁊ alios in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellianum. cū similibus. vnde sicut de iure ab intestato isti nepotes vna cum domina Clara succederent, siue inspiciamus psonaȝ testatoris qui erat eis proauus vt in. §. cum filius. institu. de heredibus que ab intestato defe. siue etiam personam Collatini vltimo loco mortui cum sit horum nepotum auunculus, vt in auctenti. cessante. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de legitimis heredibus. ⁊ ita etiam debet credi testatorem voluisse, quod erit dicendo ꝙ sub illis verbis omnes filias domine Camille ⁊ nepotes includere voluerit, ⁊ ita in proposito multum signanter arguit Areti. in consilio. cxlvj. Respondendo sum-

13 matim. prope finem. ¶ †Facit etiam quod inquit Paul. de cast. in consilio. clxxj. Presens casus. vbi vult ꝙ institutis filijs fauorabilibus filiorum appellatione nepotes veniunt, vt per eam, ⁊ si ita est in statutis fortius in testamentaria dispositione filijs fauo-

14 rabili argumento. l. in testamentis. ff. de regulis iur. ¶ †Non obstant modo allegata in contrarium quia licet verbum filij de se in stricta significatione non comprehendat nepotem, tamen bene cōprehendit per interpretationem, vt. d. l. iusta. de verborum significatio. ⁊ ista interpretatio omnino fieri debet in casu nostro ex cōiectura mente testantis per ea que dicta sunt, ⁊ ita concludunt docto. omnes preallegati pro ista opinione cōmuni. ¶ Nec obstat quod de communi vsu loquendi dictum fuit, quia illud posset procedere quando mens testatoris alia non haberetur, ⁊ subiecta materia pateretur, sed in proposito mens testantis alia presumitur, ⁊ subiecta materia, idest fauorabilis prouisio filijs aliter expostulat, vt ex predictis constat, ergo ⁊c. ¶ Et in proposito ꝙ prolatio filiorum a testatore ꝺm subiectam materiam intelligatur firmat Signoro. in consilio. clvij. In questione qua vertitur. in fine recedens ab eo quod ipse alias dixerat de cōmuni vsu loquendi,

15 vt per eum. ¶ †Non obstat decisio Salyce. in. l. secunda questione. xxj. quia illa procedit in cōtractibus, secus sit in prouisione testamentaria vt in terminis declarat Jas. in dicta. l. si quis id qd. in. xiij. questione. ⁊ in. l. pactum inter heredes. post principiuȝ. versicu. tertia differentia. ff. de pactis. Concludit enim in vtroqȝ loco ꝙ licet in contractibus filiorum appellatione non veniant nepotes vt in decisione Salyce. ⁊ similibus tamen in vltimis voluntatibus bene veniunt quod debet intelligi quando vltima voluntas, ⁊ ipsis filijs, ⁊ nepotibus fauorabilis per predicta. ¶ Ex quibus remanet conclusio in fauorem istoruȝ nepotum ꝺm quod supra eam posui ⁊ defendi. Laus Deo.

Socinus nepos Padue legens in prima sede iuris ciuilis de sero. 1536.

¶ Dubitatio quedam contra precedens consilium literis aduocati transmisse.

¶ Vidi excellentissime preceptor elegantissimum tuum consilium super difficultate emergenti ex testamento quondaȝ domini Collatini de princis in quo ⁊ docte, ⁊ ingeniose de more tuo consulisti dominaȝ Claram superstitem non excludere ab hereditate. d. quondaȝ domini Collatini filios, ⁊ filias do. Collatine ⁊ Cassandre predefunctarum, ⁊ per cōsequens tertiam parteȝ illius tertie partis dicte hereditatis spectare, ⁊ pertinere ad prefatam dominam Claram superstitem, ⁊ alie dae tertie ad filios, ⁊ filias predictarum domi. Collatine ⁊ Cassandre predefunctarū. ¶ Et quoniam patrocinium, ⁊ defensionem ipsorum nepotum suscepi, ⁊ de proximo incohandum est iudicium contra dictam dominam Claram volui prius nōnullas difficultates, que me dubiū ⁊ ancipiteȝ reddunt ad te preceptorem meum ⁊ patrem honorādum enodandas ac discutiendas scribere, qbus a te resolutis, ac lucidatis tuo felici ingenio, ⁊ auspicio ducti litem incohabimus sub spe certe, ⁊ indubitate victorie. ¶ Tota vis difficultas, ac status cause in hoc pendet ex eo quod testator substituerit omnes filias domine Camille dicti testatoris filie an appellatione filiorum veniant nepotes, vel neptes? ⁊ sic dicti nepotes, vel neptes domine Camille dicantur vocati, vel vocate sub nomine filiorum.

¶ Credo etenim licet multi multa dixerint, quod quando testator loquitur de filijs disponendo in eorum fauorem puta vocando eos ad fideicommissum si eo tempore quo venit casus fideicōmissi non extant, ⁊ supersunt filij, sed tantum nepotes appellatione filiorum comprehendantur, ⁊ veniant nepotes, ⁊ per ꝯsequēs nepotes admittantur ad fideicōmissum. ¶ Sed si tempore quo venit casus fideicōmissi supersunt filij ⁊ nepotes ex alijs filijs premortuis an appellatione filiorum veniāt nepotes ⁊ neptes, ⁊ vna cum filia superstite admittantur ad fideicōmissuȝ? valde dubito ⁊

16 subsisto, †nam ꝙ nepotes ⁊ neptes ex filijs premortuis excludātur a filio ⁊ filia superstite videtur esse casus apertus in. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ij. iuncta expositione glo. ⁊ Dy. duȝ tex. dixit cuȝ de alijs eligendi potestas non fuerit. s. superexistentes sunt tantum eligendi ⁊ non mortuoruȝ filij, ⁊ sic nepotes, vnde appellatione filioꝝ ibi existentibus filijs nō veniūt nepotes ex filijs premortuis. ¶ Quod quidem confirmatur ⁊ corroboratur per doctrinā do. Bartholo. soci. patrui tui in. l. gallus. §. instituens. in fine. ff. de liberis ⁊ posthu. qui volens euitare. d. §. hereditatem.

respondet dupliciter, & dicit quod ideo ibi appellatione filiorum non veniunt nepotes & neptes. Primo quia ibi nō dixit, filijs simpliciter, sed filijs suis. Secundo quia ibi extabāt, & supererant filij, & nepotes ex filijs premortuis, vnde cum verbum filij possit verificari in filijs primi gradus, & depositio in eis sortiatur effectum, ideo ibi non veniunt nepotes. Et ideo dominus Bartholomeus socinus tenet, quod quando extant filij & nepotes ex filio premortuo appellatione filiorum non veniunt nepotes. ¶ Et propterea cum in casu nostro extet, & supersit domina Clara filia dicte domine Camille dicendum videtur ex mente & verbis dicti do. Bartholomei soci. quod nepotes, & neptes nati ex alijs filiabus premortuis dicte domine Camille non admittantur cum prefata domina Clara, nec appellatione filiorum comprehendantur. ¶ Reperij quoque post dictum dominum Bartholomeum soci. hoc idem voluisse, & tenuisse domi. Jasonem in dicto. §. instituens. in. vj. colum. ibi, istam solutionem sequitur domi. Alex. ¶ Et in indiuiduo mihi videtur consuluisse Corn. in pluribus locis, & maxime in cō silio. cxxxj. in tertio volumi. & in consilio. clxxxij. incip. Videtur. & in consilio. ccvij. incip. de pluribus. in secunda parte. ¶ Hec sunt obiecta & contraria que apparent limitare omnes auctoritates per te adductas in elegantissimo tuo consilio, ideo me cogitabundum & dubium reddunt. quibus a te, tanquam a delphico oraculo legalem responsionem expecto, & ea habita statim dicta litem contra prefatam dominam Claram mouebimus. Reliquum est vt me tibi deditissimum vt soles ames, & Alexandro filio meo mihi vti fratri dilectissimo nomine meo salutem dicas, & bene valeas.

Hieronymus prioratus vti filius, & seruus scripsit.

¶ Responsio ad prefatam dubitationem.

¶ Excellentissime domine Hieronyme tanquam frater honorāde, vidi dubium per tuam excellentiam subtiliter excogitatum contra consilium meum, & licet primo aspectu videatur vrgere. Tamen eo non obstante arbitror veram esse conclusionem per me in consilio firmatam quicquid videatur velle patruus meus, & Jas. in. l. gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthumis. dum tuendo Jmo. circa intellectum. l. lutius. la secunda. ff. de heredi. instituen. respō det ad. l. cum pater. §. hereditatem. el primo. ff. de legatis secūdo. Nam in eo quod volunt non venire nepotes appellatione filiorum in dispositione testamentaria, quando supersunt filij, non videntur bene loqui presertim si eorum dictum velimus trahere ad casum nostrum, cum regula sit generalis in contrarium, vt in consilio dixi. Et si recte aduertantur auctoritates per me allegate inuenietur quod alique loquuntur etiā quando aliqui filij extabant cum quibus premortuorum filij, & sic nepotes vocantur, & maxime Alexan. in consilio. xxvj. Videretur fortasse. tertio volumine. ¶ Et pro conclusione nostra facit glo. magis cōmuniter approbata in. l. cum ita. §. fina. in glo. penulti. ff. de legatis secūdo. † dum vult prout docto. declarant quod filij fratrum cum fratribus pariter ad fideicōmissum admittantur. Et licet Bald. & quidam alij id negent. Tamen opinio glo. magis cōmuniter recipitur presertim quando agitur de successione eius cui ab intestato pariter proximior, & remotior succederent, prout excellentia tua bene nouit.

18 ¶ † Non obstat. d. §. hereditatem qui vere nihil facit, nec etiam glos. ibi recte intellecta ita voluit. Questio enim erat ibi vtrum heredes premortuorum (de heredibus simpliciter loquendo) representantes personam sui auctoris debeant admitti ad partē, & determinatur, quod non, quia mortui non sunt considerandi cum eligi non potuissent, & spes illa fideicommissi in heredes pendente conditione non fuerit transmissa per iura vulgaria, & hoc voluit ibi glosa si bene aduertatur, & ita declarat ibi Cumanus.

¶ Sed si superesset aliquis filius premortuorum, & sic nepos grauati quod non habeat partem ibi non probatur, solum enim dicitur, quod ex his qui eligi poterant superuiuētes admittantur, vnde dicam quod etiam ille nepos debeat admitti cum eligi posset, nam cum deberet filijs restituere, & ex his cui voluisset, & alias filiorum appellatione veniant nepotes poterant etiam nepotes eligi, ergo &c. ¶ Et hoc forte voluit Corneus in consilio ducentesimo septimo, septima columna, secundo volumine. dum dicit, quod dictus. §. hereditatem. cum glo. nihil penitus facit, nec magnifacio allegata consilia Cornei, nam primo illud centesimo trigesimo primo, tertio volumine. potest euitare, quia Corneus ibi de illo dicto videtur dubitare in versiculo sed si vera est, &c. & facit fundamentū sue ɔclusionis in eo quod relictum de quo ibi ad filiā & nepotes illius Laurentij non peruenisset ab intestato vt per eam. Contrarium est in casu nostro, quia filij premortuorum cum superstite domina Clara simul euenissent ab intestato, siue inspiciamus personam testatoris, siue filie eius domine Camille, siue etiam vltimo decedentes domini Collatini, vt tua excellentia notum est. ¶ Similiter dico de consilio centesimo octuagesimo secūdo, secūdo volumine. nam Corneus ibi illud non firmat, & dicit se noluisse subscribere, vt per eum in versiculo posset etiam attentari, & fundat conclusionem in multis cōiecturis ex quibus in casu suo concludit, quod appellatione filiorum non veniunt nepotes, seu quod filij cuiusdam Euangeliste, de quibus excludendis agitur non erant vocati. ¶ Ad illud autem quod dixit Corneus in dicto cō silio ducentesimoseptimo, mihi colū. viij in principio. dum refert distinctionem Jmole in dicto. §. instituens, † potest dici quod procedit quando reperitur filius, scilicet pater nepotis, quia tunc verum est quod appellatione filij non veniet nepos ille, vt cum filio succedat, quia sic est verosimilis mens testatoris, & in his terminis videtur loqui Jmola per Corneum allegatus, non sic ergo erit quando extaret filius, & premortui filij nepos, prout est casus noster, in quo omnis ratio, & verosimilis mens testatoris expostulare, videtur, vt simul admittantur vt in consilio dictum fuit.

¶ Hec pauca placuit tumultuarie, & cursim scribere pro resolutione dubitationis ab excellentia tua subtiliter excitate.

¶ Et vbi pleniori studio vti in re hac potuissem fortasse plenius tue excellentie satisfecissem, cetera tamen ipsa per se supplebit cui me plurimum commendo & bene valeat. Padue die. 20. Octobris. 1536.

Excellentie tue vti frater Marianus socinus.

¶ Et secundum prescriptum consilium fuit iudicatum Vincentie. 19. Januarij. 1538. per Magnificum & excellentissimum iurisconsultum dominum Hieronymum de doctoribus ibi vicarium, prout pars eadem die ad me scripsit.

## CASVS

¶ Dominus Baptista de la Raffa ciuis Mantuanus Bartholomeo vni ex filijs iure institutionis in suo pretenso testamento reliquit ducatos ducentos, alios vero quinque filios masculos vniuersales heredes instituit, & dum vellet perficere testamentum, & aliqua addere, forte clausulam codicillarem superueniente catarro obmutuit, & statim decessit antequam dictum suum testamentum scriberetur, aut perficeretur, & sic tale testamentum non fuit per notarium publicatum, aut lectum coram testibus.

¶ Sed notarius ei, quod scripserat dictante testatore, ipso iam mortuo addidit ista verba, videlicet, & dum ipse testator vellet procedere circa clausulas codicillares morte preuentus ob quendam catarrum precipitantem, a quo suffocatus immediate fuit, progredi vlterius non potuit. Bartholomeus predictus, qui tunc non erat cum patre, immo per aliqua tempora seorsum ab eo habitauerat. Audito tenore testamenti paterni respectu vniuersalis institutionis fratrum, & sue particularis de. cc. ducatis, tam ex aliquorum relatione, quam etiam ex publica voce tenens pro firmo testamentum valere, quia quod in fine acciderat nunquam nouit vltra non quesiuit, immo nec ducatos. cc. petijt.

¶ Quo postea mortuo filij eius, videlicet dominus Pyrrhus, et dominus Baptista, minores tamen vigintiquinque annorum in pluribus vicibus acceperunt dictos ducatos ducentos existentes in eo errore, & illa opinione, quod testamentum predictum valeret, & in tali receptione meminerunt de ipso testamento quatenus, scilicet in eo erant relicti predicti. cc. ducati prefato Bartholomeo eorum patri.

¶ Nunc dominus Pyrrhus, qui ex eis, solus superest habēs nouiter notitiam omnium, que de testatore contigerunt, & de verbis per notarium in fine appositis pretendit ex persona patris eius, et vt eius filius, & heres ratam suam cum alijs filijs predicti testatoris, tanquam ab intestato decedentis consequi in ea tamen computando ducatos ducentos predictos, & de hoc mouit iudicium de anno. 1532.

¶ In quo per reos conuentos, & per eum multa hincinde allegata, & producta fuerunt, & testes plures examinati, & inter ceteros examinatus fuit vnus ex testibus testamentarijs, qui solus viuus reperiebatur, qui inter cetera deponit, quod dum predictus dominus Baptista conderet testamentum, & dum. q. dominus Franciscus de gablonetis, notarius scriberet predictum testamentū ipse domi. Baptista decessit antequam prefatum testamentum in totum esset scriptum, & sic quod aliter non fuit publicatum.

¶ Istis sic stantibus queritur quid iuris.

Summarium.

## SVMMARIVM

¶ De testamento imperfecto an & quando valeat inter liberos, & vtrum acceptans relicta sibi in testamento possit contra illud venire, & quando.

1 Filius sufficit quod iure institutionis vocatus sit, et si in legitima est grauatus eius supplementum petere potest.
2 Institutus in rebus certis in multis loco legatarij habetur.
3 Clausula codicillaris in testamēto inter liberos semper intelligit.
4 Clausula codicillaris si sit omissa tamen eius effectus qui importat fideicōmissum non impeditur.
5 Fideicommissum solo nutu relinqui potest.
6 Testamentum conditum inter liberos valet etiam si sit ratione voluntatis imperfectum.
7 L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. quō procedat.
8 Testamentum imperfectum regulariter dicitur nullum etiam si in eo aliquid Imperatori relinquatur.
9 Testator dicitur potius cepisse testari quam testatum fuisse si non dixerit omnia que volebat.
10 Lex ita de notario confidit sicut de instrumento.
11 Notario asserenti ea que interuenire potuerunt tempore conditi instrumenti creditur, nisi contrarium probetur.
12 Notario spectat aduertere ad qualitatem persone testatoris, & an aliqua in eo acciderent per que testamentum impediretur.
13 In notario assertio falsitatis non presumitur.
14 Notario an credi debeat si id quod asserit non percipitur sensu corporis.
15 Testamentum vt dicatur perfectum que requirantur.
16 Testamentum vires capit a puncto vltimo secundum designationem testatoris.
17 Testis vnus de necessarijs testamenti facit vacillare eius effectū.
18 Instrumentum vim duorum testium habet.
19 Testamentum dicitur imperfectum si in eo non reperit in fine scriptum actum & conditum, nec valet nec potest publicari.
20 Clausula codicillaris quā ad validitatem testamenti sit necessaria.
21 Voluntatis testatoris designatio dicitur pars integralis illius testamenti.
22 Testamentum non valet si testator pereat non facto legato quod designauerat, licet in ceteris suam perfectionem habuerit. & infra numero. 26.
23 Clausula codicillaris varijs modis, & vario effectu cōcipi potest.
24 Fideicommissum quando nutu dicatur relinqui.
25 Testatori non sufficit aliquid velle nisi disponat.
27 L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. quando locum non habeat.
28 Nil dicitur actum quando aliquid deest ad agendum.
Forma essentialis testamenti cōsistit in puncto indiuisibili, & in vltimis verbis concluditur.
29 Vtile per inutile vitiari non debet ratione indiuiduitatis.
30 Testamentum non valet si pater nominat filios heredes, & si antequam compleat impediatur.
31 Solēnitas iuris ciuilis inter liberos relaxatur.
Limita vt. i. nume. 35.
32 Voluntas vbi non completur dicitur potius cepisse testari, quam testamentum fecisse.
33 Intellectus ad. l. fina. C. famil. hercis.cun.
34 Solēnitas in testamento quare requiratur.
35 Inequalitas inter liberos in testamento facta inducit suspitionem falsitatis.
36 Testamentum imperfectum inter liberos factum quare valeat.
37 Filius in testamento patris sibi hereditatem patris ascribens in penam falsi non incidit.
38 Lex laborat vt equalitas inter filios seruetur.
39 Pater ex pluribus filijs non debet facere vnum bastardum, et alium legitimum.
40 Testamentum secundum non valet in quo vnus filius est pteritus.
41 Priuilegia concessa testamento paterno inter liberos condito, quomodo intelligantur.
42 Testamentum factum coram minori numero testium valet si in ea venientes ab intestato sunt instituti, quomodo hoc pcedat.
43 Verbum quasi quod verbum sit.
44 Hereditas filijs dicitur debita.
45 Lesio supra dimidiam imodica reputatur.
46 Iuri quod quis sibi ignorat competere non dicitur renunciare.
Mulier adiens ex testamento quod valere putabat legitimam hereditatem repudiare non videtur.
47 Consensui nil est tam contrarium, quam error.
48 Minoribus iura facilius subueniunt.

## CONSILIVM CXLVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. ¶ Diligenter inspectis, ac mature consideratis omnibus, que in puncto predicto narrantur pro vera resolutione presentis consultationis duo veniunt principaliter discutienda. ¶ Primo, vtrum valuerit pretensum testamentum domi. Baptiste della rassa, an vero dicatur decessisse intestatus. ¶ Secūdo posito quod intestatus vere decesserit, vtrum dño Pyrrho predicto, nunc petenti, vt petit obstet aliqua exceptio, propter illam acceptationem, & actualem receptionem dictorum ducatorum ducentorum. ¶ Circa primum videtur prima fronte testamentum illud iure valere, & sic quod domi. Baptista non intestatus, sed testatus decesserit. Non enim in eo testamento cognoscitur defectus presertim in substantialibus eius, videlicet circa filiorum institutionem, aut preteritionem, omnes heredes instituit ita vt nullus possit vti preteritus dicere testamentum nullum, aut contra illud venire per bonorum possessionem contra tabulas, iuxta. l. inter cetera. ff. de libe. & posthumis. & institu. de exhereda. liber. in principio. cum similibus. ¶ 1 † Nec refert quod Bartholomeus non fuerit equaliter cum alijs fratribus vniuersaliter institutus, sed in certa quantitate, quia satis est, quod iure institutionis fuerit vocatus, & si quantitas illa non sufficeret ad eius legitimam iure nature debitam non tamen impugnatur testamentum, sed agi posset pro parte eius ad supplementum legitime predicte, vt in aucten. vt cum. de appellatio. cognosc. §. aliud quoque capitulum. & §. ceterum. colum. viij. & est tex. in. l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. cum similibus. ¶ 2 † Et licet alias institutus in rebus certis in multis habeatur loco legatarij. l. quotiens. C. de heredi. instituen. tamen quo ad testamentum patris inualidandum, vel ne dicitur heres, & vt talis non potest contra testamentum venire, vt per docto. plene in. d. l. quotiens. ¶ Nec videtur obstare quod testator morte preuentus non potuerit testamentum perficere, seu vt dicit notarius apponere clausulas codicillares. Quoniam videtur responderi posse. ¶ Primo quod clausula codicillaris non dicitur necessaria in testamento etenim absque ea testamentum optimo iure valere potest si aliud non obstet, vt est plusquam notissimum. Merito ergo omissio non videtur vitiare testamentum. ¶ Secundo etiam responderi potest, quod licet sit obmissa quo ad verba, quia scilicet non reperitur expressim facta, tamē virtualiter, & ex legis in- 3 terpretatione non dicitur obmissa, † nam in testamento inter liberos per patrem facto semper intelligitur clausula codicillaris, vt voluit glo. in ver. valuit. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupillari. & ita docto. cōmuniter sequuntur vt ibi per Iaso. colū. fina. & tradit Curt. senior in consil. lxxv. Dominus Ludouicus. vij. colum. in fine. versi. & plus quia in testamento patris. ¶ 4 † Tertio videtur posse responderi quia esto, quod fuerit obmissa dicta clausula, tamen eius effectus non impeditur, nam si constat quod illam testator apponere voluit, constat quod voluit facere fideicōmissum cum talis clausula fideicōmissum importet. l. si. C. de codicill. & declarat Barto. in. l. fina. C. de iure codicil. quo posito dicendum vide- 5 tur fideicōmissum omnino deberi, † cum illud solo nutu relinqui possit. l. nutu. ff. de legatis tertio. & in fideicōmissis sufficit habere testatoris presumptam, & coniecturatam voluntatem. l. pen. ff. de legatis. i. l. cum proponebatur. de legatis secundo. & ibi per docto. & l. quisquis. ff. de verborum significatio. cum similibus.

¶ Preterea & quarto videtur posse responderi, quia esto quod omnino, & cum effectu fuerit dicta clausula obmissa, & sic sine ea testa- 6 mentum dicatur esse imperfectum. † Tamen testamentum conditum inter liberos valet, & seruari debet etiam quod fuerit imperfectum, vt est text. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis. & in. l. fina. C. famil. hercilcunde. ibi, siue inceptum neque impletum testamentum &c. & adeo videtur hoc verū, vt procedat etiam si testamentum sit imperfectū ratione voluntatis, vt voluit Roma. in aucten. similiter. xx. colum. versicu. decima octaua. C. ad legem falcidiā. dicens de eo videri casum in dicta. l. fina. & ita eum refert & videtur sequi Andre. barba. in consil. lviij. Omnipotentem, & imortalem Deum. iiij. colum. versic. quinimo plus. iiij. volumi. & videtur sic firmare Abb. in capitulo pmo. secunda colum. de successio. ab intestato. Quecunque igitur imperfectio considereretur fuisse in casu isto non debet impedire quin disposita in

testamento inter liberos seruentur. ¶ Nec videtur obstare si dicat predicta non procedere, quando filij sunt inequaliter instituti, vt quidam voluerunt de quibus infra. Quoniam videtur ꝙ immo procedant simpliciter quomodocunqꝫ testamentum inter filios sit ordinatum etiam illis inequaliter institutis alioquin prouisio.d.§.ex imperfecto.videretur frustratoria, quia si semper deberent equaliter institui iam non esset opus testamento, sed ita ab intestato succederent, scilicet quisqꝫ filiorum pro sua virili, ꝛ ita per istam rationem voluit ibi Pau.de castr. in versicu.dicet aliquis. ꝛ ibi hoc idem voluit Riminal.ij.colum. versicu. nec videtur illa

7 fuisse sufficiens ratio ꝛc. †Qui etiam plus voluit, vt scilicet dispositio.d.§.ex imperfecto.procedat etiam si vnus ex filijs exheredetur alijs institutis, quod etiam voluit ibi Corne.in.iij.colum. versicu.nec videtur ꝙ ite tex.loquatur ꝛc. motus propter generalitatem illius text. ¶ Et quod inequalitas institutorum non tollat dispositionem.d.§.ex imperfecto.videtur de intentione Alexan. in dicta.l.hac consultissima.§.si quis autem.colum.fi.versi.ꝛ considera dicta verba Rapha.cuma.ꝛc.C.de testamen. licet ibi non de filijs, sed de venientibus ab intestato generaliter loquatur. Hec sunt, que pro conseruatione pretensi testamenti ꝯtra predictuꝫ dominum Pyrrhum facere primo aspectu videbantur. ¶ Sed tamen eis minime obstantibus, prout vere non obstant, contrariaꝫ opinionem de iure arbitror veriorem, vt scilicet preallegatum testamentum viribus non subsistat, ꝛ seruandum non sit, ꝛ ꝯsequenter ꝙ ipse dominus Baptista dicatur intestatus decessisse. ¶ Et huius conclusionis solidissimum est fundamentum, quia tale pre-

8 tensum testamentum non habuit suam perfectionem, †testamentum autem imperfectum regulariter, ꝛ sine dubio aliquo dicitur nullum, vt inquit text.in.§.ex eo.in fi.institu.quibus modis testa. infir.ꝛ ibi glo.nota.cum simi.ꝛ adeo verum est hoc, vt procedat etiam respectu eorum, que in testamento imperfecto Imperatori relinquuntur, nam nec ipsa ſm iuris regulas peti possunt, cum nec in eis testamentum imperfectum sit obseruandum, vt.l.ex imperfecto.ff.de lega.iij.ꝛ.l.iij.C.de testamen.cum simili. ꝛ quia hoc est plusqꝫ notissimum non puto super eo vlterius insistendum. ¶ Illud autem ꝙ allegatum testamentum perfectioneꝫ non receperit, sed dicatur imperfectum manifeste ꝯstat ex narratis supra in puncto, ꝛ ex ipsa lectura testamenti cum in fine eius notarius asserat, ꝙ testator morte preuentus non potuit vlterius progredi, prout

9 volebat. †Cum igitur testator non dixerit omnia, que volebat dicitur potius cepisse testari, qꝫ testatus fuisse, ꝛ ideo etiam que dixit, ꝛ scripta sunt de iure velut inualida seruari non debent casus est in.l.si is qui.ꝛ ibi tradunt omnes docto.ff.de testamen. ꝛ in.l. ex ea scriptura.eodem titu.ꝛ in.l.furiosum.C.qui testamen.face. possunt.ꝛ ibi glo.nota.dicendo, ꝙ nihil facere videtur, qui partem indiuidui, ꝛ non totum fecit vt per eum. ¶ Nec in proposito conuenit dubitare de veritate predicte imperfectionis, quoniam cum illam asserat notarius, cui tota substantia veritatis circa testamentum erat cómissa credi debet ita esse, prout per eum asse-

10 rit, †cum in instrumento ita lex de notario cõfidat, vt pro ipso instrumento, ꝛ attestationibus in eo factis semp presumat, iuxta.l. cum precibus.cum ibi traditis per glo.ꝛ docto.C.de proba. cum concor.vt per Alex.in consil.cxxv. Visis ꝛ consideratis.vij.col. versi.nec obst.i.volu.repetito. in.iij.volu.nu.liij. ꝛ per eundem in consil.lxxxix.Omissis.in fi.vij.volu.ꝛ per Corne.in consil.cliij. Licet in themate.post prin.iij.vol.ꝛ in cõsil.cclxj.de duobus.iiij.

11 colum.iiij.volu. ¶ †Facit quia notario asserenti ea, que interuenire potuerunt tempore conditi instrumenti creditur, ꝛ talis assertio probat nisi contrarium probetur, iuxta glos.in.l.i.C.de fide instrumen.ꝛ iure haste fisca.lib.x.ꝛ ibi per doct.cum concordan. vt scribit Alex.in consil.xxxviij.Consideratis verbis.post prin.iiij. volu. Unde cum in casu isto tempore ꝯditi testamenti de quo agitur euenire potuerit, put vere euenit, ꝙ testator morte preuentus non perfecerit testamentum debet notario ita asserenti credi.

12 ¶ †Et maxime quia ad officium eius spectabat bene aduertere ad qualitatem persone testatoris, ꝛ an aliqua in eo accideret, per que testamentuꝫ, seu validitas eius impediretur, prout signanter declarat Corn.in consilio.liij.In hac.iiij.colum.iiij.volum. Unde cum hoc, an scilicet testamentum fuerit absolutum, ꝛ perfectũ, an vero ex aliquo accidenti impeditum spectet ad notarium debet in hoc ei credi vt ibi, ꝛ declarat insignis doc.do. Ant.de prato vete.in consilio suo incipiente. Non puto hunc notarium. colum.fina.prope finem.quod reperitur inter consilia Alexan. numero.lxxij.in primo volumi. ¶ Et presertim huic notario credi debet cum semper habitus, ꝛ reputatus fuerit publice, ꝛ ab om-

13 nibus pro legali, ꝛ fidelissimo. †In eo enim nullo modo debet presumi assertio falsitatis argumento.l.merito.ff.pro socio.cum similibus.vt per Corne.in dicto consilio.cclxj.iiij.colum.versicu. his

14 tamen non obst.quarto volumi. ¶ Nec dicat, †ꝙ illud quod notarius asserit non percipitur sensu corporeo visus, vel auditus, ꝛ propterea sibi credi non debeat, iuxta notata per Joan.andre. in additio.Specu.in titu. de instrumen.editio.§.restat. versicu. sed quero.ꝛ tradit Bald.post Nico.de mattarel. in rubri.C.de fide instrumen. Quoniam primo potest dici illud esse falsum, quia immo notarius, quod asserit sensu visus percepit, vidit enim testatori superuenisse mortem, ꝛ eum impeditum fuisse testamentuꝫ perficere, nec amplius eum loqui audiuit, sed mori vidit. ¶ Sed ꝛ secundo dici potest, quod predicta doctrina procedit quo ad ea, de quibus principaliter celebratur instrumentum, secus videtur quo ad circunstantias, ꝛ tunc accidentia in persona testatoris ex quibus sumitur validitas, vel inualiditas testamenti, vel alterius actus, qui celebratur, vt notabiliter declarat Corne. in dicto consilio.liij.quarta colum.prope finem. ¶ Et si dicatur ꝙ notarius videtur diuinare dicendo, quod volebat apponere clausulas codicillares, ꝛ illud ei non poterat esse notum, cum testator obmutuerit. Respondetur ꝙ immo poterat testator predixisse ante superuenientem catarrum, ꝙ volebat ponere dictam clausulam, ꝛ facile ita credi potest dicendo, ꝙ dum cogitabat qualiter eas apponere volebat superuenit impedimentum, varie enim clausula codicillaris apponi potest sup quo poterat cogitare, vt.j.dicet. ¶ Preterea licet notarius sic dicat de clausula codicillari potuit tamen testator aliquid aliud velle facere, puta aliquas substitutiones, prout solent testatores facere post institutionem heredum, ꝛ satis est, quod notarius dicat, quod ille morte preuentus non potuit vlterius progredi, ꝛ sic appareat testamentuꝫ non fuisse perfectũ. ¶ Et hoc idem constat ex depositione magistri Matthei de Lubiana testis testamentarij, qui attestatur testatorem superuenienti morbo decessisse anteqꝫ testamentum esset in totum scriptum, ꝛ ꝙ testamentum non fuit aliter publicatuꝫ, ex quo manifesta colligit testamenti imperfectio, tum qꝛ non fuit totaliter scriptum, hoc est dicere, qꝛ testator non potuit dictare, nec notarius

15 scribere, quod faciendum restabat, †tum etiam qꝛ non fuit publicatum, hoc est per notarium lectum coram testatore, ꝛ testibus, ꝛ per testatorem acceptatum, ꝛ approbatum, seu ꝯfirmatum, etenĩꝫ omnia ista requiruntur, ꝛ tunc ab ipsa confirmatione testamentũ dicitur perfectum, vt.l.fideicómissa.§.quotiens.ff.de legat.iij. secundum intellectum, ꝛ declarationem glo.ibi, quam Bart. ꝛ alij sequuntur, ꝛ ita voluit Guido pape in consil.ccliij. Non valuit.

16 in prin.ꝛ alias testamentum tanqꝫ imperfectum non valet, †testamentum enim capit vires ab vltimo puncto ſm designationem testatoris ſm Bald.in dicta.l.si is qui.ff.de testamẽ.refert ꝛ sequitur dominus meus Socinus in rubrica.ff.de legatis primo. ꝛ in consilio.lxij. In causa domini Antonij.ij.colum.iij.volu. Unde cum hic non fuerint omnia dicta, que testator designabat testamẽtum velut imperfectum non valet. ¶ Et maxime hoc dicendum est in casu isto quoniam nõ potest per expressam depositionẽ aliorum testium adhibitoruꝫ ad testamentũ voluntas testatoris probari, cum solus iste viuat, qui imperfectionem deponit, ita enim ꝛ multum notabiliter voluit Corne.in consil.lxxvij. Viso dicto themate.col.fina.iiij.volu.ꝛ Alex.in consil.cv.Super his.prope finem.versi.non obst.id.vij.volumi. ¶ Et licet predicta solum per vnum testem deponantur, tamen ex quo est testis testamentarius, ꝛ de necessarijs debet illi credi aduersus testamenti validitatem,

17 seu perfectionem, ꝛ vt non sortiatur effectum, †qꝛ etiam vnus testis de necessarijs facit vacillare effectum instrumenti, iuxta dicta per Barto. in.l.prima.§.si quis neget.ff.quemadmo. testamen. aperian. ¶ Et maxime cum non reperiantur testes, contrarium asserentes, vt dixi, ꝛ dictum eius concordet in effectu circa testamenti imperfectionem cum assertione notarij in publico instru-

18 mento, †quod solet habere vim duorum testium, vt per Bart.in d.§.si quis neget.colum.fi.ꝛ tradit Anto.de but. in.c.tertio loco.ij.colum.in fi.versi. ad secundum quot debeant esse testes. de probatio. ¶ Demuꝫ inualiditas asserti testamenti ratione imperfectionis constat ex eo, qꝛ in scriptura notarij non reperitur in fine scriptum, vti fieri conuenit, actum ꝛ conditũ fuit dictum testamentum ꝛc. propter quod non presumitur lectum, ꝛ publicatum

19 coram testibus, ꝛ testatore, †ꝛ sic tanquam imperfectum non debet valere, nec potest per aliquem publicari, vt egregie declarat Paul.de castro in dicta.l.si is qui. versicu. ex his apparet quid iuris si inter abbreuiaturas, ꝛc. post Baldum per eum allegatum per quam doctrinam si bene ponderetur habemus claram decisionem istius consultationis.

¶ Non

auctenti.de heredi.ab intesta.veni.post principium,colum.viij. ⁊ in auctenti.ex successione.C.de suis,⁊ legitimis.vnde credendum est sic dn̄m Alexandrum voluisse,cum sic predictis legibus conueniat.†Quilibet enim creditur velle quod leges volunt, ⁊ cum illis suam voluntatem conformare, vt inquit Bald. in.l.prima. quinta colum.C.de sacrosanct.eccles.tradunt Bartol.⁊ alij in.l. heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebellianum.Alexand.in consil.lij. circa hanc dubitationem.septima colum.in fi.versic. preterea ad duco.quarto volumi.⁊ insignis doctor Vincen.paleot.inter con silia Alexan.nume.liiij.viso puncto.colum. fina. in princi. quarto volumi.cum infinitis cócordantibus qui allegari possent,⁊ ita in terminis nostris Socin.in dicto consi.cv.septima colum. versicu.nec hoc inuerosimile est. ⁊ plus est in casu nostro, quia vltra presumptam voluntatem aderat expressa dn̄i Alexandri dispositio,cum in testaméto iam filie essent heredes institute,⁊ licet testamentum iam per annos plures esset factum,tamen vires suas conseruauit,cum non reperiatur mutatum,quinimmo fuit confirmatum per ipsum testatorem,vt multi testes deponunt, ⁊ constat ex rogitu do. Pauli fortunati notarij de declaratione ꝙ non fuerit probibitus testari,de qua infra dicam.¶ Quarto respondetur, esto ꝙ dn̄s Alexander habuerit illam voluntatem relinquédi nepotibus,quia aut illi ea mediante volunt succedere, ⁊ clarum est ꝙ non possuut,cum talis voluntas non sit redacta ad actū,†non enim sufficit morientem aliquid velle,nisi ita testádo disposuerit. l.quidam cum filium.⁊ ibi per doctores.ff.de heredib.instituend. Immo ⁊ si deuenisset ad actum testandi,⁊ talem voluntatem expresserit,nisi testamentum perfecisset,nullum ius esset dictis nepotibus quesitum,vt.l.si is qui.⁊ ibi tradunt doctores.ff.de testam. ⁊ hoc non habet dubium. Aut volunt ex hac voluntate arguere prohibitionem testandi factam dn̄o Alexandro,⁊ clarum est argumen.non valere,sed oportet probari concludenter, ⁊ clarissime ꝙ probibitus fuerit volés testari, quod certe non fuit cū ipse testari noluerit,vt dictum est, ⁊ infra etiam dicetur. ¶ Demum circa hoc non obstat ꝙ dn̄s Alexander voluerit,seu passus fuerit legi scripturam illa3 in qua continebatur,vn schizzo di sua volunta ⁊c.vt supra arguebatur,quoniam respondetur primo ꝙ ex eo non aperte constat,ꝙ tunc testari vellet,sed poterat velle considerare super tali scriptura,⁊ ei addere,vel minuere,prout sibi videretur,secundum quod ipse dixerat,vt aliqui testes deponunt,⁊ postea alio tempore testari,ne ita infirmus vno eodemq; tempore ita longe detineretur occupatus,⁊ exitus videtur hoc demonstrasse,quia distulit testari in aliud tempus. Et hoc etiam suadetur quia notarius, ⁊ testes ordine testatoris non fuerunt vocati, sed per Dominicum,⁊ alios desiderantes,⁊ instantes ꝙ testaretur, vt ex multis dictis testium constat, maxime dn̄i Hieronymi sanctini notarij,⁊ aperte videtur constare ex eo, ꝙ dn̄s Alexander postquam dixit se tunc nolle testari,dixit notario, ⁊ alijs presentibus,mincresce che costoro vi habbino dato fastidio, put deponit don Franciscus ꝯfessor eius. Ex hijs eni3 verbis satis pót colligi ꝙ principalis intentio sua non erat tunc testari,quia tunc ipse fecisset vocari notarium,⁊ testes,⁊ tunc illis non dedissent fastidium alij,sed ipse dn̄s Alexander,cuius contrarium sonát verba sua. ¶ Secundo etiam respondetur posito millies ꝙ do. Alexander ea die ab initio habuerit animu3 testandi, ⁊ propterea voluerit legi illam scripturam,quoniam dico ꝙ animum illum deposuit,⁊ ab eo recessit,deliberans ꝑpria sua voluntate pro tunc non testari,sed in meliorem statum sue persone differre,prout ipse expresse dixit,licet postea non curauerit aliter testari, nisi quatenus antiquum testamentu3 comprobauit. Et vltra expressa verba sua ꝙ tunc noluerit testari,apparet quia propria manu abstulit pipernario genero suo scriptura3 illa3. Nec passus fuit,vt vltra in eius lectura procederetur,prout plures testes deponūt. Et sicut ex eo ꝙ ab initio voluit illa3 scripturam legi arguebatur, ꝙ videbatur habere animum testandi,ita postea ex eo ꝙ illam abstulit demonstratur ꝙ recessit ab animo testandi pro tunc,vt sic contrariorum eadem sit disciplina,iuxta tradita per doctores in rubri.ff.de acquirenda possessio.vbi vltra alios plene dixi,†seu velis dicere, vt quod operatur propositum in proposito,operetur oppositum in opposito,vt.l.⁊ si contratabu.ff.de vulga.⁊ pupil.⁊.l.fina.in principio.ff.de legatis tertio.cum similibus.¶ Ex his itaq; clarissime constat dominum Alexádrum tunc testari noluisse, ⁊ sic primum requisitum,vt habeat locum pena tit.si quis aliq. testa. prohibuer.non esse probatum. Ex quo infertur ꝙ accusati tali pena puniri non possunt,etiam ꝙ actus eorum tendissent ad prohibendum,quod tamen est omnino falsum. Et maxime hoc dicendum est, quia etiam ꝙ testari voluisset, non constat ꝙ validum testamentum fecisset,quia non aderat numerus testium, ⁊ qui aderát non erant rogati. ¶† Et presertim attento ꝙ precedebat testamentum inter liberos,quod dicitur habere clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta,iuxta auctéticá hoc inter liberos. cum sua materia.C.de testamentis.propter quod ad validitatem noui testamenti contra filias multa requirebantur,que facile fuissent pretermissa, ⁊ sic potest dici non constare ꝙ validum fuisset testamentum,ergo sequitur ꝙ actus prohibitoru,si qui interuenissent,quod omnino negatur,non essent puniendi,secundum quod voluit Corne.in dicto consilio.ccix.secundo volumi. ⁊ supra dixi.Sit tamen hoc dictum ex abundanti,quia veritas est, vt dixi, ꝙ dominus Alexander vltimate pro tunc testari noluit. Et predicta sola sufficerent, vt isti accusati puniri non possent, nec esset opus instare circa eorum verba,vel actus, an sc3 importauerint prohibitionem testandi. ¶ Verūtamen vt magis eoru3 innocentia ostendatur, ⁊ ꝙ nullo modo penam predictam pati possint,dico ꝙ verba, ⁊ eorum actus non tendebant ad prohibitionem aliquam saltem punibilem,attentis his que in processu probata fuerunt,sed solum ostendunt ꝙ desiderabant dn̄m Alexandru3 aliter non testari,seu iam factum testamentu3 non mutare, quod desiderium naturaliter reperitur in omnibus successuris ab intestato,cum testamentum eis prodesse non possit, sed potius nocere, nec tale desiderium improbatur a iure,⁊ verba quelibet hoc infirmo suadentia sunt a lege permissa,vt traditur per illa iura in.l.fina.ff.⁊.C.si quis aliq.testari prohibue.⁊ ita in terminis dixit Corne.in consilio.lxxxiiij.diu post redditum.in fi.tertie colum.primo volumi. ¶ Et idem dicendum est de actibus, ⁊ gestis tendentibus ad idem,vt sc3 infirmus inducatur ad non testandu3 per eandem rationem,modo tamen ex verbis,aut actibus non impediatur testamentum fieri ab eo, qui omnino, ⁊ resoluta mente volebat testari,vt habetur in locis predictis,⁊ tradit dominus meus Socin.in dicto consilio.cv. ¶ Hoc autem in casu nostro non reperitur,sed dicta omnia,vel facta per istos accusatos solum tendebant,vt dominus Alexander inclinaretur ad non testandum, vel etiam vt ab alijs non molestaretur de faciendo testamento, quod similiter a iure non prohibetur, vt plene per Corne. in dicto consilio.lxxxiiij. Et hoc rationi conuenit,quoniam testamenta debent esse libera, ⁊ sepe contingit ꝙ infirmi ad suggestionem propinquorum testátur vltra,ꝙ̄ resideret in eorum libera, ⁊ spontanea voluntate,vt experientia docet, que dicitur rerū efficax magistra.c.ꝙ̄ sit.de electio.libro sexto. ¶ Et plus dico in proposito ꝙ si actus,aut verba istorum accusatorum possent trahi ad illicitum,⁊ etiam ad licitum,⁊ sic essemus in dubio debent trahi ad licitum,⁊ permissum,†quia semper actus nostri in dubio sunt intelligendi,vt delicto careant, ⁊ penam non mereantur,⁊ sic prout a iure permittuntur.l.merito.ff.pro socio. facit.l.interpretatione. ff.de pen.ita dixit Bartol.in.l.non solum.§.sed vt probari.ff.de operis noui nunciatio.⁊ dixit Cumanus in consilio quinto, nauta quidam.colum.fina.⁊ Hippoly.de marsil.in consilio.xxj. vocem meam exaudi.secunda colum.in princip.⁊ in fi.cum concordantibus multis, qui ad hoc allegari possent. ¶ Et presertim in casu nostro hoc est dicendum,†in quo adest bona fama accusatorum,que multum prodest, vt non dicátur prohibuisse testari, cu3 illud sine dolo non fiat.l.prima.§.primo.l.secunda. ⁊ per totum. ff.si quis aliq.testa.prohibue.⁊ sic delictum grauissimum, maximaq; pena punitum,†vbi enim bona fama hominis reperitur in dubio non presumitur deliquisse,aut fuisse in dolo, vt per Cumanum in consilio.cxxxv.ad primum.xj.colum.in princip. Hoc tamen in proposito non est necessarium,quia verba,⁊ actus accusatorum non sunt talia,aut tales, vt per se trahi possint ad illicitum, aut ad aliquam prohibitionem testandi voluntati dn̄i Alexádri aduersatiuam,vt ex predictis constat,⁊ infra clarius constabit. ¶ His sic declaratis non obstant que in contrarium allegabátur ad probandam prohibitionem. Quoniam respondetur ⁊ de facili. ¶ Nam dum primo dicebatur ꝙ dn̄s Alexander destitit a testádo propter iniuriosa verba per eius filias dicta Dominico, ⁊ propter alterationem,⁊ rumorem inter eos,⁊ quia recedere noluerunt. Respondetur primo ꝙ ex his non fuit impeditus testari,sed inductus ad nolle testari, differendo testamentum in futurum tempus,quo vt sperabat,melius se habebit, non ergo destitit a testando,quia non posset,⁊ ab aliquo impediretur,sed quia noluit, ⁊ non est dubium ꝙ si tunc voluisset testari ꝙ potuisset, si aderat debitus numerus testium,quia sicut dixit ꝙ nolebat testari,ita poterat dicere ꝙ volebat,⁊ ab illis altercationibus liberari,precipiendo filiabus,⁊ omnibus ꝙ inde exirét, cui nullus contradixisset,⁊ maxime filie propter filialem reuerentiá,verba ergo filiarum

filiarum quecunqꝫ fuerint, non possunt dici prohibitio testandi, ⁊ maxime cum non essent versus dñm Alexandrum, sed cum Dominico, iuxta tradita per Corn. in dicto consilio. lxxxiiij. tertia colum. ¶ Et si dicatur ꝙ si non fuisset predicta altercatio testatus fuisset, prout aliqui testes videntur deponere. Dico primo ꝙ illi testes iudicant potius ꝙ̃ testificentur, ergo ⁊c. nihil enim de hoc dixit testator. Secundo dico, esto ꝙ ita esset, non tamen illa altercatio dicitur prohibitio punibilis, quoniam desistentia a testando fuit voluntaria, ⁊ ab eo qui testari poterat, ⁊ potuit moueri amore filiarum desiderantium ꝙ non testaretur, ac etiaꝫ propter molestiam, ⁊ instantiam dicti Dominici, nimis optantis, ꝙ ad sui, ⁊ fratrum commodum testaretur, prout hoc satis constat ex verbis ipsius do. Alexãdri, vcꝫ mi vuoi tu sotterare auanti chio mora, ⁊ mi vi vo sepellir tutti, ⁊ similia. Potest etiam dici ꝙ forte fuisset testatus propter instantiam, ⁊ importunitatem Dominici, ⁊ don Francisci qui pro eo instabat vt testaretur, nisi vidisset filias egre ferre, non autem fuisset testatus ex pura, ⁊ primeua eius voluntate, prout in simili considerat Corn. in dicto consil. lxxxiiij. colum. fina. ¶ Et si dicatur ꝙ saltem dicta altercatio dedit causam dilationis ad testandum. Respondetur ꝙ dans causam dilationi non punitur, quando postea testator potuit testari, ⁊ noluit, tunc enim arguitur ꝙ mens, ⁊ animus eius erat remotus a factione testamenti, ⁊ a principio presumitur distulisse, tanquam nõ bene resolutus ad testandum, vt inquit patruus meus Soci. in consilio. xcij. in causa domini Antonij. secunda colum. in fi. tertio volumi. Sed in proposito dñs Alexander post illam dilationeꝫ potuit cõmode testari, cuꝫ per plures dies vixerit in sano intellectu, ⁊ tamen noluit, ergo ⁊c. ¶ Preterea tunc dilatio posset arguere delictum in dante causam eius, quando fieret ex necessitate, quia tunc nullo modo posset fieri testamentum, ⁊ testator sic impeditus diceret, postquam nunc non possum testari, faciam cras, vel alio die, sed quando dilatio fit per testatorem, qui ita tunc poterat testari sicut differre, vt cõtigit in casu nostro, non video quare aliquis ex tali dilatione possit puniri, cum ille ex mera voluntate moueatur, ⁊ tũc testari nolit, licet possit, sed differre. ¶ Nec in aliquo peccarunt filie non recedendo, quia Dominicus nõ poterat eis id precipere, ⁊ voluerunt remanere, vt langueñti patri necessaria ministrarent, ⁊ etiam ne quis molestaret patreꝫ ad testandum contra eas, hoc autem non recedere nõ inuenio, ꝙ possit dici prohibere testari, cum etiam illis presentibus potuisset fieri testamentum, ita in terminis firmat Corne. in dicto consil. lxxxiiij. secunda, ⁊ tertia colum. ⁊ Socin. in dicto consilio. cv. quinta colum. ⁊ si pater voluisset eis absentibus testari, facile poterat precipere, ꝙ exirent, que certe vti bone filie ei obedissent, esto ergo ꝙ altercatio predicta fuisset causa dilationis testamenti, ⁊ quodãmodo impedimentum ne tunc testaretur, qd̃ tamen negatur, saltem quantum respicit dictas filias, tamen non debent puniri filie, quia in eis nullus dolus fuit, qui omnino requiritur, vt supra dixi. ¶ †Et pro hoc respondetur ad generalitatem dicte. l. secunde. C. si quis aliq. testari prohibue. quia debet intelligi de impedimento doloso, vt sic illa. l. per alias. ll. declaretur, iuxta. l. non est nouum. cuꝫ. l. sequen. ff. de legibus. ¶ Secundo principaliter ad argumentum respondetur, ꝙ altercatio predicta causata fuit facto, ⁊ culpa Dominici, qui anxius ꝙ dñs Alexander illum cum fratribus in testamento institueret, ⁊ proprias filias excluderet, dixit filiabus illis ꝙ exirent de camera vna cum eo, vt sic postea don Franciscus, ⁊ notarius qui pro eo ibi erant inducerẽt testatorem ad sic faciendum absentibus filiabus, sed filie noluerunt exire, ne parentem infirmum derelinquerent, ⁊ forte etiam ne pater induceretur ad testandum aliter, quam per se vellet, vt modo dixi. Et inde orta fuit altercatio propter quam pretenditur testamentum fuisse impeditum, que certe ipsi Dominico debet imputari, cum ipse prius ei causaꝫ dederit, nimis sollicitus, ꝙ do. Alexander testaretur. †Sicut in simili dicitur de rixa corporali inter duos, vt illi scꝫ imputetur qui prius causam dedit, iuxta tradita per doctores in. l. vt vim. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊ in. l. prima. C. vnde vi. vnde sicut dicimus qd̃ qui est causa cause dicitur causa causati. l. hoc iure. §. delecit. ff. de regu. iur. c. mulieres. in fi. de senten. excommuni. l. pretor. la secunda. §. si cum seruum. in fi. ff. vi bono. rapto. ⁊. l. nihil interest. ff. ad legem corn. de sicca. cum similibus, vt per Hippolyt. de marsil. in consilio septimo, sũmi celi Deus. secunda colum. in principio, ita in proposito Dominicus qui fuit causa altercationis debet dici causa impedimenti, seu dilationis testamenti, si volumus ꝙ ab altercatione predicta fuerit causatum. Non ergo tale impedimentum debet imputari predictis filiabus, sed potius Dñico. ¶ Et istud clare vt ostẽdi, qꝛ cum eo, ⁊ fratribus testator indignationem ostẽdit, qñ dixit, che diauolo e questo ⁊c. mi vuoi tu sotterare ⁊c. vogliono ch io mora ⁊c. put testes deponunt, que omnia versus Dñicum protulit, ⁊ ꝑpterea dimisit tunc testari, ne ille qui maxime illud desiderabat morem gereret propter predictam indignationem, ⁊ tunc si quando habuit voluntatem testandi, ⁊ aliquid dictis nepotibus relinquendi illam mutauit, volens super eo de nouo cogitare, ⁊ ideo distulit factionem testamenti in aliud tempus, ⁊ ni fallor hoc cuilibet sani capitis quadrabit potius, ꝙ̃ dicere ꝙ indignatus cum filiabus, ⁊ ab eis perturbatus dimiserit testari, si quidem tunc indignatio contrarium effectum ostendisset, ex quo filiabus rem gratam faciebat non testando, quod non faciunt, qui cum aliquibus indignantur, prout experientia docet. ¶ Secundo non obstant illa verba do. Alexãdri, lo faro poi a modo mio, prout supra de eis arguebatur. Quoniam primo dici potest ꝙ verba illa forte non ita fuerunt, quia aliqui testes deponunt ꝙ dixerit, che sel migliouaua faria quello gli pareria, ex quibus non videtur sic posse argui, sed videntur importare ꝙ testabitur, vel non, secunduꝫ qd̃ sibi videbatur. ¶ Sed posito ꝙ sic dixerit, prout in argumento dicitur. Secundo respondetur ꝙ illatio illa ꝙ tunc suo modo testari non poterat, non debet aliquo modo referri ad filias, idest ꝙ per eas prohiberetur. sed potius censeri debent prolata ꝑpter instantiam, ⁊ importunitatem Dominici, qui instabat ꝙ ei, ⁊ fratribus relinqueret, dicendo recordatiue del vostro sangue ⁊c. ⁊ similia verba, vt testes deponunt, ⁊ instando ꝙ testaretur, ⁊ ea de causa volebat filias inde exire, propter quod do. Alexander cuꝫ eo fuit indignatus, vt dictum est, ⁊ sic inspecta infestatione dicti Dominici videbatur ꝙ nõ posset ex arbitrio proprio testari, sed quodãmodo ad satisfactionem dicti Dominici, ⁊ fratrum, quo considerato, vt signum indignationis ostenderet noluit tunc testari, dicens ꝙ alias testabitur a suo modo, idest ex proprio arbitrio, ⁊ non ad instantiam alterius. Et ꝙ ita talia verba debeant intelligi probatur, quia ex his que in processu probantur nulla verba per filias prolata fuerunt erga patrem, vt aliquid faceret ad earum instantiam, ita vt illatio ex verbis testatoris, ꝙ tũc suo modo testari non poterat possit referri ad filias, sed bene Dominicus dixerat, ⁊ repetierat, messer barba ricordatiue che anche noi siam del vostro sangue, ⁊ similia verba volens inferre ꝙ sibi, ⁊ fratribus bona sua deberet relinquere, ⁊ sic quodãmodo videbatur velle dare moduꝫ testandi, propter que verba do. Alexander indignatus noluit aliter testari, dicẽs di poi che staro meglio faro testamẽto a mio modo. ¶ Preterea quo respectu talia verba fuerint prolata pendet ab animo proferentis, vt est notum, et sic ipse solus potuisset nobis declarare, an scꝫ protulerit, qꝛ tunc per filias, ⁊ generum testari prohiberetur, an vero quia per Dominicum molestaretur ad testandum in fauorem nepotum. Sed sic est, quod ipse postea declarauit, ꝙ a filiabus, ⁊ genero nunꝙ̃ fuit prohibitus testari, ⁊ ꝙ semper potuisset testari, si voluerit, ergo sequitur ꝙ verba illa, el faro poi a mio modo, non possunt dici probata respectu alicuius ꝓhibitionis per filias, aut generum facte, cum vere nulla facta fuerit, sed debent intelligi prolata respectu dicti Dominici, vt supra dictum est. ¶ Et preterea quando essemus in dubio, quo respectu talia verba ꝓlata fuissent, non debet ex hoc inferri, vbi aliud non appareat, quod vera interuenit prohibitio testandi, vt per eam persone accusate debeant sic puniri, cum ad illud requirãtur probationes luce clariores, vt supra fuit dictum, ⁊ non possunt isti accusati puniri ex aliqua presumptione, quaꝫ quis vellet ex illis verbis sumere, licet male, †qꝛ in criminalibus nemo debet ex presumptionibus damnari, etiam si vehementes, ⁊ violente fuerint, vt voluit Bald. in. l. fina. C. de probatio. cum concordantibus, vt per Alexan. in consilio. xv. viso processu. xj. colum. versic. tertio per id. primo volumi. ⁊ per Iaso. in consil. clxvij. formate sunt. quarta colum. versicu. ⁊ cum ista dicta sint ambigua. quarto volumi. ⁊ per Hippolytum de marsi. in consi. cxxxij. in nomine sancte. prima colum. versic. ⁊ adeo hoc est verum. ⁊. iij. colum. versicu. ⁊ licet ex predictis. ¶ Ad tertium respondetur ꝙ vere nihil facit, quia ex desistentia a testando non auferebat causa iniurie, neqꝫ tollebatur quin Dominicus vltio. faceret de verbis contumeliosis illi dictis per filias, aut vnam earum, quinimo magis augebatur animus in malũ aduersus eas, cum videret se suo frustratum desiderio, cum admodum desiderasset per patruum fieri testamentum, ⁊ ab eo tunc desisteret, sed bene econtra, si fecisset testamentum posset argui ꝙ non libere fecisset, sed potius timens suis filiabus, vt placaret Dominicum, ⁊ tunc bene procederet argumentum, ⁊ ista vt puto est verissima, et clara responsio. ¶ Posset etiam dici ꝙ ille timor erat vanus,

cum ibi Dominicus esset solus, filie autem essent tres, adesset maritus vnius, ⁊ alij de domo, qui semper fauissent dictis filiabus, ita ꝙ nullo modo esset verosimile eas per Dominicum posse offendi, ergo non timendum. l. non est verosimile. ff. quod met. cau. c. sollicite. de restitutio. spoliato. cum similibus, vt per Jaso. in. l. si extraneus. secunda colum. ff. de conditio. ob causam. ⁊ Deci. in consi. cccccclxiiij. viso, ⁊ perlecto. secunda colum. ¶ Non ob. modo quartum quod de piperario dicebatur, quoniam respondetur ꝙ male ex illo modo legēdi, vel ex verbis, de quibus in argumento infertur ad prohibitionem testandi, poterat enim tunc domi. Alexander, vel ipsemet dicere quicquid volebat ordinando testamentum, vel auferre scriptum de manu piperarij, ⁊ dare notario, qui omnia legeret, non fecit, quia tunc non erat resolutus testari, si enim testari voluisset, non video quare illud, vel quid simile facere non potuisset, sicut accepit dictum scriptum de manu piperarij, ⁊ posuit sub cuperta quando noluit testari, differens testari ad aliud tempus, prout statim ipse rn̄dit ipsi notario interroganti an vellet testari, ⁊ verba illa mio messer non vuol far testamento, nihil faciunt ad prohibitionem, sed sunt prolata respectu sue opinionis, cum sciret ꝙ iam aliud testamentum fecerat, vel sunt prolata respectu noui, ⁊ vniuersalis testamenti, cum tantum vellet equare filias, prout ipsemet piperarius dixit, quando dixit Sanctino notario, hauerete poco da fare per che vuole solamente aguagliare le sue figliole ⁊c. que verba non solum nō arguunt prohibitionem testandi, sed dicuntur ostendere curam piperarij, ꝙ dn̄s Alexander testaretur aperiendo, tanquam intimus eius,

37 ⁊ sue mentis conscius voluntatem suam, † ⁊ illis verbis videtur credendum, cum eis non contradixerit dn̄s Alexander, prout poterat, sed potius tacendo assenserit, argumen. l. qui patitur. ⁊ l. si remunerandi. §. primo. ff. manda. ⁊ l. ij. §. voluntatem. ff. solu. matrimo. ⁊ est regula in. c. qui tacet. de regu. iur. libro sexto, ⁊ ibi per Dyn. vel saltem ea non negauerit. l. qui tacet. de regul. iur. ⁊ c. is qui tacet. eodem titu. libro sexto. ¶ Et ista bona voluntas piperarij, ꝙ dn̄s Alexander testaretur, probatur etiam ex eo, quia adduxit do. Joan. franciscum bellerum notarium, ei dicens, el si dice che mio messer vuol far testamento, voglio che ve ne rogate, prout ipse bellettus, ⁊ quidam alij deponunt, ⁊ ex hijs clarissime constat nullam prohibitionem testandi probari, ea die factam per istos accusatos, ita vt per eam incidant in penam titu. si qs aliq. testari prohibue. a qua pena omnino sunt absoluendi, ⁊ vt verum fatear, ego non video super hoc probabilem dubitationem, ⁊ vltra predicta concludentissime ostenditur sic.

38 † Ibi aderat notarius, ⁊ forte debitus numerus testium, ita vt dici non possit prohibitionem factam per expulsionem notarij, vel testium, prout dicunt fieri prohibitionem Bal. ⁊ alij in. l. i. C. si quis aliq. test. prohibue. ⁊ Bar. in. l. si. ff. eo. ti. Nullus enim fuit expulsus, sed omnibus patebat aditus, immo vt dixi aderant, ⁊ vt multi testes dicunt poterat testari si voluisset. Solum ergo posset considerari ꝙ fuerit prohibitus per aliquem timorem, vt sic animus eius coactus diceretur non testari, facile enim erat ei dicere tales facio heredes, vos estote testes, ⁊ tu notarie sis rogatus. Solum itaqꝫ per aduersantes potest dici, ꝙ aliquo timore ductus id non fecit, sed certe hoc falsum est, ⁊ nullo modo dici pōt. Primo qꝛ vere nihil tunc accidit, propter quod debuerit timere, vt ex predictis constat, saltem ꝙ cadat in constantem virum, prout in similibus requiritur, vt per Bar. Bal. ⁊ alios in locis predictis. Secundo etiam, qꝛ si de hoc aliquod esset dubium totum pendebat ab animo suo, vtrum. s. timuerit, ⁊ propterea quasi prohibitus abstinuerit a testando, an vero ex libera eius voluntate. Hoc autem dubium est sublatum, cum per eum fuerit facta declaratio, qđ scilicet nullam vim passus fuit, ⁊ ꝙ nullus prohibuit eum testari, merito ergo sumus extra omnem considerationem prohibitionis testandi. Igitur isti accusati veniunt absoluendi. ¶ Non ob. quod quinto loco allegabatur de illo notario cauagnano, alia die non admisso, qꝛ respondetur primo ꝙ illud non est verum, fm multos testes qui deponunt, ꝙ si dictus notarius voluisset ingredi came-

39 ram potuisset, ⁊ ꝙ ostium erat apertum, † ⁊ cum sint isti testes instrumentarij, ⁊ etiam alij, sequitur ꝙ non est omnino standum contrarie assertioni ipsius notarij, iuxta doctri. Bart. in. l. i. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. aperi. ¶ Scđo etiam respondetur qđ tunc non probeť ꝙ dn̄s Alexander vellet testari, neqꝫ de eo erat aliquis sermo, immo potius constabat contrarium, qꝛ ipse die precedente dixerat velle testari post duos dies, si ad meliorem statum persone peruenerit, non ergo in die sequē. testari volebat, propter qđ sequitur ꝙ illa non admissio notarij, veluti nō tendēs ad prohibitionem testandi non fuit punibilis, nec facit indignū non admittentem,

40 † cum requiratur eodem tempore concursus duorum, scꝫ ꝙ quis velit testari, ⁊ prohibeatur, puta per non admissionem notarij, iuxta tradita per Bar. in. d. l. fi. ff. si quis aliq. test. prohibuer. ⁊ Bal. ⁊ alios in. d. l. i. C. eo. ⁊ s. dictum fuit, ⁊ ita in terminis considerat Corne. in. d. consi. lxxxiiij. i. colum. ver. si quis enim verbo, vel facto. ⁊ do. meus Soci. in. d. consi. cv. iiij. colum. vers. scđo loco. ¶ Ad sextum de minis piperarij in do. Christoforum mantellum notarium ⁊c. respondetur primo posito sine preiudicio veri, qđ ex eo argueretur aliqua prohibitio per ipsum piperarium facta, ex ea filie non venient priuande,

41 † qꝛ delictum vnius alteri non nocet. l. ij. §. fratris. ff. si quis aliq. test. prohib. ¶ Scđo dico ꝙ immo veritas est, ꝙ nulla dicitur prohibitio testandi per dictum piperarium facta saltem punibilis, qđ primo probatur, qꝛ non constat ꝙ propterea dictus notarius non accesserit ad se rogandum de testamento, sed non accessit qꝛ superuenit do. Hieronymus sanctinus alter notarius, qui ad illum finem, ⁊ sine aliquo impedimento ingressus fuit, tanqꝫ magis gratus Dominico qui eum adduxit, ⁊ vbi ille mantellus fuisset intro vocatus, credendum est ꝙ introisset, ⁊ se rogasset spretis verbis, aut minis dicti pipe-

42 rarij, prout vere spernende erant, † nec iustum timorem inferebāt, cum non esset solitus aliquem offendere, aut minas suas mādare executioni, aut similia facere, iuxta tradita per Specu. in ti. de presump. §. i. ver. sed pone. H. minatus est, cum concordan. vt per Alex. in. l. metum. C. ꝙ me. cau. ¶ Scđo qꝛ tunc arg. posset procedere qn̄ notarius fuisset vocatus per testatorem volentem testari, qđ in casu isto non contigit, qꝛ iste fuerat adductus per vnum ex nepotibus, qui instabant, ⁊ sollicitabant pro testamento, ergo ⁊c. vt per Cor. in dicto cōsi. lxxxiiij. i. colum. ¶ Et maxime dicendum est in proposito, qꝛ piperarius a do. Alexandro acceperat ꝙ nolebat testari, vt ipse dixit. ¶ Tertio dico ꝙ ille facte per viam protestationis vocatis testibus sunt intelligende per viam iuris, hoc est quatenus iura patiantur, alioquin quid erat opus dicere, siate testimoni come io protesto ⁊c. solum enim testes rogauit, vt qn̄ postea opus esset in iudicio examinarentur, hoc aūt nullam ꝓhibitionem punibilem potest importare, qꝛ ꝙ iure fit pe-

43 nam non mereť. l. graccus. C. de adulter. † ⁊ protestari omnibus permittitur, sed intelligitur postea quatenus iura sibi opitulētur, vt per Bar. ⁊ alios in. l. non solū. §. morte. ff. de oper. no. nuncia. ¶ Demum non ob. qđ de publica fama allegabatur, qm̄ respon-

44 detur primo ꝙ non est recte probata, ꝓut requiritur, † qꝛ testes de fama deponentes non deponunt audiuisse a maiori parte populi, prout requiritur fm Bar. in. l. de minore. §. plurimū. iiij. colum. vers. quero qualiter probabitur. ff. de questio. ⁊ ibi plene per Hippo. de marsil. cum concordan. vt per eum in consi. lxxij. munda cor meum. col. iiij. post prin. per Alex. in cōsi. xx. in causa appellationis. ij. col. iiij. volu. ⁊ per Dec. in consi. liiij. in causa do. Antonij. ij. col. sed testes non sic dicunt, ergo ⁊c. Est verū ꝙ don Franciscus deponit, chel si dice per la piu parte de la gente, sed iste est vnus, ⁊ non sufficit ad ꝓbandam famam, vt per Bar. ⁊ alios in. d. §. plurimum. ver. preallega. Et preterea ipse non deponit ꝙ sit publica vox, ⁊ fama, sed simpliciter dicit, che a Mantoua si dice per la piu parte de la gente, ⁊ tn̄ videtur requiri, vt prius dicatur ꝙ sit publica vox, ⁊ fama, vt videtur velle Bar. in. d. §. plurimū. iiij. col. ver. sis tn̄ cautus ⁊c. super hoc tn̄ vltimo non multum me fundo propter ea que ibi Bart. antea dixerat. ¶ Scđo respondetur ꝙ ista fama dꝫ dici vana vox populi, qꝛ non constat vnde habuerit originem, nisi ꝙ aliqui testes dicunt ꝙ audiuerunt ab illis de Ubertis, ⁊ eoꝝ famulis, ⁊ sic a personis suspectis, ⁊ non a fide dignis, tunc enim non dꝫ habere aliqꝫ fidem, sed dicitur vana vox populi, vt per Bar. ⁊ alios in. d. §. plurimū. in. q. de effe-

45 ctu fame, ⁊ dixit Inn. in. c. qualiter ⁊ qn̄. el. ij. de accus. † ꝙ testes debent dicere a qbus audiuerunt ad hoc, vt cognoscatur a qbus personis fama habuerit originem, ⁊ si a personis non dignis, sed suspectis nulla sit, prout refert, ⁊ seqťur alios ēt alleg. Beltran. in consi. xxvj. adicio ꝙ cū do. Gulielmus. iij. col. ij. vol. ¶ Sed ⁊

46 tertio respondeť † ꝙ fama ēt legitime probata non probat in criminalibus, nec ex ea qs potest damnari, immo nec semiplene probat, vt per Fely. post multos ab eo relatos in. c. veniens. v. colū. ver. tertia cōclusio. de testib. ⁊ Beltran. in. d. cōsi. xxvj. Immo nec facit indicium ad torturā de iure, licet aliqn̄ seruetur contrarium, vt per Hippo. in. d. cōsi. lxxij. iij. col. in fi. ¶ Remanet itaqꝫ ex predictis omnibus vera cōclusio non esse aliquo modo ꝓbatum istos accusatos aliquo modo ꝓhibuisse do. Alexandrum testari, ⁊ per

47 cōs eos debere absolui. † Et vbicunqꝫ de hoc aliqua caderet dubitatio, quod tn̄ negatur per predicta, dico ꝙ per declarationem, quam ipse dn̄s Alexander fecit tollitur omnis difficultas. In ea enim

enim aperte dixit se non fuisse ab aliquo prohibitum, vt patet ex publico instro, et tunc vt testes dicunt, pluries dixit versus nepotes, et alios qui ɔtrarium asserebant, che si mentiuano per la gola, et ꝙ volebat testm̄ illud valere, quod fecerat de anno. M. D. xv. illud confirmando, exprimendo ēt alia verba contra ipsos nepotes, vȝ che era in animo di farli qualche bene, ma che piu non lo voleua fare, ēt se scampasse, et alia quedam que non expedit referre. Huic aūt sue declarationi omnino standum est, sicut econtra deberet stari, si se per aliquem prohibitū declarasset, sm̄ Barto. in. d. l. fi. in vlti. colū. ff. si quis aliq. testa. prohib. et Bal. in. l. i. C. eo. tit. Immo fortius, nā si ibi statur ad penam delicti, fortius debet hic stari ad liberationem pene, et ad inocentiam accusatorum, arg. l. absentem. ff. de pen. cū simi. ¶ Et ex omnibus his manifeste constat do. Alexandrū ex propria voluntate noluisse testari, qn̄ aderat Sanctinus notarius, non autem ab aliquo fuisse prohibitum, et demū eundem voluisse decedere cum antiquo testamento, et nihil voluisse nepotibus relinquere. ¶ Et stantibus istis, dico ꝙ pro istis filiabus est casus in. §. causas. vers. si conuictus fuerit. in auc. vt cum, de appell. cognos. et ꝙ filie de pretensa prohibitione essent ɋuicte, quod tn̄ est omnino falsum, vt dictum

48 est. † Ibi enim dicitur ꝙ pater qui aliqn̄ fuit testari ꝓhibitus per filiuȝ potest postea testando illum exheredare, non tn̄ cogitur. l. non quicqd. ff. de iudic. potest ergo instituere expresse, vel forte ēt tacite, si valens testari maluit intestatus decedere, iuxta. l. consiciuntur. ff. de iu. codic. in prin. quasi videat̄ sibi iniuriam illam remittere, sic ergo in proposito videtur ꝙ pater ɔfirmando primuȝ testm̄ in quo filie erant vocate dicat̄ illis remisisse omneȝ iniuriaȝ et culpam ꝓhibitionis, si quaȝ fecissent, quod tn̄ negatur. ¶ Iteȝ et scd̄o inducitur ille tex. nam vult ibi tex. testari ꝓhibentem accusari solum per eos, quoꝝ intererat, et eo tantum casu, qn̄ pater in ipsa ꝓhibitione decesserit, sed si non in ea decesserit, qꝛ potuit postea ex arbitrio testari qui prius ꝓhibuit eum testari accusari per aliquem non pōt, et ratio est, qꝛ cum forte amplius testari nolit, et sic animū amouerit ab eo, qd̄ iam voluit in testamento disponere non est aliqs qui pretendere possit interesse, cum solū ad accusationem admittant̄ pretendentes interesse, prout ibi egregie no. Ang. et si testari velit in eius arbitrio est tanꝗ solus iniuriatus illum punire ipsum exheredando, vt ibi dr̄, cum ergo in proposito do. Alexander etiam ꝙ fuisset ꝓhibitus per filias, lȝ falsum sit, non decesserit in ipsa ꝓhibitione, nulli cōpetit facultas accusandi, potuit enim ex post testari, sicut potuit illā declarationem facere, et tn̄ noluit aliud facere testm̄, sed solum antiquum illud confirmare, ergo seqtur ꝙ noluit filias aliquo modo punire, sed potius eis omnē iniuriam remittere, et sic mihi videt̄ in omneȝ euentum ꝓbare prohibitionis pro absolutione filiaꝝ esse casum in. d. §. causas. inducto, vt. s. super quo nemineȝ sani capitis puto dubitaturum. Nō ob. si dicatur prout inuenio in ꝓcessu ꝙ predicta declaratio non fuit ex libertate animi facta, aut pro veritate, sed ad stimulū, et instantiam filiarum, prout vnr̄ deponere aliqui testes, maxime quedā Maria, et qdam Paynus, qn̄ respondetur primo ꝙ predicti testes non sunt fide digni ex pluribus, et maxi-

49 me qꝛ ambo sunt famuli istoꝝ de Ubertis accusantiuȝ, † et sic velut eoꝝ familiares, et domestici nō sunt pro illi idonei testes. l. ēt. vbi Cy. Bal. et alij. C. de testi. tradit Saly. in. l. seruos. C. de questio. cum ɔcordan. vt per Corn. in ɔsi. clxx. lȝ in hac. col. iiij. ij. volu. ¶ Scd̄o etiaȝ rn̄detur, et tollitur omnis difficultas, qꝛ dico ꝙ si fecit ad instātiam filiaruȝ optime fecit, ne. s. filie iniuste pati possent, et per se fortasse talē declarationem non fecisset, qꝛ ignorabat sic eas accusari, et de tali ꝓhibitione inculpari. nec id cogitare poterat, sciens se non fuisse ꝓhibitum, vnde filiabus ei nūciantibus qualiter calūniabantur ad earum instantiaȝ, iuxta tn̄ veritatem, et ꝓpriȷ cordis conscientiam, fecit talē declarationem, et vltra ēt processit ꝙ filie non petebant, dicendo ꝙ volebat primum testm̄ conditum anno. M. D. xv. valere, et cū eo mori, vt multi testes deponūt. Non ergo pōt reprehendi ipse in. d. declaratione, nec ēt filie eam petendo, cū totum factum sit ne iniuste penā paterentur, iuxta tradita per Odofr. in. l. fi. C. si qs aliq. testa. ꝓhibu. ¶ Nec dicat̄ ꝙ ista declaratiō, velut quedam exculpatio offensi non dȝ releuare delinquentem, vt per Imo. et Ioā. de ana. in. c. i. de homic. et vr̄ velle Bar. in. l. inter omnes. §. recte. ff. d fur. et tradit Fely. in. c. i. col. fi. d presump. qn̄ ad hoc rn̄detur ꝙ procedere posset istud, qn̄ aliunde clare de delicto constaret, non auteȝ qn̄ de eo dubitaretur, put declarat Alex. in ɔsi. i. viso processu. v. colū. post prin. iij. vol. et idem voluit Fely. in. d. c. i. sed in casu nostro non ɔstat de tali prohibitione, imo potius constat contrariuȝ, vt ex predictis patet, ergo ꝛc. ¶ Posset ēt dici pticulariter in materia ista ꝙ ꝓhibitio per filium facta non punitur, nisi qn̄ prohibitus in ipsa ꝓhibitione decedit, non auteȝ si postea potuit testari, nisi sm̄ quod. s. inducendo. d. §. causas. vnde cum in isto casu de clara volūtate patris appareat, vt non puniantur, qꝛ dicit eas non fuisse in aliqua culpa, seqtur manifeste ꝙ omnino debent ab solui, tā ipse, quam piperarius, et similiter ipse debent in paterna hereditate ex paterna volūtate conseruari, et pro ista conclusione in fortioribus terminis facit decisio Cor. in. d. ɔsi. lxxxiiȷ. et. ccix. preallegatis, et dn̄i mei Soci. in. d. ɔsi. cv. ¶ Nec tali conclusioni obstant plures decisiones in cōtrarium allegate, qm̄ nihil faciunt ad casum istum, qꝛ omnes, posito ꝙ sint vere, loquuntur in terminis valde diuersis. ¶ Nā primo decisio Odofre. in. d. l. ij. si vera est, ꝓcedit ex eo, qꝛ filij fuerunt in dolo in non vocādo notarium, prout patri promiserant, de quorum ꝓmissione pater confidit, nec alteri potuit imponere, vt notarium vocaret, et sic remansit deceptus, et preterea decessit in ipsa prohibitione, que omnia cessant in casu nostro, nullus enim fuit dolus filiaruȝ, aut generi, nec in aliquo fuit do. Alexāder deceptus per eoꝝ promissioneȝ, nec in pretensa prohibitione decessit, vt ex predictis constat.

50 ¶ † Non obstat secundo doctrina Bal. et alioꝝ in. d. l. testamenti. qꝛ procedit quando de ꝓhibitione cōstabat, quod isto casu negatur. ¶ Preterea dici posset ꝙ ibi loquitur de pena per patreȝ imponenda, scȝ de exheredatione de qua ad penas, de qbus agitur non debet argui, qn̄ prohibitus non decessit in ipsa prohibitione, vt dixi. s. dum induxi. d. §. causas. ¶ Ad tertium respondetur ꝙ omnes predicte decisiones procedunt, qꝛ de vi, et probabili metu aperte cōstabat, sed secus in casu isto, immo hic ɔstat con-

51 trarium, vt ex predictis constat. ¶ † Quarto ad consilium Pet. de ancha. cccxxxvij. rn̄detur ꝙ alius fuit rumor in casu illo, vociferauit enim taliter ex eo ꝙ non potuit testator proseq testamentum, et vltra etiam notariū expulsit, ostium clausit, et testari volēs in ipsa prohibitione decessit, que omnia cessant in casu isto, vt ex

52 predictis constat. ¶ † Non obstat quinto auctoritas Calcan. in dicto consi. xc. qꝛ posito ꝙ sit verum qd̄ ipse dicit, de quo tamen non parum dubito, respōdetur ꝙ in casu illo notarius, qui mandato testatoris iceperat publicare fuit interruptus, et impeditus prosequi contra testātis voluntatem, et ille infirmus in ipsa prohibitione decessit, sed in casu isto non sic est, qꝛ notarius non inceperat publicare, et altercatione, et rumore per se non destitit domi. Alexander a testando, sed ex propria voluntate, cum posset, si vellet, prout etiā postea per multos dies potuit, sed noluit, merito istis accusatis nihil est imputādum. ¶ Ultimo ad consilium Ias. xxxi. i. volu. Respondetur similiter ꝙ ibi prohibitio fuit vere facta, expulsus eniȝ fuit notarius, et testes, et postea semper fuit ostium clausum, vt redire non possent, et ita vt etiam non potuerit illa misera mulier accipere sanctissimum corpus Christi, et sic in ipsa prohibitione decessit, que omnia cessant in casu isto, vt ex predictis constat, et lȝ quedam alia ex processu possint cōsiderari contra istos accusatos, tamē non curaui super eis instare propter instantiam consultantis, et qꝛ sunt leuia, et illis recte intuenti apparebit clara responsio ex. s. deductis. Ex quibus cōcludo vt supra manifestam iustitiam esse in fauorem filiarū do. Alexandri, vt. s. iure debeant paternam hereditatem retinere, et ab iniusta accusatione vna cum do. Francisco piperario absolui. Laus Deo.

Soci. nepos Padue. 1536.

## SVMMARIVM.

¶ Filiorum appellatione an et quando veniant nepotes in depositione testamentaria fauorabili filijs.

1 In fideicommissis ante omnia mens testantis attendi debet.
2 Filiorum appellatione an nepotes veniāt, maxime quādo dispositio est fauorabilis filijs, et. s. nu. seq. et nu. 7.
3 Inequalitas inter descendentes filiorum seruari non debet.
4 Uoluntas testōris censet̄ esse talis, vt iuri cōi sit ɔformis, maxime qn̄ sic iterpretādo stamus i ꝓprietate vboꝝ a testōre platoꝝ.
5 Proximiores in gradu ab intestato preferuntur.
6 Representatio inter transuersales quando sit permissa.
8 Uerba illa per stirpes, et non in capita quid operentur.

## CONSILIVM CXLIX

Dirigat Dn̄s verba mea in viaȝ veritatis, et iustitie. ¶ Proposita questio notissima est, et quasi vulgaris, vtrum. s. in prouisione testatoris appellatione filioꝝ in effectu compreben-

dantur nepotes, in qua vario modo loquuntur doc. ꝛ legendo, ꝛ consulendo, sup qua abūde, ꝛ subtiliter in presenti casu scripsit ex cel. consultoꝛ do. Gregorius guizardus mihi vti frater hoñ. con cludēdo pro parte negatiua, ꝛ sic ꝙ filij do. Aloysij, ꝛ Antonij, ꝛ nepotes do. Bernardi testatoris filij non dicant̄ vocati ad par tem aliquam bonoꝝ do. Michaelis filij testatoris nup defuncti sine liberis, sed ad eius successionem ēt vigore substitutionis, de qua in testamēto solum dicantur vocati supstites filij aliorum fra truꝫ. d. Michaelis predefunctoꝝ, ꝛ hoc ex pluribus pulchris ra tionibus, de qbus in consilio, quas referre nō expedit. ¶ Veruꝫ vltra deducta per Cōsultorem predicta cōclusio videtur multuꝫ

1 difficultari, †qm̄ in contrarium videtur verosimilis mens testato ris, que ante omnia presertim in fideicōmis. attendi debet. l. pe. ff. de leg. i. l. cum virum. C. de fideicō. ꝛ l. heredes mei. §. cuꝫ ita. vbi hoc anno dixi, ꝛ ɔcordantes allegaui. ff. ad trebel. Et istud vide tur aperte demōstrari, naꝫ testatoꝛ pluribus filijs institutis sic sub stituit, si contigerit aliquē, vel aliquos ex filijs ipsius testatoris de cedere sine filiis, tunc ꝛ eo casu sibi, ꝛ tali, vel talibus sic deceden ti, vel decedentibus hr̄des instituit, ꝛ substituit quoscūqꝫ alios ip sius filios tūc superuiuentes, ꝛ si aliqui decessissent ipsorum filio rum predefunctorum filios masculos per stirpem, ꝛ non per capi

2 ta, †videtur enim ꝙ cum testatoꝛ quēlibet ex filijs pariter vocaue rit dicatur habuisse parē affectionem ad posteritatem, cuiusqꝫ ex filijs, ꝛ sic ꝙ qñ dixit, defunctorū filios masculos ꝛc. voluerit sub illo verbo filios defunctoꝝ oēs descendētes vocare, iuxta. l. libe roꝝ. prope fi. ff. de ver. sig. ne alias inter descendentes filioꝝ suo rum dicatur differentiā, ꝛ inequalitatem fecisse, qđ non est dicen dum, arg. l. vt liberis. C. de colla. ꝛ l. cuꝫ pater. §. pater pluribus. ff. de lega. ij. ꝛ tradit Areti. in cōsi. i. decreueraꝫ. col. fi. ꝛ patruus, ꝛ do. meus Soci. in consi. clx. in presenti cōsultatione. iij. col. cum multis alijs qui ad hoc allegari possent. ¶ Et eo maxime in hoc casu ita videtur dicendum, qꝛ testatoꝛ vocauit illos per stirpem, ꝛ non per capita, ex quo videt̄ ꝙ solum considerauerit proprios fi lios, ꝛ cuiuslibet eoꝝ stirpem, seu prolem pro rata sua, qđ non es set si illi nepotes do. Bernardini filij predefuncti excluderentur, stirps. n. ꝛ proles do. Bernardi nihil haberet contra verosimileꝫ mentem testatoris. Sic igit̄ videtur ꝙ etiam illi nepotes sub ver

3 bo filios, dicant̄ vocati, †cum dispositio testōris sit ipsis filijs fa uorabilis, iuxta doctri. Bar. in. l. liberoꝝ. ij. col. ver. aut eis pro uidet ꝛc. ff. de verb. signi. que opinio ɔcquid dicat suprascriptus excel. Consultoꝛ est magis cōmuniter approbata, vt per Alex. in consi. ix. visis. i. ꝛ ij. col. i. vol. Jas. in. l. gallus. §. instituēs. v. ꝛ vj. col. ff. de lib. ꝛ posthu. ꝛ in cōsi. xcij. Joānes. iij. col. iij. volu. ꝛ per Dec. in consi. cccxcj. in casu proposito. ij. col. ꝛ ſm illam opin. ego pluries consului, qꝛ semper mihi visa est vera, nisi aliqua ratio vr geat in contrarium. ¶ Istis tñ non obstan. verius arbitroꝛ, quod supra per do. Consultorē, ꝛ recte, vt puto firmatum fuit. ¶ Et vl tra fundamenta eius ingeniose deducta moueoꝛ pulchra, ꝛ ni fal loꝛ concludenti ratione, que precipue me induxit in hanc opinio.

4 †nam volūtas testōris censetur fuisse talis circa fideicōmissuꝫ, vt sit cōformis iuris dispōni ab intestato, ita voluit Bar. in. l. here des mei. §. cū ita. in. iij. oppos. ff. ad treb. put ibi declarant Alex. patruus meus Soc. ꝛ alij. Et maxime hoc procedit qñ sic inter pretando stamus proprietati verboꝝ a testatore prolatoꝝ, ꝛ ali ter capiendo ab ea recederemus, put declarat Alex. in. d. §. cum ita. refert, ꝛ magis declarat Curt. iuni. in consil. cxxviij. presuppo nitur in facto. iij. col. ver. ꝛ lꝫ circa intellectū. sed in proposito pre dicto Michaeli ab intestato succederent, solū filij superstites pre

5 defunctoꝝ fratrum, †non autem cū illis admitterentur nepotes. d. do. Bernardi predefuncti fratris, cū sint in gradu proximio res, iuxta auc. post fratres. la. ij. ꝛ in corpore vnde sumitur. C. de

6 legi. her. †Nec enim tunc illi nepotes representabūt personaꝫ eo rum patrū, aut in eoꝝ locum subintrabunt, qꝛ representatio inter transuersales solū reperitur in iure permissa, qñ qui vult represen tare tractat de succedēdo patruo, amite, auūculo, vel matertere, qui sunt fratres, aut sorores patris, vel matris eius predefuncte, ꝛ dicuntur ebij, vt est tex. in aucté. de heredib. ab intest. veni. §. re liquum. maxime in ver. huiusmodi priuilegium ꝛc. ꝛ ibi doc. tra dunt, ꝛ Deci. in cōsil. i. memini. ꝛ Curt. iunioꝛ in consil. lvij. J. alle gando. v. colū. quod in casu isto non esset, qꝛ Michael nuper de functus, de cuius hereditate agitur predictis nepotibus sui, fra tris non dicitur patruus. Sicut ergo nepotes predicti ab intesta to in nihilum succederent exclusi a pximioribus, ita in dubio cre dendū est ꝙ testatoꝛ noluerit eos ad fideicōmissuꝫ vocare. ¶ Et presertim, qa sic interpretando stabimus proprietati sermonis,

7 †cum proprie nepotes nō veniant appellatione filioꝝ, alio enim nomine appellantur filij, alio nepotes. l. quid si nepotes. ff. de te stamen. ꝛ §. penul. insti. eo. titu. ¶ Et per hāc viam propter ratio nem predictam puto limitādam esse opinionem Bar. in. d. l. libe rorum. qꝛ non procedit qñ ita interpretādo testatoꝛ diceretur ali ter per fideicōmissum vocare, quam ab intestato vocarentur, tūc enim vt pariter vocet, ꝛ sic iuri cōmuni sit conformis, dicemus ꝙ appellatione filiorum non continētur nepotes, ꝛ ita signanter ar guit, ꝛ cōcludit Areti. in consi. cxlvj. respondendo sūmatim. ꝛ il lum refert, ꝛ multum notādo sequitur Curt. iun. in consi. lvij. ha bita diligenti. iij. colū. ¶ Posset etiam pro ista opinione allega ri similiter vltra cōsulentem pulchra doctri. patrui, ꝛ do. mei So ci. in. l. gallus. §. instituens. in fi. de liber. ꝛ posthu. dum respōden do ad. l. cū pater. §. hereditatem. el. i. ff. de lega. ij. vult ꝙ effectua liter nepotes non veniant appellatione filiorum, qñ supersunt fi lij, de quibus testatoꝛ mētionem fecit, quod etiam videtur sequi Jas. sibi in. vj. colū. ver. istam solutionem, seqtur do. Alexā. idem etiam videtur velle Corne. in consil. clxxxij. videtur prima facie. iiij. colum. scđo volu. ꝛ in consi. cxxxi. videtur prima facie. ij. colū. iij. volu. quod nihil aliud est dicere, nisi ꝙ lꝫ alias appellatione fi liorum veniant nepotes, non tñ sic veniunt, vt cum filijs concur rant, vnde cum in casu isto extent filij predefunctorum fratruꝫ di cti Michaelis nepotes cum illis non debent concurrere. Et li cet hoc dictum sic simpliciter positum apud me sine dubitatione non transeat, ꝛ in eo non faciam maximum fundamentum, tñ pla cuit illud cum precedenti deducere propter auctoritatem predi ctorum, ꝛ qꝛ pulchrum est si est verum ad limitationem doctrine Bar. in. d. l. liberoꝝ. de verbo. significa. ¶ Non ob. modo alle gata in contrarium, qm̄ recte intuenti ex predictis clara colligi tur responsio, nam dum dicitur ꝙ cōclusioni nostre repugnare vi debatur verosimilis mens testatoris, istud omnino negatur, quia immo verosimilis mens eius est in contrarium, qꝛ creditur se vo luisse conformare cum dispositione iuris, vt. s. illi vocentur, qui ab intestato succederent, vt supra dictum fuit. ¶ Nec dicitur testa toꝛ fecisse differentiam inter filios, qꝛ istud omnibus contingere potuisset, sic enim dicitur cuiuslibet filiorum predefunctorum fi lios vocasse, vt sic etiam nepotes comprehendi possint, eo tñ mo do, ꝛ ordine, quo ei qui nuper defunctus fuerit ab intestato succe derent ſm primam rationem, vel ita, vt tñ nepotes cum filijs non

8 concurrant ſm rationem scđam. ¶ † Nec quicquam obstant illa verba per stirpem, ꝛ nō per capita, qꝛ per illa verba non vocan tur plures persone, quam vocate essent sine eis, nec alteratur in aliquo dispositio, sed solum importāt ꝙ si ex vno filio testatoris predefuncto extarent plures filij, ꝛ ex alio vnus tantuꝫ quod non vocentur viriliter, ꝛ per capita, sed per stirpem, ꝛ sic ꝙ illi plures pro vno debeant reputari, ꝛ hoc probatur in. §. i. in aucten. de he redi. ab intesta. venientib. ꝛ in auctenti. in successione. C. de suis, ꝛ legi. iuncta dicta auctent. post fratres. la scđa. C. de legi. hered. ꝛ tex. in corpore vnde illa sumitur. ¶ Ad doctrinā autem Bar to. in. d. l. liberoruꝫ. responsio est clara, qꝛ licet illa simpliciter lo quendo bene procedat, debet tñ limitari nisi per illam interpreta tionem aliter vocarent̄, quam ab intestato succederent, vt in pri mo fundamēto. s. posito, vel etiam, nisi concurrāt cum filijs, quos expresse testatoꝛ vocauit, qꝛ tunc cum eis nepotes non concurre rent, vt in secundo fundamento dictum fuit. Laus Deo.

Soci. nepos Padue legens. 1537.

## ❧ CASVS ❧

¶ Pars testamēti do. Jo. francisci de godaldis de Brixia ita di ctat, item legauit Faustino, ꝛ Francisco de laude eius nepotibus duc. 1200. ꝛc. itē legauit Godaldo, ꝛ Gabrieli de velocio simili ter eius nepotibus ducat. 1000. ꝛc. ꝛ postea dr̄, ꝛ quibus eius ne potibus, tam de Velocio, ꝙ̄ de Laude substituit in. d. legatis fi lios ipsoꝝ masculos legitimos, ꝛ naturales, ꝛ ex ltimo matrimo nio procreatos, quos inuicē substituit in. d. legatis, ꝛ filios ipsoꝝ legitimos, vt. s. in infinitum. Et casu quo deficerent masculi legi timi ꝛc. vt. s. taꝫ ex. d. de Velocio, quā de Laude ꝙ. d. legata re uertantur ad infrascriptos eius heredes ꝛc.

¶ Post mortem testatoris ante exactionem predicti legati facti illis de Velocio, decessit Gabriel sine filijs superstite fratre eius Godaldo, qui nunc filios habet masculos.

¶ Dubitatur nunqd ipse Godaldus aliquo iure sit admittendus ad petitionem totius lega. duc. 1000. sibi, ꝛ fratri eius relictoꝝ, ꝛ consultum fuit per excel. doctorem ꝙ admittatur, cuius consilij copia cum alijs scripturis transmittitur, ꝛ vbi iustitia patiatur pe titur subscriptio, ꝛ comprobatio predicti consilij.

Summarium.

## SVMMARIVM

¶ De legato quando. s. transmittatur ad heredes.
¶ Et quando in eo dicantur duo coniuncti re, & verbis.
¶ Et an inter eos hẽat locũ ius accrescẽdi, vel ius nõ decrescẽdi.
¶ Et vtrum ista verba si deficerent descẽdentes ex talibus requiratur nullum extare.
¶ Et gñaliter de pluralitate an resoluatur in singularitates.

1 Legatarij non sunt inter se ad inuicem substituti quando testator fecit reciprocam substitutionem inter filios, & descendentes legatariorum, & non inter ipsos legatarios.
2 Pluralitas in singularitates resoluitur.
3 Jus accrescendi per substitutionem tollitur.
Argumentum ab ordine scripture valet.
Substitutus prefertur venienti per ius accrescendi.
4 Heres factum defuncti improbare non potest.
Legatariũ post diẽ legati cedentẽ decedens ad hr̃des trãsmittit.
5 Coniuncti re & verbis qui dicantur.
6 Res eandem pluribus simpliciter relicta quõ censeatur relicta.
7 In coniunctione verbali portio cum suo onere accrescit.
8 Argumentum valet a partium enumeratione.
9 Dos debet esse vbi sunt onera matrimonij.
10 Causa limitata limitatum producit effectum.
Limita vt. j. nume. 12.
11 Dispositio conditionalis nisi impleta ↄditione non sortit̃ effcm̃.

## CONSILIVM CL

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Viso puncto cum scripturis ad me transmissis, ac etiam eleganti cõsilio excellentissimi consultoris. ¶ Eius cõclusio pmo aspectu visa est dubia, nam contra eam plurimum videtur facere, ꝙ do. Joã. franciscus de godaldis testator postq̃ fecerat legata illis de Laude, & istis de Velocio, suis nepotibus ex sororibus, predictis suis nepotibus legatarijs substituit filios ipsorum masculos legitimos & naturales, & statiȝ subdit quos inuiceȝ substituti in dictis legatis, & filios ipsoꝝ legitimos &c. in infinitum. † Nam ex quo testator fecit reciprocam substitutionẽ inter filios, & descẽdentes legatarioꝝ, & non inter legatarios arguitur, ꝙ illi inter se non sunt inuicem substituti argu. l. vnice. §. finautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & c. ad audientiam. de deci. si enim voluisset legatarios inuicem substituere vtiq; id dixisset, quemadmodum dixit de filijs descendentibus ipsoꝝ legatarioꝝ, vnde cum non dixerit credit̃ noluisse per dicta iura. ¶ Facit optime. c. inter corporalia. post medium. de trãslatio. episcopi. Si igitur Godaldus, & Gabriel non sunt inuicem substituti videtur ꝙ decedente Gabriele sine liberis portio sua redeat ad heredes institutos mediante substitutione de eis facta in ver. & casu quo deficerent masculi &c. illa eniȝ verba videntur importare, ac si dictũ fuerit, & decedentibus masculis sine liberis masculis &c. † Que generalitas, siue pluralitas videtur resoluenda in suas singularitates, argu. l. falsa. §. fin. ff. de condi. & demon. & eorum, que tradunt Bart. & alij in. l. pen. C. de impube. & alijs substitu. & Alex. Jas. & moder. in. l. heredes mei. §. cuȝ ita. ff. ad trebel. & in specie videtur decisio Alex. in consil. xcj. Ponderatis his. iij. col. versi. probatur & hoc aperte. lib. i. & sic vr̃ pinde esse, ac si fuisset dictũ, ꝙ quolibet ex dictis legatarijs, vel eoꝝ filijs sine filijs decedente legatuȝ scilicet pro sua portione redeat ad heredes institutos vigore expresse substitutionis de ipsis heredibus facte, vt dixi, ꝑpter quaȝ videt̃ ꝙ non sit locus iuri accrescendi, siue non decrescendi. † non enim est dubium regulariter ius tale tolli per substitutionẽ. l. vnica. §. in primo. §. pro secundo. & §. finautem aliquid. C. de caduc. tollen. duȝ in dictis locis dicit̃, nisi substitutus, vel coniunctus &c. sumpto argumento ab ordine scripture, iuxta. l. quotiens. in prin. ff. de vsufru. & l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liberta. & ꝙ substitutus preferatur venienti per ius accrescendi est tex. in. l. scda. §. si duo. ff. de bonoꝝ possessio. secun. tabu. & in auc. hoc amplius. C. de fideicõmis. ¶ His tamen non obstantibus verissimaȝ arbitror conclusionem per dominum consultorem firmatã, vt scilicet portio legati, que ad predictuȝ Gabrielem pertinebat omnino pertineat ad Godaldum fratrem heredem, & collegatarium eius, & consequenter ꝙ ipse iuridice ad petitionẽ totius legati debeat admitti. ¶ Et pro declaratione veritatis considero, ꝙ aut volumus, ꝙ Gabriel agnouerit pro sua parte legatum, aut ante acceptationem mortuus fuit. ¶ Primo casu non est dubium, ꝙ illud seu partem ad se spectantem transmisit ad suum heredẽ vna cum ceteris iuribus hereditarijs iuxta definitionem hereditatis de qua in. l. nihil aliud. ff. de verbo. signifi. & in. l. hereditas. ff. de regu. iur. & isto casu predictus Godaldus non posset talẽ legati partem respuere, † cum heres factum defuncti sui auctoris improbare non possit, iuxta nota. in. l. cum a matre. C. de rei vendi. ¶ Secundo vero casu debet ↄsiderari, ꝙ aut legatarius decessit postq̃ dies legati cesserat, & tunc etiam ad fratrem heredem transmisit. l. si post diem. in prin. ff. quando dies lega. ced. & l. vnica. §. cuȝ igitur. C. de cadu. tollen. cum simi. ¶ Posset tamen isto casu per heredem legatum repudiari, cum a legatario non fuerit acceptatuȝ, & in hoc differt a casu precedenti. vt. l. si fundum sub conditione. §. si titius. ff. de lega. i. licet ibi glo. aliter sentiat tex. illum destruendo (vt arbitror) quod etiam probatur in. l. liberto. lxxx. ff. de bon. liber. licet talis repudiatio alicui preiudicare non possit, vt ibi dicitur de patrono. ¶ Et si repudiaret vt heres posset tamẽ ex propria persona illud habere. l. si mihi & tibi. in princi. ff. de legatis. i. ¶ Aut decessit anteq̃ cederet dies legati, & tunc in persona ipsius dicitur legatum extingui, sed portio sua pertinet ad collegatarium, & sic in casu nostro ad Godaldum fratrem iure accrescendi, siue proprius loquendo iure non decrescendi, nam Godaldus & Gabriel in legato eis facto de mille ducatis fuerunt ↄiuncti re, & verbis. † Dicitur enim in testamento, item reliquit Godaldo & Gabrieli ducatos mille &c. & sic sub vna rei expressiõe simpliciter, & vnica verbi prolatione fuit factum legatum, merito dicuntur cõiuncti re, & verbis, iuxta. l. triplici cum ibi traditis per glo. Bar. & alios. ff. de verbo. significa. & plene tradunt Bar. & alij, maxime Jas. & Joan. crot. & in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. & in specie Jas. ibi in. iij. col. dicit ꝙ re & verbis coniuncti dicuntur, quãdo duobus eadem res simpliciter in eadeȝ oratione legatur sine partiuȝ assignatione, put proprie fuit in casu nostro, vt ex predictis ↄstat. ¶ Et licet multi tenuerint hoc casu non dici cõiunctos re & vbis, ſȝ vbis tm̃, vt Petr. Cy. & alij quidam, & eoꝝ opinio videatur in puncto iuris substantialis. Tamen cõmunis opi. est, ꝙ sint ↄiuncti re & verbis. & tradit Jas. plene istum punctum disputãdo in. d. l. re coniuncti. mihi col. xxj. cum. iij. seq. in versi. tertius articulus principalis. ¶ Et hoc stante si Gabriel ad legatum pro sua parte non fuit admissus debet omnino illius portio ad Godaldũ fratrem & collegatarium pertinere iure non decrescendi, vt dicũt docto. † quia quando duobus eadem res simpliciter legatur cuilibet censetur insolidum relicta, sed si vterq; veniat ad legatum faciunt sibi partes per concursum, & si vnus repudiet, aut admitti non possit, tota res remanet apud alterum suo iure non diminuta per alterius concursum, eo ꝙ tota ei fuerat, vt dixi, relicta ab initio, & sic ex re sibi simpliciter & insoliduȝ relicta nihil dicitur decrescere, & istud est, ꝙ doct. nostri dicunt remanere per ius non decrescendi, hec omnia apertissime probantur in. l. vnica. §. finaũt disiũctim. cum seq. vsq; ad. §. que autem. C. de cadu. tollen. & hoc procedit in casu nostro, vel simili ƒm opin. Bart. & magis cõmunem in. d. l. re coniuncti, † licet aliqui voluerint, ꝙ imo remaneat proprie per ius accrescendi attenta coniunctione verbali, ꝑpter quã dicit portio cum suo onere accrescere, vt tradit Jas. in. d. l. re coniuncti. col. xxvij. & seq. in versi. circa coniunctos re & verbis simul. & illud videtur velle Saly. in. d. l. vnica. §. finautem disiunctim. in vltimis verbis. C. de cadu. tollen. ¶ Sed quicquid sit circa predictas difficultates, siue velimus in casu nostro esse coniunctos re & verbis, siue verbis tantum, & quod habeat locum ius accrescendi, siue ius non decrescendi, satis est, quod portio Gabrielis vno vel alio iure pertinere debet ad Godaldum fratrem, & collegatarium eius. ¶ † Et sic ex predictis arguendo a partibus sufficienter enumeratis, iuxta. l. patre furioso. & nota. ibi per Bartolum ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. cum similibus, siue Gabriel decesserit post acceptationem legati, siue antea, & siue post cessionem diei, siue antea, semper & quolibet casu portio sua dicitur pertinere ad predictum Godaldum fratrem, aut vt heredem, aut vt collegatarium eius secundum quod supra ostensum fuit.

¶ Sola difficultas remanet in remouendis allegatis in contrarium. ¶ Quare pro ipsorum resolutione aduertendum est, quia primo dici potest ad id quod in contrarium dicebatur, quod immo predicti fratres fuerunt inuicem substituti.

¶ Vel expresse referendo illa verba, quos inuicem substituit &c. ad ipsos fratres principales legatarios, vt supra etiam per Consulentem dictũ est, attento maxime, ꝙ imediate subditur. & filios ipsorum &c. intelligendo ipsorum. s. legatariorum, & non filiorum ipsoruȝ legatariorum, licet aliter quidam credant. ¶ Vel saltem

tacite ex coniecturata mente ipsius testatoris, vt similiter per dominum consulentem dictum fuit. ¶ Ad quod (vltra deducta per eum) non paruam prestat coniecturam, quod testator videtur fecisse legatum predictum, vt predictos Godaldum et Gabrielem remoueret ab omni iure, quod eis competeret aduersus dictum testatorem, vt patet in dicto testamento, in versi. et hoc pro omni eo, et toto, quod predicti de velocio recipere possent, et petere etc. ex quo demonstratur, quod intentio testatoris erat, quod legatum cum tali iure quodammodo compensaretur, etiam quod forte legatum esset longe maius propter quod videtur, quod omnino debeat totum pertinere ad Godaldum superstitem, cum omne ius, quod ambo viuentes habebant contra testatorem remanserit apud ipsum Godaldum, cum sit heres Gabrielis fratris eius, vbi enim seu apud quem reperitur ius aduersus testatorem, et eius bona, debet reperiri legatum, 9 quod secum habet onus predicti iuris remittendi. ¶ †Sicut in simili dicitur, ibi dos esse debet vbi sunt onera matrimonij, que dos secum habere solet. l. si is. §. ibi dos. ff. de iure dotium. iuncta. l. pro 10 oneribus. C. eo. titu. ¶ †Facit quod dicitur limitata causa seu dispositio limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domi. et. l. ij. vbi Bald. ff. de serui. export. cum similibus. Si igitur sunt inuicem substituti, non est dubium omnia allegata in contrarium tolli, immo recte intuendo retorquetur, cum substitutus ante omnes preferatur, vt in allegatis in contrarium dicebatur.

¶ Sed licet ista opinio, quod predicti fratres dicantur inuicem substituti de iure procedere possit per predicta, et etiam mediante grauamine, illis post mortem omnium iniuncto de toto legato, iuxta l. titia seio. §. seia libertis. ff. de legatis secundo. et ea que tradunt docto. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellia. vbi aliquando plene de materia scripsi, et in. l. penul. C. de impube. et alijs substitutio. prout per dominum consulentem plene fuit tractatum. Tamen his omnibus pretermissis, et posito quod d. fratres per testatorem non dicantur inuicem substituti nec expresse, nec etiam tacite, et sic posito quod predicta prima responsio de iure non procedat, absque tamen veritatis preiudicio, secundo loco ad contraria respondetur, quod portio Gabrielis pertinet ad Godaldum, vel vt ad heredem, vel vt collegatarium eius secundum quod supra deductum fuit. ¶ Et dum dicebatur, quod ante eum debent admitti heredes instituti mediante expressa substitutione, de eis facta in hunc casum. ¶ Respondetur et ni fallor multum de plano negando, scilicet quod ipsi heredes in casum, qui euenit dicantur substituti, et verissimum arbitror, quod casus, seu conditio substitutionis, de ipsis heredibus facte non euenit, et conditio non est impleta, quo posito res clarissi-11 ma est predictos heredes admitti non posse, †quia donec conditio alicuius dispositionis impleatur, dispositio conditionalis non potest sortiri effectum, sed pro eius essentia, et effectu, requirit omnino implementum conditionis. l. cedere diem. versiculo vbi sub conditione. ff. de verborum significatio. l. hec venditio. in principio. ff. de contrahenda emptione. et videtur text. in. l. qui heredi. §. plautius. vbi Barto. et patruus meus Soci. tradunt. ff. de conditio. et demonstratio. cum multis concordantibus, qui allegari possent. ¶ Hoc autem, quod predicte substitutionis conditio, non sit impleta, in quo stat pondus presentis consultationis clare ostenditur. Nam heredes instituti sunt substituti in predicto legato, casu quo deficerent masculi, ex legitimo matrimonio procreati ex dictis de Velocio etc. qui casus nondum euenit, seu que conditio non dicitur impleta, nam dicta conditio debet intelligi post mortem istorum fratrum de Velocio, quia donec aliquis eorum viuit non potest dici defecisse masculos, ex eis legitime procreatos, etiam quod nullos tunc haberent, quoniam possent procreare, vt est clarum. Sed adhuc superest predictus Godaldus, ergo etc. et hoc puto clarissimum. Quinimo, vt audio, iam extant masculi ex dicto Godaldo legitime procreati, merito sequitur tales masculos non de-12 fecisse, et consequenter conditionem non esse impletam. ¶ Nec ob. que contra hoc facere videntur ex allegatis in contrarium, videlicet quod pluralitas, seu generalitas debet resolui in suas singularitates per regulam. l. falsa. §. fina. de conditio. et demonstratio. cum alijs supra allegatis in contrarium. Quia respondetur, quod predicta regula non procedit in casu nostro, nec mihi videtur, quod sit locus disputationis an regula illa locum habeat, nam illa disputatio fieri solet, quando pluralitas simpliciter ponitur respectu certarum personarum, puta Stichum, et Pamphilum si mei erunt lego, vt d. §. fina. vel Titio et Sempronio mando vt post eorum mortem restituant, vt. l. lucius. §. gaio. ff. ad trebel. vel aliter vt in casu. l. fi. §. filium. ff. de lega. ij. in istis enim et similibus casibus pluralitas resoluitur in singularitates. ¶ Vel fit etiam disputatio si dicatur, si ambo, si vterque, vel si omnes decesserint, et tunc l3 regulariter non fiat talis resolutio, quia sunt nomina collectiua, tamen aliquando ex coniecturis fieri debet, vt per docto. in. d. l. penul. C. de impube. et alijs substitu. et in. d. §. cum ita. ad trebel. In quibus casibus atque etiam in alijs plurimum mihi placet vt dicamus fieri, vel non fieri resolutionem in singularitates secundum quod potest colligi ex coniecturata voluntate testantis, vt sensit Fely. in. c. omnes. prima distin, secundum quod refert et sequitur Curt. iunior in. d. l. pen. in secundo premis. ¶ Vel etiam vt dicamus regulariter talem resolutionem non fieri nisi identitas effectus, vel rationis ad talem resolutionem, nos inducat, vt voluit Jas. in. l. gallus. §. quid si is. iij. col. versi. in principali articulo. in prima lectu. ff. de libe. et posthu. Sed in casu nostro non videtur locus disputationi predicte, quia illa pluralitas, si deficerent masculi etc. non ponitur simpliciter respectu certarum personarum, sed in genere respectu descendentium masculorum ex predictis legatarijs non referendo se particulariter ad certos homines puta, ad Titium, et Sempronium etc. nec de morte certorum hominum loquendo, sed generaliter de defectu hominum certi generis. Fuit enim dictum, si deficerent masculi, legitime procreati ex dictis legatarijs, qui casus non euenit, cum vt iam dixi, tales masculi non defecerint, et ni fallor magna est differentia, an dicatur respectu Titij, et Sempronij, si decesserint sine liberis, an vero dicatur, si linea talis, siue descendentes ex talibus deficiant. ¶ Nam primo casu vno sine liberis mortuo potest conuenienter disputari, an pro sua rata sit locus dispositioni, quia verum est eum sine liberis decessisse. ¶ Secundo vero casu non sic, quia donec aliquis superest clara est non defecisse descendentes ex talibus, testator enim defectum talium personarum considerauit, vbi in primo casu potest dici, quod mortem cuiuslibet particulariter considerauerit. ¶ Nec tunc obst. decisio Alex. in dicto consil. xcj. in contrarium allegato. Quia primo posset dici talem decisionem esse dubiam, quia videtur contra predicta. ¶ Sed posito quod sit vera, dico quod ibi Alex. solum disputat illud ad cognoscendum, vtrum inter illos plures, sit inductum tacitum reciprocum fideicommissum, de quo in casu nostro non est opus disputare, vt ex predictis constat. ¶ Vel secundo dico et de plano tollitur omnis difficultas, quod decisio Alex. procedit quando persona superstes non succedit predecedenti de iure communi, vt erat in casu suo, prout ipsemet statim ibi dicit, et declarat in versicu. et hoc procedit. sed in casu nostro Godaldus superstes, et post eum eius filij ab intestato de iure communi succederent Gabrieli predecedenti, prout re ipsa Godaldus successit, ergo non sumus in casu do. Alex. et consequenter eius auctoritas videtur pro hac conclusione nostra. Et ista prima responsio bene intellecta quadrabit cuilibet sensato homini, et tollet omnem difficultatem. ¶ Sed etiam aliter responderi potest posito milies, quod etiam in casu nostro posset habere locum predicta disputatio. Quia potest primo dici quod pluralitas non resoluitur in singularitates, quando illa respicit vnum communem effectum, prout post Jac. but. determinat Bar. in. d. l. falsa. §. fi. et cum eo tenuerunt communiter doc. vt ibi refert Imol. licet ipse videatur aliqualiter dubitare. Sed hic respicit vnum communem effectum. s. legatum, de quo agitur, ergo etc. ¶ Vel secundo responderi potest quod talis resolutio non fit quando ex ea resultaret absurdum, aut aliquid contrarium rationi, vel menti testatoris, vt egregie firmat Bal. in. d. l. pen. C. de impub. etc. iij. col. versi. modo generalius etc. sed in casu nostro resultaret absurdum, et contra verosimilem mentem testatoris, vt ex predictis constare potest, ergo etc. ¶ Vel et tertio potest responderi, quod predicta resolutio in singularitates non debet fieri, quando superest persona que ex verosimili mente testatoris excluderet substitutum secundum quod Bar. et alij doc. dicunt in. d. l. pe. et in. d. §. cum ita. ¶ Et dicunt tunc talem superesse personam, quando superest aliquis ex grauatis, qui decedente ab intestato succederet excluso substituto, vel cum decedente esset coniunctus ita vt inter eos esset locus iuri accrescendi, vt per doc. in dictis locis, et refert et sequitur Corne. in consil. xciij. Licet posset instari. iij. col. ver. Potest autem dubitari. iij. vol. Et illud de iure accrescendi in specie dixit Bar. in. l. codicillis. in prima opposi. ff. de vsufruc. lega. ¶ Sed in casu nostro superest Godaldus, qui fratri ab intestato succederet, et ita in legato per mediam eius personam succederet testatori excluso substituto, et cum fratre habebat ius accrescendi, siue non decrescendi, quod est fortius, ergo etc. ¶ Et ita in simili declarat in casu suo Corne. in dicto consilio. xciij. ¶ Et ex his, et alijs per consulentem deductis arbitror vna cum eo non esse locum substitutioni facte de institutis heredibus, sed portiones predecedentis Gabrielis omnino spectare ad predictum Godaldum fratrem heredem, et collegatarium eius, et successiue postea ad eius filios legitime procreatos. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens.

Casus

## CASVS

¶ In testamento ser Antonelli gatisci de Montagnana due eius filie pro duabus tertijs partibus, videlicet domina Bernardina, & domina Violantes, & pro alia tertia parte ser Antianus frater testatoris fuerunt instituti.

¶ Et post aliquas substitutiones particulariter hincinde factas inter predictos heredes fit vltima substitutio per ista verba. vz. & si dicte filie, vel descendentes ex eis legitimi & naturales, & dictus ser Antianus, vel descendentes ex eo legitimi & naturales mascu li, venientes per lineam masculinam non extarent, tunc voluit, ius sit, & ordinauit, quod fructus omnium suorum bonorum dispensentur per suos cómissarios in puellis maritandis &c. vt latius in testa mento continetur.

¶ Contigit ser Antianum superstite sibi filio masculo decessisse, q postea sine liberis masculis legitimis, & nalibus decessit superstiti bus pdictis filiabus testoris, seu ex illis descédentibus masculis.

¶ Queritur nunquid ad portionem predicti ser Antiani, que ad fi liú eius puenerat, possint pdicte filie, siue ex eis descédétes mascu li aliquo iure aspirare, & illam obtinere vigore fideicómissi.

## SVMMARIVM

¶ De tacito & reciproco fideicómisso quando. s. inducat per sub stitutionem factam post mortem pluriuz. Et quod positi in condi tione sub qualitate masculinitatis censeantur vocati.

1 Substitutio facta de aliquo expirat deficiente códitione sub qua erat facta, & amplius non resurgit.

2 Substitutio que non reperitur facta non subintelligitur etiam quod testator illam facere cogitauerit.

3 Substitutio nulla dicitur esse facta que in testamento non legitur vide infra numero. 9.

4 Substitutio quando fit in tota hereditate post mortem plurium institutorum, vel substitutorum, quorum aliquo decedente alij superstites ex verosimili mente testantis excludunt substitutuz fideicómissum reciprocuz dicitur esse inter eos quibus fit sub stitutio, vide. s. numero. 11.

5 Fideicómissum reciprocuz vt inter aliquos inducat que requirant.

6 Substitutio quod fiat ab vltimo moriente, vel quod fiat post mortem omnium paria sunt.

7 Filij excludunt substitutos.

8 Testatoris affectio cognoscitur ex ordine instonis & substonis.

10 Filij positi in conditione non dicuntur vocati sm cómunem opi. Limita, vt infra nu. 12.

## CONSILIVM CLI

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis & iustitie. ¶ Inspectis xbis testa menti, de quo in puncto, & simul etiam ontingentia facti bene considerata dubia visa est resolutio pre sentis onsultationis, & ego super ea aliquandiu an ceps fui. Etenim primo aspectu videbatur aperta fronte conclu dendum predictas filias, seu ex eis descendentes masculos nullo modo admittendos esse, nam illi videntur vocati tantum in casu, quo ser Antianus decederet sine descendentibus per lineam ma sculinam, vt patet in dicto testó in versi. & si dictus ser Antianus 1 decederet sine filijs &c. † qui casus nó euenit, qz predicto ser An tiano fuit superstes eius filius legitimus, & naturalis, merito sub stitutio de filiabus testatoris, & earum descendentibus expirauit deficiente onditione sub qua facta erat. l. qui heredi. §. plautius. & ibi Bar. & alij tradunt. ff. de condi. & demó. & licet dictus filius ser Antiani postea decesserit sine liberis legitimis & naturalibus ex eo tamen substitutio, que iam euanuerat non resurgit arg. l. filius fami. §. cum quis. ff. de leg. i. & videtur tex. in. l. cum vxori. C. quan do dies leg. ced. quem ad hoc ita firmando allegat Oldr. in onsil. xxj. Thema tale est. & ita in terminis, plures olios allegando fir mat Deci. in onsi. ccxvij. In casu ad me transmisso. ij. colum. in fi. ¶ Nec videtur quod ex verbis testamenti dum dicitur, & si dicte fi lie vel descendentes ex eis &c. de quibus in puncto, possint predi 2 cti descendentes filiaruz aliquo modo venire. Quia in dictis ver bis ipsi non vocantur, neqz de eis fit aliqua substitutio, † & alias dicitur quod substitutio, que in testamento non reperitur facta per nos subintelligi non debet, etiam si diceremus, quod testator illam facere cogitauerit, quia non sufficit testatorem quid voluis se, aut cogitasse, nisi aliquo modo illud disposuerit. l. quidam cuz filium. & ibi tradunt docto. maxime Bal. & Imol. ff. de heredi. in stituen. & tradit Alex. & multum not. in. l. iij. in fi. C. de libe. prete ri. cum concordantibus, vt per Deci. in consilio. lxxxix. Viso pun 3 cto. v. colum. ¶ † Hinc in materia substitutionis solet ista regu la tradi, vt scilicet substitutio nulla dicatur facta, que in testamen to non legitur, prout hanc regulam post multos per eum relatos tradit patruus, & dominus meus Soci. in consil. lxij. Viso capitu lo. iij. colú. iij. volu. & insignis moder. Lancel. galia. in. l. centurio. colum. lxvj. ff. de vulgari & pupilla. Cum igitur in proposito post mortem filij dicti ser Antiani, etiam sine liberis non reperiatur, facta aliqua substitutio de descendentibus predictarum filiaruz, sequitur quod nos per interpretationem non debemus posse subau dire. ¶ His tamen non obstantibus maturius mentem testato ris intuendo, & iuris regulas diligentius considerando otrariam sententiam vti de iure veriorem amplector, & sic concludo, quod immo decedente filio predicto ser Antiani sine liberis legitimis filie testatoris, seu ex eis descendentes dicantur per fideicommis sum vocari ad portionem, quam habuit dictus ser Antianus in hereditate predicti testoris, & hoc vigore taciti, & reciproci fidei commissi inter descédentes institutorum heredum, virtualiter per testatorem facti, & contenti in illa vltima substitutione, dum in te stamento dicitur, & si dicte filie, vel descendentes ex eis legitimi, & naturales masculi non extarent, tunc voluit, iussit, & ordinauit, quod 4 fructus omnium suorum bonorum dispensentur &c. ¶ † Etenim vera, & communis conclusio in iure nostro est, quod quando fit substi tutio in tota hereditate post mortem plurium institutorú vel sub stitutorum, quorum aliquo decedente alij superstites ex verosimi li mente testatoris debent excludere substitutum, iuxta. l. penulti. cum sua materia. C. de impube. & alijs substitu. dicitur inter eos, quibus fit substitutio inductum reciprocum fideicómissum, ita fir mat egregie patruus & dominus meus Socin. in. l. hrdes mei. §. cum ita. iij. colum. in versi. aliquando & tertio. ff. ad trebell. & istud iuridice & concludenter probat, ad quem me refero. ¶ Qui etiaz subdit quod ista conclusio non deuiat ab intentione Bar. sed ex mé te eius procedit, vt per eum, qui eandem opinionez firmat in con silio. ccxlix. Materia presentis cósultationis. vij. & viij. col. ij. vo lumi. & maxime in versicu. secundo respondeo, quod substitutio. & sm eum in vtroqz loco exemplum erit, quando instituti, vel substituti sunt filij descendentes testatoris, nam tunc in fauorem filiorum, & aliorum descendentium superstitum dicitur tacitum fideicommis sum inductum, cum illi ex verosimili mente testantis debent exclu dere substitutum, & ad hoc ipse Socin. & iura, bene probantia, & plures docto. allegat, dicens quod ita est cómunis opinio a qua in iu 5 dicando recedi nó debet. ¶ † Et vis stat in eo quia predictis in teruenientibus dicitur facta substitutio in effectu vltimo morien ti, vt ipse ibi concludit, & ita virtualiter interueniunt illa tria, scili cet quod post mortem plurium vltimo morienti, & in tota hereditate dicitur facta substitutio, que solent requiri vt inter aliquos dica tur inductum reciprocum fideicómissuz, iuxta. l. titia seio. §. seia li bertis. ff. de lega. ij. in quo tex. sm omnes probatur predicta oclu sio. ¶ Et hanc eádem opi. egregie firmat Curt. iun. in onsilio. xvj. Presupponitur in facto. ij. col. ver. premissis tñ non obstátibus. & idem generalius ét loquendo determinat in onsil. clvj. In testa 6 mento odito. ij. col. versi. item est alia cómunis oclusio. † Dicens quod sm cóem opi. paria sunt quod substitutio fiat ab vltimo moriente, & quod fiat post mortem omniú, vt per eum. ¶ Et hanc eandem opi nionem tenet Ias. in consil. xxxiij. Factum sic se habet. i. volu. & vt ipse ibi dicit fuit opin. Pau. de castro in. d. l. penulti. C. de impu be. &c. & ita ego tenendum duxi. d. §. cum ita. in. iij. notabi. ¶ His sic stantibus dico & concludo, quod in casu nostro vt supra est cóclu dendum. Nam substitutio facta fuit virtualiter in tota heredita te, qz dictum est, quod fructus omnium bonorum dispensentur &c. in illa. n. vniuersalitate nihil dicit exclusum vulgata. l. iulianus. ff. de lega. iij. & l. a procuratore. C. manda. & c. si romanoz. xix. dist. cuz simi. ¶ Item facta est post mortem plurium, vt pz ex illis verbis, & si dicte filie vel descédentes &c. & dictus ser Antianus, vel descé dentes &c. non extarent, non. n. voluit testator habere locum sub stitutionem, nisi qñ nullus ex predictis extaret, & sic omnibus de ficientibus, & osequenter post mortem pluriuz vt cóiter ocludunt docto. in. l. heredes mei. §. cuz ita. ad trebel. & maxime patruus & do. meus Soci. ¶ Itez & facta est substitutio filiabus, & descéden tibus earum, ergo &c. ¶ Et licet inter eos quibus facta fuit sub stitutio sint admixti descédentes ser Antiani, qui testatori non erant descendentes, tamen hoc in proposito non refert inspecto 7 eo, quod nunc supersunt descendentes ex filiabus, † qui ex verosimili

mente testatoris debent excludere substitutos, iuxta. d. l. penulti. & per regulam. l. cũ acutissimi. in fi. C. de fideicom. quod enim per docto. predictos concluditur vt supra, id totum fundatur in fauore descendentium, vt. s. testator nõ videatur alienas successiones proprie anteponere, vt. d. l. cum acutissimi. ¶ Et preterea qđ dictum est de descendentibus dictum est, gratia exempli, & cõclusio fundatur in eo ꝙ persona superstes ex presumpta mente testatis debet excludere substitutum, & istud in casu nostro procedit, vt dixi. Et forte procederet etiã si superesset legitima proles masculina dicti ser Antiani, & defuissent descendentes masculi legitimi ipsarum filiarum, imo tunc dicta masculina proles dicitur expresse substituta, vt patet in testamẽto in versi. & si omnes predicti &c.

¶ Sic igitur ex predictis concludendum puto deficiente legitima prole masculina dicti ser Antiani debere admitti descendentes masculos ex filiabus testatoris. ¶ Et hanc conclusionẽ audacius firmandam puto, q2 si testator de hoc fuisset interrogatus verosimiliter ita respondisset, nam dicitur magis dilexisse descendentes masculos ex filiabus, ꝙ ex dicto ser Antiano, quia vna ex eis descendente sine talibus descendentibus vocauit descẽdentes alterius, si extarent, & non descendentes ser Antiani, vt patet

8 in testamento in versicu. & quandocunq; vna ipsarum &c. † Ex ordine enim institutionis, & substitutionis cognoscitur affectio testatoris. l. publius. §. i. & ibi tradunt doct. ff. de conditio. & demõstra. cum similibus. Sed legitimos descẽdẽtes masculos ser Antiani vocauit, seu admitti voluit quando deficerent descẽdentes masculi filiarum, vt clare dicitur in testamento in dicto versiculo & si omnes predicti &c. ergo etiam verosimile est testatorem voluisse, ꝙ descendentes filiarum admittant deficiente legitima prole masculina dicti ser Antiani, & ita vt dixi, si de hoc testator fuisset interrogatus verosimiliter respondisset, merito ergo & nos ita interpretari debemus, iuxta singularem illam glo. licet vulgatam in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & que ibi dicunt doct. & alibi sepissime, vt est notissimum, & ideo non insisto. ¶ Et ex his recte intuenti videntur remota allegata in contrarium, nam quod primo loco dicebatur de plano procedit, & verum est, quia substitutio expressa facta dicto ser Antiano euanuit cum decesserit cũ filio legitimo & naturali, nec de tali substitutione, amplius tractandũ est per allegata in contrarium. Sed veniunt isti descendentes filiarũ testatoris vigore taciti, & reciproci fideicõmissi, ẽm ꝙ supra dictũ fuit.

9 ¶ † Et licet istud fideicõmissum non reperiatur expressum in verbis testamenti, & alias pro regula dicatur ꝙ substitutio, que in testamento nõ legitur non dicat facta, vt in ꝑrium secundo loco dicebatur. Tamen talis regula fallit, quando ex verbis testamenti colligitur mens testatoris in contrarium, quod proprie contingit, quando post plurium mortem fit substitutio in tota hereditate vltimo morienti expresse, vel interpretatiue, vt patet ex his, que tradunt docto. in. d. l. penul. & in. d. §. cum ita. & supra dictum fuit.

¶ Sed contra predicta remanet scrupulus, nam predicta omnia procedunt quando substitutio fit post mortem pluriũ honoratorum, seu aliquo modo vocatorum, quod non videtur in casu isto reperiri, q2 descendentes filiarũ testatoris, & ser Antiani fratris heredum institutoꝝ non videntur fuisse honorati, seu per testatorem vocati, q2 solum fuerunt positi in conditione. † & alias pro re-

10 gula dicitur ẽm cõmunem opi. ꝙ positi in conditione non dicuntur vocati, iuxta glo. cõmuniter approbatam ibi per Bar. Bal. Pau. de cast. & alios in. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. & plene tradit patruus & dñs meus Soci. in. l. cum auus. circa fi. ff. de cõ-

11 di. & demon. vbi hanc cõmunẽ opi. probat, & defendit. ¶ † Et ꝙ in proposito reciprocum fideicõmissum non intelligatur factũ qñ fit substitutio post mortem plurium simpliciter positorum in conditione declarat egregie ex intentione omnium do. meus Socin. in. d. §. cũ ita. in primo casu, quem ipse in hac materia considerat & in dicto ꝯsil. ccxlix. v. col. ver. aliquando & secundo. ij. vol. Verũtamen tuendo ꝯclusionem supra positã, ad istud respondetur, & primo potest dici, ꝙ cessare videtur difficultas, q2 filij & descendentes masculi ser Antiani fuerunt per testatorem expresse vocati, vt patet in testamento in versi. & si omnes predicti &c. & cum in casu isto agatur de fideicõmisso ipsis descendentibus ser Antiani iniuncto videtur tollerabile, vt valeat, cũ a testatore fuerint expresse vocati, & honorati. ¶ Vel si cui hoc non satisfaciat secũdo loco respondetur, ꝙ imo omnes descendentes masculi institutoꝝ dicuntur vocati, & honorati per testatorem ex eo ꝙ in conditione fuerunt positi sub qualitate masculinitatis, semp enim fuit dictũ,

12 si decesserint sine liberis masculis, † quo stante cõmunis cõclusio de qua in. d. l. lucius. limitatur quia tunc tales eo modo in conditione positi dicuntur vocati, prout signanter concludit do. Guido pap. in. q. clxxxiiij. in illa questione. refert & sequitur Deci. in. l. i. in vlti. nota. C. de pact. in consil. cclxx. Dominus Raynaldus. iij. col. & in consil. cccxviij. In casu istorum. ij. col. & istud ante predictos voluit dominus meus Soci. in consil. cxvj. In causa filiorũ. v. colũ. versi. sed contra hoc posset &c. iij. volu. ¶ Et hanc opinionem sequitur Curt. iunio. consil. lxxxvij. Presupponitur in facto. in prin. & in cõsil. cxiij. Pro resolutione. iij. col. & ẽm eam ego sepe consului, & ita etiam soleo tenere in. l. centurio. ff. de vulgari & pupillari. Laus Deo.

Maria. soci. iunior, Padue legens. 1539.

## CASVS

¶ Petrus luce de nellis de Florentia in suo testamento in effectu instituit heredes Constantiam, & Polissenam eius filias, & Lucam filium fratris eius quẽlibet pro tertia parte.

¶ Et casu quo aliqua ex dictis filiabus decederet antequam nuberet voluit partem suam alteri sorori superstiti accrescere, & similiter quando vna ex eis vellet monachari totũ illud, quod sibi obuenire debet ex hr̃ditate patris supra florenos ducentos, sibi debitos pro monachatione remaneant alteri sorori &c.

¶ Et in eodem testamento ante heredũ institutionem reperitur hoc capitulum, videlicet.

¶ Hoc declarato, ꝙ si aliqua ex dictis & infra scriptis filiabus dicti testatoris vellet monachari, & faceret professionem in aliquo monasterio loco portionis hr̃ditatis, dictis filiabus feminis debende, debeat habere solum florenos ducentos inter elemosinã, & alia necessaria, pro ipsa monachanda, & residuũ, quod sibi obuenire ẽberet, remaneat alijs filiabus feminis dicti testatoris &c. prout hec latius in testamento predicto continentur, cuius copia transmittitur.

¶ Mortuo testatore vna ex dictis filiabus fuit effecta monialis, propter qđ sua portio hereditatis a florenis ducentis supra peruenit ad sororem eius, tunc in seculo remanentem.

¶ Que etiam paulo post effecta est monialis.

¶ Dubitatur modo, nunquid portio hereditatis vltime monialis effecte, & etiam prime supra ducentos cuilibet ipsarum pro monachatione conseruandos, pertineat ad Lucã coheredem, an vero transeat in monasteriũ cũ ea, que vltimo loco illud ingressa fuit.

¶ Super quo puncto emanauit consilium excellentissimi doctoris in fauorem predicti Luce, cuius copia transmittitur, & petitur ab excellentia vestra predicti consilij comprobatio per viam subscriptionis, si tamen iustitia patiatur & non aliter.

## SVMMARIVM

¶ De iure accrescendi quando. s. habeat locum.
¶ Et quando procedat post acquisitam portionem.
¶ Et clausula, si aliqua ex filiabus fiat monialis, vtrum comprehendat omnes si tunc vna fit alteri substituta.

1 Verbum remaneat dicitur verbum commune.
2 Fideicõmissum effectum caducum apud grauatum remanet.
3 Dictio solum est taxatiua.
4 Dictio taxatiua quãdo taxatiue proferatur, affirmat illud quod ponit & excludit omne aliud & negat.
5 Voluntas testatoris impleri debet.
6 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.
7 Hr̃ditatis portio ablata ab aliquo cohr̃de alteri cohr̃di accrescit
8 Ius accrescẽdi hẽ locũ iter cohr̃des ẽt vbi non est aliq̃ ꝯiunctio.
9 Ius accrescendi post aditam hereditatem locum non habet. Limita vt ibi, & nume. 10.
11 Ius accrescendi licet a. l. principaliter inducatur tamen in eo cõcurrit etiam tacita voluntas testatoris.

## CONSILIVM CLII

Irrigat Dominus verba mea in viã veritatis & iustitie. ¶ Viso eleganti consilio excellentissimi domini Nicolai guicciardini mihi vti fratris honorandi, & simul etiam testamento Petri de nellis concluso, in dicto consilio firmata visa est prima facie aliqualiter dubia. Etenim primo aspectu videbatur predictum Lucam non esse admittendum ad portiones hereditarias filiarum testatoris supra quadringentos florenos, ambobus pro monachatione relictos, sẽ videbat tales portiones

portiones ad monasterium, in quod vltima est ingressa pertinere. Nam cum quelibet earum fuerit instituta heres pro tertia parte videtur in effectu per fideicōmissuʒ grauata, vt si monialis fiat retentis ducentis florenis hereditatem restituat sorori in seculo remanenti, & ita videntur importare verba testaméti in versi. & similiter quando vna &c. dum dicitur, ꝙ totum remaneat alteri sorori &c. †Uerbum enim remaneat dicitur verbuʒ cōmune, vt tradit Bar. in. l. centurio. col. fi. ver. quarto dubitatur de verbo remaneat. & ibi sequuntur cōmuniter doc. ff. de vulga. & pupil. vnde cuʒ eo casu non possit habere locum directa substitutio, qꝛ differtur post pupillarem etatem, & creditur hereditatem fuisse aditam, iuxta. §. fina. institu. de pupilla. substitutio. iuncta. l. post aditam. C. de impube. & alijs substitu. sequitur ꝙ locum habere debet fideicōmissaria substitutio. ¶Quo stante infertur, ꝙ quando prima filia effecta fuit monialis portio sua supra ducentos florenos dicitur fideicōmissum peruenisse ad sororeʒ tunc in seculo permanentem, que videbatur eodem onere fideicōmissi grauata. †cum autē postea illa secunda fuerit effecta monialis, & vt dixi simili fideicōmisso grauata reperiretur eo tunc, quo cessit dies fideicōmissi nō fuit reperta in rerum natura persona, cui fideicōmissum erat relictum, & ita fideicōmissum dicitur effectum caducum, merito ergo videtur ꝙ remanserit apud personam grauataʒ, & eius heredes. iuxta. l. i. §. sinautem aliquid sub cōditione. C. de cadu. tollen. erat enim quelibet dictaruʒ filiaꝝ grauata restituere sorori in seculo remanenti, sed ista soror in seculo remanens non fuit reperta tempore, que scđa filia fuit effecta monialis, ideo videtur ꝙ apud ipsaʒ secundo loco monialem effectam libere remanserit ita, vt per eaʒ suo monasterio videatur acquisitū. ¶Nec predictus Lucas isto casu reperitur aliquo modo vocatus, merito non videt̄ ꝙ aliquo modo admitti debeat, si enim testator voluisset eum in casu monachationis filiarum admitti vtiqꝫ dixisset, sicut expresse dixit, ꝙ admitteretur altera soror, vnde cuʒ non dixerit creditur noluisse. argu. l. i. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & c. ad audientiam. de deci. ad quod bene facit. c. inter corporalia. circa medium. ibi, vnde si circa translationem. de trāslatio. episco. ¶Istis tamen non obstantibus maturius omnia considerando ꝯtrarium verius esse arbitror, & sic portiones hereditatis filiabus delatas, cū ambe sint moniales effecte, detractis ducentis florenis ꝓ qualibet earum pertinere ad predictum Lucam ipsarum coheredeʒ, prout sapientissime, vt puto, per dn̄m Consultorem firmatuʒ fuit. ¶Et non est dubium, ꝙ testator apertissime demonstrauit nolle bona sua peruenire ad monasteriū, neqꝫ ad filias si moniales fierent exceptis ducentis florenis pro qualibet earum, vt ex lectura testamenti constat, maxime in illo versicu. hoc declarato in predictis &c. duʒ dicitur, ꝙ si aliqua ex suis filiabus ingrediatur monasterium debeat habere solum florenos ducentos &c. †Nam cum dictio, solum, sit taxatiua, vt declarat Bart. in. l. cum ita legatuʒ. ff. de conditio. & demonstra. & l. i. ff. si quis ius dicen. non obtempera. in prin. & in. l. si quidem. C. de transactio. & tradit Deci. in cō sil. ij. Et pro tenui. iiij. col. in fi. excludit reliquum hereditatis, † talis enim dictio, & similis, quando affirmatiue profertur affirmat illud, quod ponit, & excludit, & negat omne aliud, vt inquit Barto. in. d. l. i. Sic igitur in proposito ponit ꝙ filia, que monialis fiet, & consequenter per eam monasterium habere debeat ducentos florenos, & nihil aliud de hereditate testatoris, & illos ducentos florenos debet habere loco portionis hereditatis, in qua erat instituta, vt clare legitur in testamento, & statim dicam. ¶†Sic itaqꝫ voluntas testatoris est filiam monialem, & per eam monasterium excludi. §. ducentos florenos debet omnino illud obseruari, vt voluntas ipsius impleatur per iura vulgaria, & put in simili firmat Jas. in consil. xlij. Joannes laurentius. ij. volu. & similiter in simili firmat Deci. in consil. cclix. Uisis his. cum alijs adductis supra per dominum consulentem. ¶Et hoc ita stante dico ꝙ filia, que fiet monialis ꝺm ordinem, & voluntatem testatoris perdet suā tertiam portionem hereditatis, & loco illius dicetur in effectu instituta in ducentis florenis, vt apertissime demonstrant illa verba, loco portionis hereditatis &c. ¶Et cum ducenti floreni subrogentur loco tertie partis hereditatis debent sapere eius naturam, & consequenter censeri debent relicti iure institutionis, vt sic impediatur ruptela testamenti ex causa preteritionis, †regula enim est ꝙ subrogatum sapere debet naturam eius in cuius locum subrogatur vulgata. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum cōcordantibus, de quibus ibi per glos. vt vltra illam glos. est bonus tex. & ibi plene tradit Bart. in. l. i. §. hec actio. ff. si quis testa. lib. esse ius fuerit, facit. l. comperimus. vbi etiam not. Bart. in fin. C. de proxim. sacr. scrin. lib. xij. sicut ergo filia in seculo remanēs tertiam partē iure institutionis erat habitura, ita facta monialis eodem iure ducētos florenos habere debet, & nihil vltra, & residuuʒ portionis hereditatis dicitur vacare per ingressum monasterij, qꝛ testator relinquēdo tali filie ducentos florenos loco portionis hereditatis aperte voluit, ꝙ tunc talem portioneʒ non habeant, sed solum florenos ducentos, vt supra dictum fuit. ¶Et tunc est aduertendum, quia si vna tantuʒ efficeretur monialis testator expresse disposuit, quid agendum de tali sua portione, quia per viaʒ substitutionis voluit eam peruenire ad sororem in seculo permanentem, vt patet in testamento in versicu. & similiter quando vna ex eis vellet monachari. ¶Sed quando etiam alia post primam fieret monialis, prout de facto euenit, non reperitur expresse dispositum ad quem portio eius sit peruentura, & sic si omnes fierēt moniales non reperitur facta aliqua substitutio circa portiones hereditatis, sed solum reperitur, quod testator in effectu eam sic monialem effectam priuauit omni portione hereditatis, & eius loco reliquit ducentos florenos ꝺm quod supra deductum fuit. †Unde sequitur quod in occurenti casu portio hereditatis ipsarum filiarum per monachationem vltime, dicitur ei per testatoreʒ ablata absqꝫ eo, ꝙ in ea fecerit aliquam substitutionē, & ꝓpterea dicitur vacare, & consequenter sequitur, ꝙ iure accrescendi pertinere debet ad predictum Lucam vti coheredem non obstante, ꝙ inter eum, & illas filias testatoris nulla fuisset coniunctio, † quoniam inter coheredes, vbi nulla sit substitutio habet locū ius accrescendi, etiam vbi nulla sit coniunctio, vt est text. clarus in. l. i. §. his ita diffinitis, & ibi tradunt doct. C. de cadu. tollen. & in. l. heredes sine partibus. ff. de here. instituē. & ita expresse declarat Bar. in. d. l. re coniuncti. mihi col. ix. versicul. quero quarto nūquid inter omnino disiunctos. & ibi cum Bart. transeunt omnes, & similiter ita firmant docto. in. l. i. C. quando non peten. part. & dicitur portio vacans portioni, per aliquem acceptate accrescere, & quidem inuito coherede, vt. d. §. his ita. ¶Et istud ea ratione, vt cōmuniter dicunt doct. ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. vt per Barto. & alios in loco predicto. ¶Et licet Jas. ibi col. xxviij. versi. circa omnino disiunctos. De hac ratione dubitet, & contra eam tenere videatur, tamen (vt dixi) est magis cōmuniter per doct. recepta, & eam ibi defendit Joan. crot. col. xij. versi. inquantum etiaʒ Bar. & melius eam defendit ibi Politus conciuis, & aliquando concurrens meus col. xxij. cum sequen. in versi. alia nunc sequitur questio. & eam etiam defendit Deci. in. l. i. ij. colum. versic. sed tamen his non obstantibus. C. quando non peten. par. ¶Hoc predicte ꝯclusioni obst. si dicatur, ꝙ predicte filie anteqꝫ ingrederentur monasterium adiuerunt hereditatem pro earuʒ portionibus, seu se imiscuerunt paterne hereditatis. † Quoniam licet ꝓ regula dici soleat, ꝙ ius accrescendi non habeat locum post aditaʒ, & iam acquisitam hereditatem loquendo respectu proprietatis, vt. l. i. §. interdum. ff. de vsufru. accrescen. cuʒ simi. vt per Bar. in. d. l. re coniuncti. mihi. xiiij. col. versi. quarto est ꝯsiderandum, vtruʒ portio &c. vbi etiam per Jas. mihi col. xlvij. versi. assummo scđam materiā. tn̄ regula predicta fallit in multis casibus, vt per Bart. ibi qui ponit aliquos casus, & alios plures addit ibi Jason. ¶Et inter alios casus regula predicta fallit, quando ex post facto post acquisitioneʒ acquisitio deficit, seu annullat̄ puta, ꝙ q adiuit per in integrum restitutionem, ab aditione impetrata cum effectu desinit esse heres, vt probatur in. l. ex contractu. ff. de re iudi. ibi, vel ad coheredem. qui text. ꝺm Barto. Angel. & Alexan. ibi, est ad hoc melior de iure ꝺm quod dicit Jas. in dicta. l. re coniuncti. colum. xlix. versicu. quarta fallentia Barto. est. Uel si ex dispositione. l. perdat acquisitam hereditatem. iuxta auten. hoc amplius. & in corpore, vnde sumitur. C. de fideicommiss. & declarat Jason post alios per eum relatos in dicta. xlix. colum. versicu. sexta fallentia. &c. Uel etiam si illud contingat ex dispositione testatoris. †Nam etiam post acquisitionem ex testatoris dispositione pōt esse locus iuri accrescendi ꝺm Baldum in. l. ab eo. versicu. pone ergo ꝙ pater. C. de fideicommis. quod etiam refert & sequitur Jason in loco nouissime allegato. Et certe in his, & similibus casibus non potest esse alia ratio, nisi quia in eis inspecto eo, quod euenire poterat acquisitio non erat perfecte, & irreuocabiliter facta, & cum effectu permansionis. Et quando expost acquisitio habetur pro non facta saltem quantum ad effectum habet locum ius accrescendi, sicut si ab initio quesita non fuisset hereditas, vt egregie voluit Angelus in consilio centesimo quinquagesimo tertio. Rusticus quendam chitaues. versiculo super secundo similiter &c. & ita etiam sentit Decius, dum Angel. simpliciter allegat & sequitur in rubrica. C. quando non petentiuʒ partes. in secunda

& tertia lectura in ver. & istud ius accrescendi habet locū. ¶ Que omnia, si recte considerentur aperte decidunt casum nostrum, nam licet adiuerint filie hereditatem, vt dixi, tamen cum eam veniebāt priuande, ex dispositione testatoris si fierent moniales nō diceba tur eis hereditas perfecte, & irreuocabiliter quo ad effectum acq sita, attento quod poterant monachari, vnde cum casus ille euenerit, quia ambe sunt moniales effecte, & consequenter ex ordine, & disposi tione testatoris aufertur ab eis portio hereditatis debet in tali bus portionibus, sic ablatis, & vacantibus habere locum ius ac crescendi, put etiam per dnm consulentem dictum fuit. ¶ Et recte intuendo videtur quod tertium exemplum, supra positū de dicto Bal. in.d.l.ab eo determinet casum istum. ¶ Et preterea etiam scdm exemplū de dicta auc. hoc amplius. optime facit, nam sicut habet locum ius accrescendi, si quis desinat esse heres ex dispositione le gis, ita etiam debet habere locū, si id accidat ex dispositione testa toris, vt in casu nostro, quia dispositio testatoris debet pro lege ser uari.§.disponat.in auc.de nup.col.iiij. Sic igitur verissima vide tur conclusio dñi cōsultoris, vt.s.portiones hereditatis predicta rum filiarum detractis ducētis florenis pro qualibet earum iure accre scendi ptineant ad predictum Lucam earum coheredē sm quod.s.de ductum fuit. ¶ Et ex predictis recte intuenti colligitur clara re sponsio ad allegata in contrarium, nam dum dicebatur quod predictus Lucas non reperitur substitutus, aut aliquo modo vocatus, istud ego fateor quo ad expressam vocationem. Nec enim dicimus, quod Lucas admittatur iure substitutionis, quia in testamento non reperitur expresse substitutus, sed dicimus quod venit, & admitti debet iure ac crescendi ad vacantes portiones, prout supra dictum fuit. Et in

3 Pater si instituto filio legat vxori vsufructum, et si filius decedat in pupillari, et mater ex substitutione succedat cum extraneo non debet habere vsufructum, et vide. j. nu. 14. et. 15.

4 Legatum annuum non est vnum, sed multiplex, et. j. nu. 16.

5 In legatis conditionalibus pendente conditione dies obligationis non cedit, vide. j. nume. 18.

7 Substitutus a milite non tenetur ad legata relicta ab instituto, vide. j. numero. 21.

8 Legatum passiue pro hereditaria portione, sicut onera in heredem transit.

9 Aditione hereditatis debitoris facta per creditorem obligatio confunditur.

10 Heredi a semetipso legari non potest.

11 L. licet imperator. ff. de leg. i. de quo substituto loquatur.

12 Per pupillarem substitutionem pupillo, et non testatori succeditur.

13 L. latinus largus. ff. de leg. ij. quomodo loquatur.

17 Legatum annuum ad heredes debitoris transit.

20 L. imperator. ff. de legat. ij. ita procedit in milite, sicut in pagano.

## CONSILIVM CLVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. ¶ Licet precedentis consultationis resolutio in fauorem d. do. Petri marie non sit multe dubitationis, vt ex. j. dicendis apparebit, tamen fortasse cuipiam prima fronte videbitur contra eum, et [illegible] quod legatum sit totaliter extinctum postquam ex ordine testatoris do. Petrus maria legatarius fuit vocatus ad dimidiam
1 partem hereditatis. ¶ †Et pro hoc primo videtur text. in. l. licet impator. ff. de leg. i. in ver. vel quid si substituit. ibi. n. aperte dicitur quod licet regulariter legata, vel fideicom. relicta ab instituto censentur repetita a substituto, tamen aliquando secus est ex voluntate testatoris, et ibi inter cetera ponitur exemplum si legatarium, vel fideicommissarium ex parte substituit, nam tunc legatum, vel fideicommissum non censetur a substitutis
2 repetitum, †et ratio potest esse, quia cum testator in substitutione partem hereditatis reliquerit non creditur voluisse, vt habeat etiam legatum eidem ab instituto relictum, arg. l. latinus largus. ff. de leg. ij. quasi partem hereditatis loco legati reliquerit, vnde cum in casu isto do. Petro marie cui ab instituta filia testatoris erat factum legatum fuerit in substitutione relicta pars hereditatis videtur quod legatum a substitutis non dicatur repetitum, et consequenter quod filij do. Octauiani ad aliquid non teneantur. ¶ Secundo facit pulchra decis. Imperatoris quam per illum tex. ponit in.
3 d. l. licet imperator. †dixit. n. quod si pater instituto filio pupillo legauit vxori vsufructum, et filio decedenti in pupillari etate substituit pro parte extraneum, et pro parte vxorem suam matrem pupilli, si postea filius impubes moriatur, et mater ex substitutione succedat vna cum extraneo non debet amplius mater habere vsumfructum, sic igitur dicendum videtur in terminis nostris quod do. Petrus maria qui ex substitutione vna cum filijs do. Octauiani succedit filia testatoris impubere mortua non debeat amplius habere legatum scutorum centum sin-
4 gulis annis, et sic videtur quod sit totaliter extinctum. ¶ †Tertio facit, quia hoc legatum de centum scutis de intrata singulis annis, velut annuum legatum non est vnum tantum legatum, sed multiplex hoc est quolibet anno vnum legatum separatum, vt. l. cum in annos singulos. ff. de annu. lega. l. senatus. §. fi. ff. de don. cau. mor. et. l. cum in annos. la. i. ff. quando di. leg. ced. cum simi. et pro primo dicitur legatum purum, pro sequentibus vero conditionale, vt. l. si in singulos. ff. de annu. leg. et ibi doc. no. et tradit Bar. in. l. ita stipulatus. la grande, in col. xxij. ver si. tertio est videndum quando obligatio habet diem etc. et ibi ego dixi in repetitione mea col. lxxx. in fi. quo stante non videtur quod pro futuris annis debeatur a filijs do. Octauiani, velut heredibus predicte Hor-
5 tensie, eo quod in persona eius non erat causata, seu orta obligatio, †quia in legatis conditionalibus pendente conditione non venit, nec cessit dies obligationis. l. cedere diem. ff. de ver. sig. cum simil. si igitur ipsa non tenebatur non videtur posse dici quod heredes eius, velut ad eos alienum teneantur, sed potius quod legatum ipsa Hortensia moriente extinguatur pro futuris annis conditione non impleta, et superueniente domino Petro marie commodo substitutionis, secus si legatum fuisset vnum et purum, et ita hanc differentiam in simili tradit Pau. de cast. in
6 consi. xxxj. circa primum. ij. col. ij. vol. secundum nouam impressionem. ¶ †Preterea, et quarto quod in proposito non videatur a substitutis repetitum, hoc legatum suaderi videtur ex presumpta mente testatoris, nam cum

testator filios do. Octauiani pro dimidia, et do. Petrum mariam pro alia dimidia substituerit, videt aperte voluisse illos esse pares in suis bonis, et quod tamen habeant.d. filij quantum do. Petrus maria, et econtra, quod certe non esset si legatum diceretur repetitum, quia ipsi filij singulis annis tenerentur ad.l. scutos, et sic tanto minus haberent, et ita daretur inequalitas contra presumptam voluntatem testatis, que ante omnia in testamentis perquiri, et seruari debet.l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.et dem.l.quoniam indignum.C.de testa.l.iij.C.de lib.prete.cum simi.etenim in interpretandis dispositionibus morientium eorum voluntatem vti venator leporem pedetentim sectari debemus, vt inquit Bal.in.l.quidam.in prin.C.de neces.serui.hered.instit. ¶ Et demum quod non dicatur facta talis repetitio videtur probari ex eo, quia testator erat miles,

7 per tex.in.l.querebatur.§.fin.ff.de milit.testa.† vbi substitutus a milite non tenetur ad legata relicta ab instituto, si igitur in proposito hoc legatum non est repetitum, sequitur quod filij do. Octauiani ad aliquid non tenentur. ¶ Sed his non obstantibus, et prout rei veritas est, casum nostrum non tangentibus contrarium absque aliqua dubitatione verissimum de iure arbitror, et concludo predictos filios do. Octauiani teneri, et obligatos esse ad dictum legatum pro eorum rata hereditaria, et sic ad scutos.l.annuos predicto do. Petro marie donec vixerit. ¶ Et pro huius conclusionis clara demonstratione aduertendum est, quia non sumus in disputatione, vtrum

8 legatum dicatur repetitum a substitutis, † sed dicimus quod istud legatum iniunctum do. Hortensie heredi, et confirmatum per aditionem hereditatis do. Hortensie, et per eam dum vixerit annuatim prestitum, velut onus illi, et sue hereditati annexum per illam transmissum fuit passiue in suos heredes pro eorum rata hereditaria, sicut et cetera onera transeunt, iuxta.l.ij.et.l.fi.C.de hered.act.cum simi.vnde cum illi ex pupillari substitutione successerint, et heredes fuerint predicti filij domini Octauiani pro dimidia parte, et pro alia do. Petrus maria predictus, sequitur quod in eos tale onus pro

9 rata hereditaria dicatur translatum. † Est bene verum quod pro parte do. Petri marie dicitur tale onus, et obligatio confusa per eius aditionem, cum ille sit creditor, et debitoris adierit hereditatem, vt est tex.in.l.stichum.§.aditio.ff.de solu.et in.l.debitori.C.de pactis.ex hoc tamen non impeditur quin creditum suum a filijs do. Octauiani suis coheredibus pro eorum rata hereditaria petere possit, vt est tex.apertus in.l.i.C.de hered.ac.non enim pro ea parte dicitur obligatio confusa, et ratio est, quia ideo confunditur obligatio aditione creditoris, quoniam alias obligatio actiue, et passiue reperire

10 tur penes eundem, quod esse non potest, † hinc dicimus quod heredi a seipso legari non pot.l.legatum.§.i.et.l.et quidem.ff.de leg.i.et in simili quis non potest pro eodem apud eundem teneri, vt.l.vranius.ff.de fideius.fit ergo confusio obligationis solum pro parte adeuntis et non pro parte coheredum, sicut etiam qui adit solum pro sua rata personam defuncti representat, et non pro rata coheredum, vt.l.cum a matre.cum sua materia.C.de rei vendica. ¶ Concluditur itaque quod do. Petrus maria adeundo hereditatem do. Hortensie ex pupillari substitutione solum pro sua rata confusit obligationem ad centum scutos annuos sibi ab illa debitos, sed pro alia parte remanet obligatio aduersus coheredes per text.in.d.l.i.et cum istud fundamentum sit clarum, et indubitatum non curo aliter hanc partem fundare. ¶ Que verissima, et clarius apparebit ex

11 responsionibus ad allegata in contrarium. † Non ob.ergo primo.d.l.l3 imperator.de leg.i.quia respondeo obmissis pluribus que dici possent, quod ille text.loquitur de substituto vulgari, cuius respectu disputatur de repetitione fideicom.relicti ab instituto, cum enim instituus non fiat heres, sed vocetur substitutus vulgaris, et sic legatum, vel fideicom.ab ipso instituto deberi non possit ex defectu aditionis hereditatis, merito et conuenienter queritur an debeatur a substituto, vt sic ab eo censeatur repetitum, ex quo ille ita succedit testatori, sicut successisset institutus, et concluditur regulariter quod sic, l3 in certis casibus aliud sit, puta si legatarius in vulgari substitutione fuerit vocatus ad partem hereditatis, vt.d.l.l3 imperator.et ratio tunc est, quia cum testator illum vocauerit ad partem sue hereditatis non est verosimile quod voluerit aliud eum habere de sua

12 hereditate, vt ibi per doct. † Nos autem sumus in substitutione pupillari, per quam non testatori, sed do. Hortensie pupille succeditur.l.ij.cum materia.ff.de vulg.et pupil.et insti.de pupilla. substit.in princ.et.§.igitur.cum simi.que domina Hortensia, vt presupponitur fuit heres patri, et ita vt heres suscepit in se obligationem legati, de quo agitur, et illud soluere cepit, ita quidem vt dici non possit tale legatum ab instituto non deberi, et propterea etiam non cadit dubitatio, vtrum censeat a substitutis repetitum, sed solum cadit dubitatio, vtrum heredes domine Hortensie, et sic isti pupillariter substituti ad tale legatum teneantur pariter, sicut illa viuens tenebatur, et absque dubio dicendum est eos teneri, secundum quod.s.dictum fuit, l3 pro parte do. Petri marie per eius aditionem fuerit obli

13 gatio confusa, vt similiter dictum fuit. ¶ † Nec in proposito valet argumentum quo dicebatur verosimile fieri, quod testator noluerit dominum Petrum mariam habere legatum cum partem hereditatis ei reliquerit, quoniam illud procederet si reliquisset partem sue hereditatis, hoc est quod eum sibi heredem fecisset per vulgarem substitutionem, prout intelligitur.l.latinus largus.de lega.ij.in contrarium allegati, quod isto casu non contingit, quia dominus Petrus maria non vocatur ad hereditatem testatoris, neque illi succedit, sed Hortensie pu

14 pille, vt iam dictum est, ergo etc. ¶ † Secundo non obstat illa decisio Dy.in.d.l.l3 imperator.quia respondetur quod illa posset negari, put eam simpliciter ibi reprobat Cuma. ¶ Sed si aliquo casu procedit, solum procedit quando illa mater instituto filio ante aditionem decedente succederet ex tacita vulgari, que secundum doctor.erat comprehensa in expressa pupillari, iuxta.l.iam hoc iure.in prin.ff.de vulga.et pupil.nam tunc eo modo illa mater succedit testatori, et ad partem hereditatis eius vocatur, secus autem esset si adita hereditate filius impubes decessisset, cui mater per pupillarem pro parte succederet, nam tunc pro parte coheredis deberet legatum vsusfructus consequi, et coheres ad eam partem tenetur non ex vi repetitionis, sed vt heres pupilli pro sua rata, et ipsius nomine, et tanquam es alienum eam prestabit, ita in terminis declarat bart.in dicta.l.l3 imperator.et indistincte cum eo omnes transeunt, vt ibi per Jas.in.vj.colu.in.viij.notab.et vltra eum ita voluit Bal.in consi.cccxxx.ser Petrus fecit.primo volu. ¶ Et ex ista opini. que est communis omnium determinatur casus noster, vt sc3 dom. Petrus maria possit legatum predictum petere pro rata cohere

15 dum, † et reperio etiam quod ita quasi in terminis consulendo firmat vir maxime auctoritatis Signorol. de homod.in consi.cxxiij.habens habiaticum.prope finem, erat enim in casu suo pupillus institutus vniuersaliter, et cuidam eius sorori relicta erant centum iure institutionis, et etiam alimenta certo tempore, in quibus illa habebatur pro legataria, iuxta.l.quotiens.C.de heredi.institu.et eadem soror cum quibusdam alijs erat pupillariter substituta, cum venerit casus pupillaris substitutionis, quia pupillus adita hereditate paterna, vel auita decessit, dicit ibi Signorol. quod illa soror non obstante quod ex pupillari substitutione vocetur ad partem, poterit petere alimenta, et illa centum a coheredibus pupilli pro eorum rata, et sic recte considerando ibi habemus decisionem presen

16 tis casus quasi in terminis, vt de se patet. ¶ † Ad tertium respondetur, fatendo quod legatum istud est multiplex pro primo anno purum, et pro alijs conditionale, vt in argu. dicitur, sed dico quod conditio in proposito nostro est, si dominus Petrus maria superuiuat, vt colligitur ex allegatis in contrarium, et maxime ex.d.l.si singulos.ff.de annu.leg.vbi hoc aperte dicitur, vnde in proposito dico quod donec dominus Petrus maria viuet quolibet anno implebitur conditio eiusmodi legati, et eousque debebitur, et non vltra per allega. in contrarium. Sed non alteratur tale legatum per mortem Hortensie debitricis, sed obligatio qua ipsa tenebatur transmissa dicit passiue in eius heredes. ¶ Et l3 pro futuris annis propter conditionem legati dies non cesserit, vt dicebatur in argu.tamen ex hoc non impeditur dicta transmissio, que si non est vere obligationis, et iam in esse deducte, est tamen obligationis sperate, et que impleta conditione oriretur, iuxta.§.ex conditionali.institu.de verbo.obligat.et a qua do. Hortensia, nec eius heredes recedere non poterant, nec ob.quod ex parte do. Petri marie legatarij tale legatum non sit transmissibile ad heredes, quoniam illud est ex eo, quia eo mortuo diceret defecisse conditio.d.legati pro futuris annis, quod non consideratur

17 mortua do. Hortensia, vt ex predictis patet. † Ex eo enim quod legatum sit annuum non transit ad heredes debitoris, quicquid sit de herede creditoris, vt probatur in.l.libertis quos.§.i.ff.de alimen. lega.loquitur enim ille tex.in legato alimentorum, quod est annuum. ¶ Et quod eiusmodi legata transeant passiue ad heredes obligati, l3 non transeat actiue ad heredes legatarij, firmat Alexā.in consil. 

18 cxviij.attentis narratis.in fi.vj.vo.et est hoc indubitatum. ¶ † Non ob.decisio Pau.de cast.in.d.consi.xxxj.allegata in contrarium quatenus faciendo differentiam inter legatum simplex, et legatum alimentorum, quod est annuum, vult quod legatum alimentorum certis casibus finiatur per superueniens comodum substitutionis, siue partis eius ipsi legatario, quoniam recte consideranti decisio illa potius seruit predictis, quam eis obstet, nam ibi Pau. per adducta primo loco concludit regulariter non extingui etiam legatum annuum, sed tamen in legato alimentorum in eo casu contrarium dicit, quoniam comodum substitutionis sufficit ad alimenta, quia legatum alimentorum eo casu presumitur

casu presumitur factuz ex pietate,ꝛ ex causa necessitatis ne fame
pereat,que causa,ꝛ ratio legati cessat qñ ex cõmodo substitutio-
nis potest ali,vt per eũ ibi.Sed in casu nostro legatum annuum
non fuit factum ex causa alimentoꝝ,sed vt legatario tale cõmo-
dum,ꝛ emolumentũ largiretur ꝑpter benemerita eius,ꝛ propter
amorem maximũ, quo illum testator ꝓsequebatur, merito ergo
non dꝫ tale legatum extingui ꝑpter cõmodum substitutionis per
19 allega.ibi per Pau.de cast.in prin.¶†Non ob.quartum,qꝛ ne
gatur ꝙ testator voluerit Petrũ mariam esse equalez cum filijs
do.Octauiani in bonis suis,quinimo dico ꝙ voluit inter eos ine
qualitatem,nã dum de bonis proprijs disposuit Petrũ mariam
predilexit valde relinquẽdo illi.d.centum scutos annuos filijs ve
ro do.Octauiani nihil reliqt,ergo ꝛc. Fateor bene ꝙ dñ postea
de bonis filie disponẽdo substituit ei pupillariter voluit ꝑdictos
esse equales,sed ex hoc non est inferendum,ꝙ ẽt circa bona pro-
pria eos fecerit equales,cuꝫ apertissime ꝯrium appareat, ꝛ equa
litas in substõne obseruatur, qꝛ quilibet pro dimidia succedit, et
pro dimidia ad onera,ꝛ sic ad.d.legatũ tenetur, sed Petr. ma-
ria adeũdo pro sua rata obligationem ꝯfundit, qꝛ sibi ipsi debe-
re non põt,prout.s̃.dictum fuit.¶Ad vltimum rñdetur primo,
ꝙ non agit̃ in casu nostro de repetitione legati,sed ꝙ heredes.d.
Hortensie eius noie teneantur ad illud,ad qͦ ipsa viuens tene-
20 retur.¶†Scdo etiam rñderi potest ꝙ imo regula.d.l.lꝫ impe-
rator.ita procedit in milite,sicut in pagano,qꝛ ẽt in testamẽto mi
litis dr̃ facta repetitio,aliogn miles esset deterioris ꝯditionis,et
minus eius voluntas seruaret̃,cum talis repetitio fundet̃ in pre-
sumpta voluntate testantis,vt.d.l.lꝫ imperator, qͦ non est dicen
21 dũ.¶†Non ob.d.l.querebat̃.§.fi.qꝛ ille text. procedit ea rõne,
qꝛ legatum debetur a primo instituto ratione vtilitatis,quã per-
cepit ex hr̃ditate tempore quo fuit institutus,nec legatuꝫ dicitur
extingui ꝑpter substitutionem,sicut ꝯtingeret in.d.l.lꝫ impera-
tor si nõ diceretur repetitum,qlibet ergo heres in.d.§.fi.tenebi-
tur ad legata sibi iniũcta propter cõmoditatem, quam ex heredi
tate percipit,ꝛ ista est vera declaratio ad illũ tex.prout dixi in ru
bri.ff.de vulg.ꝛ pup.seu in premissis in repetitione.l.centurio.co.
ti.lꝫ in casu isto non sit necessaria per predicta.Ex qbus intrepi-
de,ꝛ absqꝫ aliqua dubitatione ꝯcluditur filios do.Octauiani te-
neri ad scutos.l.annuos.d.Petro marie donec vixerit. La.D.
Soci.nepos Padue.1536.

## CASVS

¶Illustr.do.Andreas piccolomineus cũ haberet tres filios ma
sculos,ꝛ quasdam feminas in suo testõ inter cetera sic disposuit.
Item attẽto ꝙ do.Ioan.eius filius primogenitus est in sacris,ꝛ
archieps ideo prelegauit Petro francisco eius scdo genito ca-
struꝫ Castiglionis pischarie,rochettas in mari,ꝛ insulã,ꝛ castruꝫ
lilij cum suis iuribus ꝛc.ita vt in ꝑpetuum essent descendentium
masculorum ipsius Petri francisci.

¶Et casu quo decederet sine filijs masculis lrimis, ꝛ naturalibus
ipsa bona reliqt,ꝛ prelegauit Alexãdro eius filio tertio genito,
cum eisdẽ modis ꝛc.declarans ꝙ semp transeant de primo geni
to in primo genitum, ꝛ ꝙ primo genitus debeat suis fratribus
redditus cõmunicare,prout latius in dicto testamento ꝯtinetur.

¶Et postea subdit̃,ꝛ casu quo.d.Petrus franc. ꝛ Alexãder sui
filij,ꝛ heredes predicti decederent sine filijs legitimis, ꝛ naturali
bus,tunc prefatus do.Ioan. archiepiscopus succedat in omni-
bus bonis predictis toto tempore vite sue.

¶Et deinde post mortem ipsius dicta bona deueniãt,prout infe-
rius est annotatum,ꝛ declaratum.

¶Inferius aũt solum reperitur ꝙ statim testator quedã particu-
laria bona prelegauit predicto do. Ioãni ea declaratione ꝙ at-
tento ꝙ ipse sit religiosus,vt.s̃.oia sibi prelegata habeat solũ to
to tpe vite sue,ꝛ deinde post ipsius mortem ipsa bona pleno iure
redeant ad Petrum franciscum,ꝛ Alexandrũ eius germanos,
ꝛ eorum heredes,ꝛ successores.

¶Et demum in fine testamẽti predictos tres filios heredes vl'es
instituit,cũ illa tñ declaratione de omnibus,ꝛ singulis bonis tan
gentibus.d.do.Ioãnez,ꝙ ipse intelligat̃ bona ipsa habere soluꝫ
toto tpe vite sue,ꝛ deinde post ipsius mortem ipsa bona deueniãt
pleno iure ad.d.Petrum franc.ꝛ Alexandrum,ꝛ suos hr̃des,ꝛ
successores,vt.s̃.in legato.s̃.facto,iterũ dclaratũ,ꝛ annotatũ est.

¶Testatore mortuo,ꝛ adita per omnes filios hr̃ditate decessit il-
lustr.do.Petrus franc.sine filijs masculis superstite tñ sibi vnica
filia noie Syluia,cui certam quãtitatem iure institutionis reliqt
reuerẽ.do.Io.fratre,ꝛ tunc Cardinali instituto herede vl'i,cum
quibusdam substitutionibus, vt latius in eius testõ continetur.

¶Deinde decessit illustr.do.Alexãder sine liberis intestatus, cui
ex forma statuti asserit̃ successisse reuereñ.Cardinalez eius frem.

¶Demum decessit reuereñ.Cardinalis predictus intestatus.

¶Istis sic stantibus pro nunc de duobus queritur.

¶Et primo vtrũ testator in prelegato facto illustrissi.do. Petro
franc.in illis verbis,ꝑut inferius est annotatuꝫ ꝛc. dicat̃ se retu-
lisse ad formã expressaꝫ in prelegato reuereñ.Cardi. ꝛ ẽt instõne.

¶Scdo vtrum illa verba,ꝛ eoꝝ, vel suos heredes, ꝛ successores
intelligant̃ solum de descendẽtibus, ita vt hodie solũ verificẽtur
in illustr.do.Syluia filia predicti do.Petri franc. an vero ẽt de
alijs,ꝛ quibuscunqꝫ heredibus. Et sic re ipsa queritur ad quem
pertineant hodie bona quecunqꝫ,ꝛ quomodocunqꝫ ipsi reuereñ.
Cardinali relicta in testamento patris eius.

¶Et si iustitia patiatur petitur consilium in fauorem illustris.dñe
Syluie,prout per alios consultum fuit.

## SVMMARIVM

¶Heredis appellatione qui veniãt in substitutionibus,ꝛ an in-
stitutus in re certa.

¶Conditio si sine filijs decesserit, an ꝛ quando ad masculos sit
restringenda.

¶Copulatiua oratio,vel collectiua in conditione vtrum requi-
rit omnium implementum.

¶Filij positi in conditione,vtrum censeantur vocati ex testamen
to,saltem quando non possent admitti ab intestato.

¶Et quid in legatis particularibus.

1 Voluntas testantis est attendenda etiam si verba in eorum rigo-
rosa significatione aliud significare videantur.
2 Verborum interpretatio nunqꝫ tantum valet, vt sensu testato-
ris melior sit.
3 Voluntas testatoris,nisi legi repugnet pro lege habetur.
4 Oratio vna,ꝛ eadem non debet diuerso modo capi.
Determinatio plura respiciens debet pariter determinare.
5 Relatum in referente censetur esse.
Relatio fit cum omnibus suis qualitatibus.
6 Verba,ꝛ eoꝝ heredes,de qbus heredibus intelligant̃,ꝛ.j.n.47.
7 Verba testamenti a communi vsu loquendi interpretanda sunt,
ꝛ.j.nume.10.12.16.et.19.
8 Verba donec caste vixerit in legato apposita,qũo intelligantur.
9 Communis vsus loquendi preualet.
11 Vocans filios,ꝛ eius heredes ordine successiuo vocati censent̃.
13 Nomen heres quomodo in testamentis capiatur,ꝛ.j.nu.20.
14 Testator aliquem diligens presumitur etiam diligere eius here-
des etiam extraneos.
15 Grauari sibi ipsi nemo potest.
17 Verbum successor ius hereditarium importat.
18 Notarij sepe ponunt in testamentis clausulas ex seipsis, ꝛ testa-
tores eorum intelligentiam nesciunt.
21 Filius in re certa institutus dicitur heres.
22 Heres mediatus proprie non dicitur heres testatoris.
23 Conditio si sine liberis decesserit deficit per existentiam vnius fi-
lie,licet non sit heres,ꝛ nume.seq.
25 Conditio si sine liberis decesserit quare apposita censeatur.
26 Pater non presumitur plus diligere filios qꝫ nepotes.
27 Substitutio de masculis facta fauore agnationis conseruande
censetur facta.
28 Vna pars testamenti aliam declarat,vide.j.nu.48.et.49.
Testator cum statuto videtur se conformare,ꝛ.j.nu.50.
29 Substõ facta pluribus vltimo moriẽti censet̃ facta, vide.j.n.51.
30 Filij positi in conditione non censentur vocati ex testamento, sed
dicitur eis reseruatum ius succedendi ab intestato.
31 Conditio si sine filijs decesserit,de quibus intelligatur.
32 Filiorum appellatione legali interpretatione femine ẽt veniunt.
33 Masculinus sexus femininum semper continet.
34 Verbum continet proprietatem denotat.
35 Conditio si sine filijs decesserit operatur, vt femine faciat fidei-
commissum deficere.
36 Conditio si sine filijs decesserit a.l. subintellecta deficit si femi-
ne supersint.
37 Conditio predicta deficit per filiam,si de masculis non exprimit̃.
38 In fideicõmissis testatoris mens seruanda est.
39 Testatoris verba semper sunt ad intellectum iuris referenda, si
aliud non repugnet.

40 Testator si in duabus substitutiōibus de filijs masculis fecit mentioné, in tertia loquens de filijs simpliciter videtur de feminis etiam intelligere, ꝛ nume. 41.

42 Dignitas familiarum sine diuitijs sordescit.

43 Testator deficientibus masculis cēsetur diligere tam feminas ex suis filijs, ꝙ̄ substitutos.

44 Res prohibita alienari extra familiam potest in filiam, cuꝫ sit de familia transferri.

45 Statutum excludens feminas fauore agnationis conseruande non admittit personam ad prolem legitimam inhabilem.

46 Presumptio fortior aliam tollit.

51 Dispositio per verba collectiue facta omnium collectorum concursum requirit, ꝛ nu. 53.

52 A natura verborum non est recedenduꝫ, nisi aliter constet de voluntate testantis.

54 Substitutio facta aliquibus si decesserint sine filijs non habet effectum, si vnus ex illis prius decedat cum filijs, lꝫ postea alter sine filijs decedat.

55 Conditio respiciens plures personas quādo apponitur per verba pluralis numeri equipollet duabus conditionibus copulatiue appositis.

56 L. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. quomodo procedat.

57 Filij in conditione positi, an dicantur ad fideicōmissum vocati, ꝛ infra nume. 69. et. 71. vbi late ꝛ nume. 73.

58 Testator quando est intentus dispositioni testamentarie non presumitur ꝙ voluerit causam intestati interponere.

59 Quis quando a lucro remouetur alicuius fauore illud lucrum ei applicari debet, cuius fauore ille excluditur.

60 Substitutio fideicōmissaria ex coniecturis inducitur.

61 Substitutio fideicōmissaria etiam nutu fieri potest.

62 Filij in ꝯditione positi qui faciunt deficere fideicōmissum non impediunt quin omnia veniant ad fiscum, si institutus deportet.

63 Bonorum confiscatio fideicommisso non preiudicat.

64 Verba conditionalia aliquando disponunt.

65 Voluntas testatoris etiam per coniecturas habita in fideicōmissis attendi debet.

66 Conditio ad fauorem grauati apposita, si de voluntate disponentis constat, aliquando operatur si illud poterat disponere.

67 L. ex facto. §. ex facto. ff. ad treb. quomodo procedat.

68 Clausula in fine posita, ad que referatur.

70 Communis opinio temporis cursu mutari potest.

72 Judicare non debemus ex doctorum multitudine, sed quod melius, equius, ꝛ verius est.

74 Prelatio qñ ex testō dari non potest, dꝫ fieri eo modo quo pōt.

75 Sufficit casum euenire posse, ꝙ positi in conditione ab intestato non vocentur.

76 Limitatio ad gl. in. l. lucius. ff. de hered. insti.

Jn legatis de verbis curandum non est, sed tantum sensus testatoris attenditur.

## CONSILIVM CLVIII

Irrigat Dñs verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. ¶ Abūde, ꝛ multuꝫ subtiliter absoluta fuit presens ꝯsultatio per insignes iuriscōsultos Seneñ. quoꝝ tertius est mihi filius, duo vero primi vti fratres carissimi, ꝛ boñ. ꝛ olim acutissimi discipuli mei, quoꝝ perspicacissimum ingeniuꝫ, vberemqꝫ doctrinā, iam pridem ex multis mihi notissimaꝫ in presenti ꝯsultatione apertissime cognoscere lꝫ. Eam enim ita accurate absoluerunt, vt reliquis nullus fere dicendi locus videat relictus. Ego auteꝫ veluti post terga optimoꝝ messorum incedēs, eorū vestigia calcando, ꝛ si quas spicas inuenero, colligēdo breuiter rem ipsam expediā substantialia dūtaxat tangendo, vt moris mei est. Addendo postea nouam viā ad fauorem illustris. dñe Syluie a predictis consulentibus non cōsideratam. ¶ Quātum igitur pertinet ad primā questionem arbitror rem clarissimaꝫ, vt scꝫ testator dicatur in illis verbis, ꝓut inferius est annotatum, et declaratum, omnino se retulisse ad substitutionem, quam eidem reuerē. Cardinali fecit circa bona illi relicta, tā iure institutionis, ꝙ̄ prelegati, dum dicit, ꝛ deinde post mortem eius deueniant dicta bona ad Petruꝫ franciscū, ꝛ Alexandrum, ꝛ eoꝝ heredes, ꝛ successores, vt sic etiā idem intelligatur dictum circa castruꝫ castiglionis, insulam lilij, ꝛ alia prelegata illustr. do. Petro franci. postea ꝙ̄ deuenerint ad reuereñ. Cardinal. intelligendo tñ non respectu ipsorum do. Petri francisci, ꝛ Alexādri, cum presupponātur tūc premortui, sed respectu heredum illoꝝ, prout. s. per dños consulentes dictuꝫ fuit. ¶ Et ista relatio vltra deducta per eos clarissime ostēditur ex illis ꝟbis in fine capituli institutionis positis dum dicitur, vt. s. in legato sibi facto iterum declaratum, ꝛ annotatum est. Jnnuūt enim talia verba talem declarationem, ꝛ annotationem esse eam, ad quā in primo prelegato se retulerat cum eisdeꝫ verbis vsus fuerit referēdo se ad inferiora, quibus postea vtitur referendo se ad superiora. ¶ Attento maxime qꝛ semper, ꝛ respectu omnium bonoꝝ, vult reuereñ. Cardinalem esse solum vsufructuarium, disponēdo quid sequi debeat post mortem eius. Credi enim debet ꝙ semp eodem modo disposuerit, vt scꝫ deueniant. d. bona ad Petrum franciscum, ꝛ Alexandrum, vel eis predefunctis ad eoꝝ heredes, ꝛ successores. Super hoc tñ vlterius non puto insistendum, qꝛ neminem de eo arbitror dubitaturum. ¶ Circa scdām questionem disputatio est satis nota, ꝛ admodum subtilis, ꝛ tota pendet a mente testatoris, vtrum scꝫ sub verbo heredes, solum intellexerit de descendētibus, prout sepe in iure reperitur, an vero intellexerit de quolibet herede, qui ad bona, ꝛ hereditatem admittatur etiaꝫ si non sit de liberis.

1 † Jd enim quod verosimiliter testator creditur voluisse seruādum est, cum in testamentoꝝ interpretatione voluntas testantis ante omnia pro regula sit attēdenda per iura vulgaria, etiam si verba in aliud in eoꝝ rigorosa significatione sonare viderentur. l. ij. C. de lib. preter. ꝛ ita in effectu volunt omnes docto. in. l. gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. ꝛ posthu. ¶ Hinc est ꝙ in eiusmodi disputatione varia, ꝛ diuersa reperiuntur maioꝝ nostrorum responsa, sm scilicet qꝺ varietas casuum, ꝛ presumpte volūtatis diuersitas requirebant, videndum est ergo qꝺ senserit illustr. do. Andreas testator in casu nostro, nam si etiam de extraneis sensisset ita seruāduꝫ esset, etiam ꝙ verba de sui natura tantum descendētes importarent. Si vero solum de descendentibus suoꝝ filiorum intellexerit, similiter talis eius intētio, ꝛ volūtas seruari debet, esto ꝙ verborum proprietas aliud videretur expostulare, vt per doctor. in. d. §. etiam si parēte.

2 † Nunquam enim verboꝝ interpretatio tantum valet, vt testatoris sensu melior existat. d. l. iij. cum simi. Hinc legimus vnicā esse legis intentionem, vt scꝫ voluntas testantium impleatur in auct. de iu. iur. a mor. presti. in prin. ꝛ in. §. exheredatos. in aucten. de heredi. ꝛ falci.

3 † Jn tātum vt tales voluntates, nisi legi repugnent pro lege haberi debeant, vulgato. §. dispōnat. in aucten. de nupt. cū simi. ¶ Jtaqꝫ in proposito casu omnibus que in testamento continentur, diligenter animaduersis, vna cum dñis consulentibus videtur concludendum mentem testatoris prefati fuisse, vt sub verbis illis, ꝛ eoꝝ heredes, ꝛ successores, sola illustr. do. Syluia comprehendatur vti ipsorum descendēs, ꝛ eo respectu heres nuncupata. ¶ Et pro hoc apertius demonstrando, presuppono ꝙ verba predicta in eodem sensu capi debent, prout ad ea fit relatio in prelegato de castro insula, ꝛ alijs primo loco facto illustr. do. Petro francisco, in quo capiūtur in prelegato facto reuereñ. Cardinali, ꝛ in institutione de eo facta,

4 † tuꝫ qꝛ vna, ꝛ eadeꝫ oratio non debet diuerso modo capi, arg. l. cum qui edes. ff. de vsucap. tum qꝛ vna determinatio plura respiciens non debet difformiter, sed pariformiter omnia determinare, vulgata. l. iam hoc iure. cum simi. ff. de vulg. ꝛ pup.

5 † tuꝫ etiam ꝛ tertio qꝛ relatum censetur esse in referente, vt voluit Bar. per illum tex. in. l. asse toto. ff. de heredib. insti. ꝛ in. l. si qs seruum. §. si cui. ff. de leg. ij. ꝛ Bal. in. l. fina. C. de impube. ꝛ ali. substitu. ꝛ relatio cum omnibus qualitatibus fieri dicitur. l. a filio. §. testator. ff. de alim. ꝛ cib. lega. ꝛ. l. si prior. vbi Bar. Bal. ꝛ alij. ff. solu. matrimo. Bar. in. l. sanctio legum. iiij. colū. ff. de penis. ꝛ tradit patruus, ꝛ dñs meus Socin. in cōsi. cclj. qm̄ in presenti. iij. colum. ij. volu.

6 ¶ † Hoc ita posito dico ꝙ in ꝑlegato, ꝛ in institutione Cardinalis verba predicta, ꝛ eoꝝ heredes ꝛc. vidētur debere pro descendentibus intelligi, ergo ꝛc. ¶ Jstud aūt ostenditur primo, qꝛ sic se habet cōmunis vsus loquendi, vt plene per dños consulentes dictum fuit. Et vltra eos ita asserit Deci. in consil. xxxviij. circa primum. vj. colū. ad fin. ꝛ Beltrand. in consi. cxij. tota difficultas. prima colum. lib. iij.

7 † a quo cōmuni vsu loquendi non est dubium verba testamenti esse interpretāda, vt plene dixerunt domi. consulentes, ad quos me refero. Et vltra eos ita dixit dñs meus Soci. in consi. lxxij. circa primū. colum. vj. iiij. volu.

8 † Hinc dicimus ꝙ verba illa, donec caste vixerit apposita in legato vxori intelliguntur donec ad secūda vota non transierit ex cōmuni vsu loquendi similium testatoꝝ, licet aliter esset dicenduꝫ de proprio significato, ita post Oldr. dixit Bar. in. §. cum igitur. in primo no. in aucten. de non elig. secū. nub. vbi etiam Ang. tradit.

9 ¶ † Et ꝙ cōmunis vsus preualeat fundat in eo, qꝛ oportet rebus, de quibus loquimur

bus loquimur cognitos, idest familiares, & consonantes esse sermones, secundum Philo. primo ethic. vt per Bal. in l. fin. in xiij. questio. C. de heredi. instit. qui subdit hoc inter alios casus accidere, quando communis vsus, siue intellectus sic prolata vocabula intelligit. Cum igitur communis vsus sit quod verba illa, & heredes &c. pro descendentibus intelligantur, sequitur in proposito solam dominam Syluiam in predictis verbis esse comprehensam. ¶ Secundo probatur 10 †quia quando testator aliquem ex descendentibus honorando, & ad aliquid vocando subijciat, & eius heredes, puta quod dicatur, substituit supremum filium, & eius heredes iuris interpretatione presumitur solum de heredibus sanguinis loqui, vt sic heredes illi sint ipsi testatori, sicut & filius, & per ipsum filium coniuncti, vt singulariter determinat Bald. in consil. cclxvj. proponitur quod Manfredus. lib. v. quod ibi in sequenti consil. iteratur, & istud consilium alleg. Iason in d. l. gallus. §. etiam. col. vij. de quo etiam meminerunt domini consulentes, qui etiam ad hoc plura adduxerunt, vt per eos. Sic igitur dicendum est in casu isto, cum testator vocauerit Petrum franciscum, & Alexandrum filios suos, & eorum heredes. ¶ Nec dicatur quod Bal. loquitur quando vocatio heredum sit per dictionem alternatiuam, quoniam idem est dicendum in casu nostro, licet 11 vocentur per copulam, †nam cum censeantur vocati filij predicti, et eorum heredes ordine successiuo, vt est clarum, iuxta tradita per docto. in d. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. sequitur quod illa copula resoluitur in disiunctam, seu alternatiuam, & vim illius habet. l. sepe ita computatum. ff. de verbo. signi. & ibi nouissimi exemplificant, inter cetera si quis substituerit filios, & heredes, 12 vt per eos. † Et quod vbi vocantur heredes filiorum debeat intelligi de heredibus sanguinis, & sic de descendentibus, firmauit idem Bald. in consi. cclxxxiij. verba testamenti. lib. ij. & Beltrand. in dicto consi. cxiij. prima colum. & Guid. pap. in questio. cccvj. generale 13 verbum. †vbi in fine subdit quod in testamentis nomen heredis, vt in casu nostro prolatum, vel simili capitur pro descendentibus, secundum Specu. in tit. de testamen. §. in primis. & idem dicit in questio. cccclvij. pater filium. quem Specula. cum multis concordantibus adducunt etiam supra domini consulentes, vt per eos, cuius Speculat. & sequacium opinio concurrente hac secunda ratione, & etiam sequenti verissima videtur, maxime attento communi vsu loquendi, de quo supra qui solus sufficere posset, vt ex predictis constat. ¶ Tertio quod ita testator noster intellexerit vrgentissima coniectura ostenditur, de qua etiam faciunt mentionem domini consulentes, nam si de extraneis heredibus intelligerentur illa verba, & eorum heredes, sequeretur quod extranei heredes Petri francisci, & Alexandri preferrentur extraneis heredibus reuerendissimi Cardinalis in eo, quod illi erat prelegatum, & in sua parte institutionis, quod quidem videtur alie14 num a mente testatoris, †qui sicut in rebus predictis reuerendissimi predilexit Petro francisco, & Alexandro, ita creditur quod predilexerit eius heredes etiam extraneos extraneis heredibus predictorum Petri francisci, & Alexandri per text. cum ibi nota. in l. publius. §. fi. ff. de condi. & demon. & ita per hanc rationem quasi in terminis nostris firmat Bar. post Ricar. malu. in d. §. etiam. ij. colu. ver. quero iuxta predicta. & cum Bar. transeunt ibi communiter quasi omnes scribentes. Nec dicatur quod eiusmodi arg. procedit tantum respectu prelegati, & institutionis reueren. Cardinalis, in quibus vere ipse fuit predilectus, non autem videtur quod procedat respectu prelegati facti illustr. domino Petro francisco, de quo ad presens principaliter agitur cum in eo non reuerendissimus Cardinalis, sed ipse Petrus franciscus fuerit predilectus, quoniam ex his que dixi supra in premisso apparet clara responsio, nam si verba predicta, & eorum heredes &c. prout prolata reperiuntur respectu eorum que principaliter relicta fuerunt reuerendissimo Cardinali important solum descendentes ratione predicta, eodem modo importare debent, & in eadem significatione capi respectu prelegati facti principaliter illustr. domino Petro francisco, cum ad ea testator simpliciter se referat, per ea que in dicto consilio dicta fuerant. ¶ Preterea & quarto idem ostenditur, & multum concludenter iudicio meo, nam quando testator vult quod post mortem Cardinalis prelegatum ei factum perueniat ad Petrum franciscum, & Alexandrum, & eorum heredes, ex eo mouetur, & illam rationem assignat, quia scilicet ipse est religiosus, & sacerdos &c. quod nihil aliud videtur importare in mente testatoris, nisi quia ipse liberos legitimos habere non potest, ex quo ostenditur quod mouetur fauore sue posteritatis, quam ex ipso reueren. Cardinali sperare non poterat, merito ergo dum dicit quod bona illi prelegata perueniant ad Petrum franc. & Alexandrum, & eorum heredes, intellexit de heredibus sanguineis, & sic de descendentibus predictorum, & non de extraneis, cum extraneos heredes etiam ipse reueren. Cardi. esset habiturus, prout & habet, & ista coniectura ni fallor, prout etiam dicunt domini consulentes vrgentissima, cuique videri debet. ¶ Quinto suadetur ratione euentus qui per testatorem facile considerari potuit, & absurditatis secum existentis euitande, prout casus dedit. Dico enim quod nisi de filijs intelligeremus sequeretur quod reueren. Cardinalis sibi ipsi videretur grauatus, cum ille fuerit heres vtriusque fratris, quod testator poterat euenturum considerare, cum de facto euenerit, quod certe videtur absurdum, 15 †cum nemo sibi ipsi grauari possit. l. legatum. §. fi. & l. & quidem. ff. de leg. i. Vt igitur hanc fugiamus absurditatem, iuxta l. nam absurdum. ff. de bo. lib. & l. heredes mei. §. cum ita. cum concordan. que alias ibi cumulaui in ix. nota. ff. ad trebel. dicendum videtur solum testatorem de heredibus sanguinis intellexisse, & sic de descendentibus, prout etiam precedentes rationes manifeste demonstrant. ¶ Possent, & alie rationes, & coniecture considerari, ex quibus necessarie colligeretur predicta interpretatio, vt supra late in consilio predictorum deducitur. ¶ Et illa inter alias non parum considerari debet, quia scilicet si extranei heredes dicerentur vocati, sequeretur quod testator diceretur alienas successiones proprie posteritati preposuisse, quod equum non est, nec verosimile, & repugnaret communi, & legali presumptioni, vt l. cum acutissimi. & ibi plene per doct. C. de fideicom. cum simi. ¶ Et ex predictis recte consideratis omnibus auctoritatibus, que in contrarium allegari possunt patebit responsio, quia non procedunt quando ex coniecturis constat testatorem intel16 lexisse tantum de descendentibus. † Et in specie ad consil. Corne. cclxxij. in hac consultatione. libro. iiij. vltra dicta per do. Consulentes respondetur quod in casu illo non extabant coniecture, de quibus supra, imo contraria propter prohibitionem alienationis illo modo factam, in qua Corne. facit totum suum fundamentum. ¶ Nec predictis obstat si dicatur quod extranei heredes debent dici comprehensi, eo quod testator videtur omnino habere respectum ad ius hereditarium, attento quod non dixit simpliciter ad eorum heredes videntur procedere omnia predicta, in quo casu videntur, sed addidit etiam, 17 & successores, †quod verbum videtur importare ius hereditarium, vt l. nihil aliud est hereditas. ff. de verbo. sign. & l. hereditas. ff. de reg. iur. ponderando in illis iuribus verbum successio. ¶ Et hoc eo maxime videtur dicendum, vt verbum illud aliquid operetur per iura vulgaria. ¶ Vel secundo etiam dicatur quod saltem descendentes qui per talia verba vocantur debent esse re ipsa heredes, & habere ius hereditarium, iuxta doctri. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libe. cum simi. quod non cadit in casu nostro in illustr. do. Syluia, cum patri suo non fuerit heres, nec etiam do. Alexandro patruo eius, etenim illis successit reueren. Cardinalis, vt in puncto narratur. Quoniam ad ista respondetur, & ad primum pluribus modis respondetur, vt per do. consulentes, & non displicet vt dicamus al18 tero de tribus modis. †Vel quod illa verba, & successores sint apposita ex consuetudine notariorum, & propterea non debent alterare voluntatem testantis, de qua clarissime ex tot perspicuis coniecturis constat, qui illorum verborum importantiam non intellexit, prout etiam dicunt consulentes, ad quod facit quod in simili de clausula codicillari, dicit Bar. in l. i. in vj. q. ff. de iu. codic. & de clausula iuramenti plenissime dicit Anto. de butr. in c. cum contingat. in vij. col. de iu. iur. dicens quod sepe talia verba notarij ponunt a se ipsis, 19 quod etiam ibidem colu. xx. refert, & sequitur Abb. ¶ † Vel secundo quod operantur vt veniant etiam heredes iuris etiam quod sint extranei, sed tamen ordine successiuo, secundum presumptam testatoris affectionem, & sic vt prius vocentur heredes sanguinis si extant, in quo est maior affectio, & deinde eis non extantibus omnes heredes iuris, licet extranei sint, iuxta nota. per Saly. in l. ij. in xx. q. C. de iu. emphit. vt etiam 20 supra per do. consulentes dicitur. ¶ † Vel & tertio admittendo quod per verbum heredes, importentur heredes iuris, dici potest quod verba illa, & successores, stent ampliatiue, idest & quoslibet successores cuiuscunque qualitatis, & rei, ita vt dicantur vocati etiam singulares successores, & in re certa instituti propter geminationem illorum verborum, iuxta plene tradita per Alex. in consi. cxciij. ex themate premisso. i. colum. lib. ij. cum alijs adductis supra per do. consulentes. ¶ Intellige tamen vt hec duo vltima dicta coniungantur, imo & omnia tria, vt scilicet dicamus quod omnino testator voluit comprehendere descendentes, vt ex pluribus coniecturis supra ostensum fuit, & ab hac sua voluntate non debeat recedi propter verba illa, & successores, sed importare dicuntur etiam heredes iuris, & quoscunque etiam in re certa, sed tamen ex omnibus illi preferantur, in quos cadit maior affectio testatoris, & sic in proposito nostro. d. Syluia veluti descendens, & etiam heres licet in certa quantitate. ¶ Et per hoc respondetur etiam ad secundum, quia dico quod imo do. Syluia dicitur heres instituta, & hoc sufficit vt admittatur ad ea, ad que filij, & heredes vocabantur, secundum Bar. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ij. col. ver. secundum du-

bium.ff.de oper.lib.cum multis simi.vt per do.consulentes dedu ctum fuit. ¶ † Et vltra eos q filia in re certa instituta dicatur ve ra heres, firmat egregie Roma.in cõsi.clxxix.amplissime doctor. ij.colũ.versic.quid plura habemus. & ita etiam singular concludit Guid.pap.in.q.ccccLviij.in dispositione, dicens q filia in re par ticulari instituta venit appellatione hrdum, & pro herede reputa tur ad exclusionem extraneorum, & sic videtur quasi in terminis ca sum nostrum decidere. ¶ Potest et ad illud scdm alijs modis re spondere, vt per do.cõsulentes, ad quos me refero. Et inter cete ra plurimum placet, qd ipsi dicunt do. Syluiam omnibus prefe rendam, etiam q non cõsideretur vt descendens, sed solum vt he res, cũ vere sit heres, lz in certa quantitate instituta, vt dixi, atten to q illa sola reperitur de heredibus imediatis predictorum Pe tri fracisci, & Alexandri. ¶ † Alij aũt sunt heredes mediati, idest mediante persona reuereñ. Cardinalis, qui non sunt proprie he redes predictorum, sicut est do. Syluia, iuxta no.per doct.in.l.fi.C. de hered.insti. & per Deci.in.l.qui per successionem.ff.de reg.iur. cum alijs adductis per do.consulentes, videt itaqz per hanc viaz si de iure subsistit, vna cũ do.consulẽtibus cõcludenduz predictaz illustr.do. Syluiam solã admitti debere ad omnia bona reuereñ. Cardinali, quocunqz relicta in testamento patris eius et iure sub stitutionis. ¶ Uerum si qs non approbaret cõclusionem dñorum consulẽtium, & negaret verba illa, & eorum heredes &c. debere restrin gi ad descendẽtes, sed diceret debere intelligi generaliter de quo libet herede bonorum, & sic de habẽtibus ius hereditariuz, qd etiaz apud me absqz dubitatione non est. Dico q per aliam viã subti liter cõsideratam castrum Castiglionis, & alia bona illustr.d. Pe tro franc.relicta in primo prelegato, qd incipit, itez attento q.d. do. Joãnes &c. de iure spectant, & pertinẽt solum, & dũtaxat ad il lustr.do. Syluiam eius filiã, concludendo q ad eam pertinuerũt statim mortuo illust.do. Alexãdro eius patruo sine liberis, & nun quã neqz aliquo iure pertinuerunt ad reuereñ. Cardinalez. ¶ Et hec via iudicio meo est iuri, ac rationi cõsona, & equissima, lz vi deatur incõpatibilis, cũ via do.consulentiuz, de qua.s. ¶ Et pro veritate huius cõclusionis demonstranda, animaduerto q reue reñ. Cardinalis substituit in dictis bonis sub cõditinoe, si Pe trus franci. & Alexãder filij testatoris decederẽt sine filijs legiti mis, & naturalibus, † quaz cõditionem arbitror defecisse ppter su perexistentiã do. Syluie, nam cũ sit filia illustr.do. Petri franci. non põt dici q ipse, & Alexander frater decesserint sine filijs, me rito cõditio defecit.l.iubemus.§.sinaũt.C.ad treb. lz ipsa sit vni ca, vt.l.nõ est sine liberis.ff.de ver.sig. Et lz.l.illa loquatur de ver bo liberis, tñ idez est in vbo filijs, vt ibi nouissimi declarãt exem plificando in terminis nostris in cõditione, vcz si sine filijs decesse rit. ¶ † Nec quicqz obs. q illa non fuerit hrs vniuersalis patris eius, nec patruo in aliquo successerit, qr satis est illam supfuisse, lz heres non fuerit, qr istud non querit.l.filiusfa.§.cum quis.ff.de le ga.i. & q defecerit cõditio, probatur etiam in.l.ex facto.§.pen.ff. ad treb. ¶ Hoc ita posito cõsir dico ipsam do. Syluiã admissam fuisse ad bona in prelegato predicto cõtenta per text.in.l.lutius. la.ij.in fi.ff.de heredi.insti.ibi, nam prudens cõsilium testantis &c. † Illa.n.cõditio, si sine filijs decederet &c. filiorum causa, & vt ipsi ha beant censet apposita, vt inquit singular glo.ij. in.d.§.cum quis. ¶ Sed aduertendũ est, qr videtur vtrunqz precedẽs dictum esse falsum, nam vr primo q imo per superexistẽtiam do. Syluie con ditio predicta nõ defecerit. Item & scdo posito q defecerit nõ vi detur q ipsa dicat admissa, sed q predicta bona libere remanse rint apud hrdes do. Alexandri. ¶ Primum aũt probari vide tur dupliciter, & primo qr illa verba cõditionis, si sine filijs lrimis, & naturalibus &c. vsir intelligenda tm de masculis, attẽto q testa tor pprias filias exclusit, † ne alias videat plus dilexisse neptes ex filijs, qz proprias filias cõtra omnem legalem presumptionez, iuxta.l.si viua matre.circa med.C.de bon. mater. & sm hanc in terpretationez cõsuluit signanter Pau.de ca.in cõsi. mihi.ccclvij. viso.d.testõ. & Fulg.in consi.xviij. solumucia fecit testm. qui idez dixit in.l.i.C.de cõdi.inser. † Et maxime hoc videt dõm in propo sito nostro cũ sit substitutus reuereñ. Cardi.alter filius testõris, & sic videt talis substitutio facta fauore cõseruande agnationis, per ea que tandez post Pau.de cas.in cõsil.lxxix.casus iste frequẽter contingit, late istũ articu.examinando vr firmare patruus, & dñs meus Soci.in.l.cũ auus.in col.mihi.lij.ver.quartus casus.ff.de condi. & dem.ad q plura cumulari possent, de qbus per Jas. in consi.cxl.spectabilis do. Georgius. qd est primum in.ij.vol. & per Deci.in cõsi.xv. & pro tenui. & consi.cxcv.viso eleganti.per totuz, vbi etiam ipsi similem cõditionem interpretantur loqui solum de filijs masculis. Et maxime et ita videtur dõm in casu isto, attẽto

ab intestato, nam eaz Reuerendissimus Cardinalis ex forma sta
tuti excludebat, ꝓut vere exclusit, ergo necesse fatendum est, vt di
catur prelata ex testō, alioquin de ea nulla diceret̃ facta prelatio
75 per prudens ɔsilium testantis ɔtra predictam. l. lucius. ¶ †Nec
dicatur ꝙ potuisset ab intestato succedere illustriss. dño Petro
francisco patri eius, qm̄ istud non tollit fundamentum, satis enim
est ꝙ euenire poterat iste casu, ꝓut euenit, ꝙ illustriss. do. Alex.
vltimo decederet sine liberis superstite filia illustriss. dñi Petri
francisci, ⁊ istud euenturuz potuit testator ɔsiderare. ¶ Et ꝙ suf
ficiat casum euenire posse, ꝙ positi in conditione nō vocentur ab
intestato, concludit Corn. in dicto cōsil. lxxiiij. ¶ Et maxime hoc
dicendum est, quando postea casus tales eueniet, ꝓut in presenti
casu ɔtingit, cuz igitur exñtia illustriss. do. Syluie velut in ɔditio
ne posite faciat deficere conditionem substitutionis de Reueren-
dissimo Cardinali, ⁊ alijs post eum ẜm ꝙ supra fuit plene conclu
sum, ⁊ illa dicatur per testatorem aliquo modo prelata, vt. d. l. lu-
cius. ⁊ non possit dici prelata ab intestato oportet necessario fate
ri ꝙ dicatur prelata ex testamento ex causa fideicōmissi. Et istud
ni fallor, est pura veritas ꝓpter quod precipue motus fui ad ita
76 consulendum. ¶ †Potest ⁊ secundo loco ɔclusio supra posita ex
alio ɔfirmari, nam illa opinio glo. ⁊ doct. in. d. l. lucius. limitatur
etiam vt non ꝓcedat in legatis, ⁊ fideicōmissis particularibus, q:
in eis positi filij in ɔditione censent̃ vocati ex testō, cum in eis ma
gis attendat̃ voluntas testatoris per ɔiecturas, quecunq; verba
proferantur ꝗ̃ in institutionibus, ⁊ in hereditatibus ẜm ꝙ singu
lariter firmauit Ang. in. l. in legatis in lectura florentina. C. de le
ga. ꝓut refert Ias. in. l. i. in. iij. col. C. de pac. ¶ Et licet ipse ibi vi-
deat̃ aliqualiter dubitare tñ illud sequit̃, ⁊ pluribus ɔfirmat in. l.
pecuniam. ij. col. versic. aduerte tñ. ff. si cert. peta. ¶ Immo idem
Ias. in. d. l. in legatis. dicit ꝙ ista limitatio est pulchra, notabilis,
⁊ vtilis, ⁊ ꝙ multum sibi placet. ¶ Quam etiaz sequit̃ ibi Corn.
77 rōne qua etiā Ang. mouebat̃, †q: licet in legatis nō curamus de
verbis, sed tantum sensus testatoris attendit̃, vt ꝓbatur in. d. l. in
legatis. ⁊ reperio ꝙ ẜm hanc limitationem Ang. ɔsuluit Ias. in
ɔs. iij. Nicolaus de aquilantibus. iij. col. ver. quarto ad idē. i. vo
lu. vbi in fine dicit ꝙ multum sibi placet, q: pulchra est, ⁊ subtilis,
ꝓut etiam dixit in. d. l. in legatis. ¶ Et reperio etiam ꝙ cum hac
limitatione Ang. trāsit simpliciter patruus ⁊ dñs meus Soci. in
ꝓallega. ɔsil. non impresso in. vj. car. in ver. item licet positi in cō
ditione. dicens ꝙ istam limitationē sequunt̃ Moder. in. d. l. in le
gatis. ¶ Et illam ēt refert ⁊ sequit̃ insignis moder. do. Io. franc.
purpura. in. d. l. i. C. de pac. col. pen. versi. ⁊ ista ampliatio. ¶ Et li
cet quidam de hac limitatione videant̃ dubitare, imo etiaz ɔtra-
rium sentire, tñ videt̃ ꝙ magis cōiter recipiatur, ergo ab ea nō vi
detur recedendum inspecto, maxime q: vr̃ ēt bonis rōnibus fun-
dari, vt per predictos docto. in locis ꝓallegatis. ¶ Quam etiā
sequit̃ insignis moder. do. Guiliel. benedi. in sua solenni repeti. c.
raynutius. de testa. in. iij. parte. colum. viij. et. ix. ¶ Unde cum in
proposito agatur de legato ⁊ fideicōmisso rerum particulariuz se
quit̃ ꝙ illustriss. do. Syluia posita in ɔditione in substitutione fa
cta in tali legato, vel fideicōmisso debet dici vocata ex testamen-
to. ¶ Quod aūt de particularibus relictis agatur est plusꝗ̃ no-
tissimum, nam solum disputatur de substitutione facto in ꝓlega
to facto illustriss. do. Petro francisco de castro Castiglionis, in-
sula lilij, ⁊ rochettis, ⁊ sic de rebus particularibus, naz vt ex serie
testamenti ɔstat in dicto prelegato post primam substitutionez fa
cta fuit scda, si dñs Petrus franciscus, ⁊ Alexāder decederent
sine filijs legitimis ⁊ naturalibus, in qua illustrissima dña Syluia
vti filia illustrissimi domini Petri frācisci fuit posita in conditio-
ne ad exclusionem substitutoꝝ, ⁊ eam dicimus etiam fuisse voca-
tam ex testamento, ex his que supra dicta fuerunt, si non singula-
tim saltem simul iunctis. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens. 1538.

## CASVS

¶ Magnifica Comitissa domina Alda de Gonzaga in suo testa
mento inter cetera cuidam do. Aloisie ancille sue, siue per eā edu
cate vltra plura legata reliquit omnia bona mobilia ipsius testa-
tricis, ⁊ ꝙ ipsa do. Aloisia toto tempore vite sue sit, ⁊ esse debeat
vsufructuaria vnius petie terre casamentine ipsius domine testa-
tricis cum domo murata, ⁊ cupata, cum orto, curte, ⁊ stabulo, po
site in ciuitate Mātue in ɔtrata equi penes suos fines ⁊c. ⁊ post
mortem dicte dñe Aloisie illam petiā terre casamenti. reliqt qui-
busdam suis nepotibus, vt latius in testamento continetur.
¶ Presupponitur ꝙ ista testatrix possidebat vnam domum ma-
gnam in qua habitabat, item ⁊ domum quādam paruam post do
mum magnam ad quam per curtem magne domus erat ordina-
rius accessus, ⁊ asseritur per multos, ꝙ vtraq; simul ipse do. testa
trix habebat, ⁊ tenebat ꝓ vna domo, ꝓut sub noīe vnius domus
vtraq; simul acqsierat, lz illā paruā locatā teneret cuidā Bachio
ab oleo, ꝓut etiam ante eius acquisitionem fuerat locata.
¶ Ex aduerso vero asseritur, ꝙ imo sunt due domus separate, ⁊ ꝙ
ita semper habite fuerunt pro separatis.
¶ Et sup hoc facto ꝓcessū, sunt hincinde multi testes examinati.
¶ Quibus sic stantibus queritur qd veniat in dicto legato an vna
domus tantum, vz, illa parua, an vero vtraq; simul tanꝗ̃ vna tan
tum domus, ⁊ vti pro vna habita a testatrice.

## SVMMARIVM

¶ De materia. l. si domus. ff. de lega. i. ⁊ an ⁊ quando plures do
mus pro vna habeantur, vt. l. cedant legato vnius.

1 Testibus tribus standum est.
2 Persona testis per producentem approbata videtur.
3 Res eadem non debet diuersis modis censeri.
4 Diuisio fit per interpositionem sepis vel parietis.
5 Ex nominum diuersitate res diuersa censetur.
6 Unus est principium numeri.

7 Ex eo quod fuit arguitur ad presens tempus presumptive, et scilicet postea, et nunc presumatur nisi contrarium probetur.
8 Domo an censeant legata balnea si cum ea uno precio comperata sunt.
Quid de domo cum orto acquisita.
9 Argumentum a verosimili validum est.
10 Una presumptio aliam tollit.
11 Usus dicitur optima rei interpretatio.
12 In dubijs pro reo iudicandum est.
13 Testes quando adinvicem contradicunt statur depositioni plurium si aliud in contrarium non ostendatur.
Testibus aptiora et verosimiliora deponentis credendum.
14 Experientia dicitur rerum magistra.
15 Domus unitas non tollitur si ego possideam unam partem, et tu aliam nisi paries in medio fiat.
16 L. eum qui edes. ff. de usucap. quomodo procedat.
17 Domus pars licet sit habitata, et pars locata, tamen pot utraque pars sub unius nomine considerari.
18 Domus unitas quomodo tollatur.
19 Nominis diversitas an tollat unitatem domus.
20 L. si idem. C. de codicil. quomodo procedat.
21 Primus licet de pluribus dici soleat, tamen aliquando dicitur qui solus est.
22 Qualitas in dispositione expressa attendi debet.
23 Domo legata de qua intelligatur, et an sit heredis electio.
24 Legata et donationes ex qualitate donantis, et donatarij, et legantis et legatarij interpretationem recipiunt.

## CONSILIUM CLIX

Dirigat Dominus verba mea in via veritatis, et iustitie. ¶ Resolutio presentis consultationis apud me est modice difficultatis, ut ex infra dicendis apparebit, et in effectu pendet ex eo utrum magnifica domina testatrix predictam domum magnam in qua habitabat una cum alia domo parva post eam posita habuerit pro una et eadem domo: an vero pro duabus distinctis, et separatis. ¶ Nam si primum dicimus cum ipsa testatrix aliam domum non habuerit in suo patrimonio legatum prius de usufructu unius domus domi. Aloisie, et postea de ipsa domo suis nepotibus factum de quo agitur totam illam domum, scilicet parvam et magnam simul respiciet, et comprehendet cum non reperiatur, quod testatrix predicta aliam domum haberet in contrata equi, prout de hoc est doctri. Bal. in. l. si domus. in princ. ff. de lega. i. et ibi tradunt Alexan. et Jas. ¶ Si vero secundum diceremus videretur, quod in electione heredis sit declarare in qua ex illis duabus domibus legatum deberet consistere per tex. in. d. l. si domus. in princ. et ibi tradunt omnes doct. ¶ In hac igitur difficultate videbitur fortasse aliquibus prima fronte dicendum domum magnam, et parvam de quibus in puncto fuisse habitas pro duabus domibus distinctis, et separatis. ¶ Et primo hoc probari videtur ex eo, quia videtur quod communiter sic reputaretur, prout deponunt tres testes, videlicet do. Hieronymus de martinis, do. Jo. franciscus de strata, et do. Hieronymus de ossis examinati ex parte magnifici comiti Julij cesaris, et litis consortium. ¶ 1 † Nec dubium est tribus testibus credendum esse cum in ore duorum, vel trium stat omne verbum, ut legitur Deutero. cap. xvij. et Matth. cap. xviij. et probatur hoc in. l. ij. ubi glo. not. C. de naufrag. lib. xj. in. c. relatum. de testa. et in. c. novit. de iudi. cum vulg. ¶ Et eo magis predictis testibus videtur credendum, quia cum eis videtur concordare Joannes thonini de motarolis unus ex testibus productis pro parte magnifici comitis Amarotti adversarij 2 predicti magnifici comitis Julij cesaris. † Etenim istius testes fides, seu persona videtur per ipsum comitem Amarottum approbari, arg. l. si quis testibus. C. de testi. cum simi. et eorum que dicit Alex. in consi. cxcj. visis novis. circa med. vij. vol. ¶ Secundo probari videtur, quia quicquid esset per prius saltem ad hoc videtur verum, quod predicta do. testatrix habuerit domos predictas pro distinctis et separatis, cum ad diversos effectus eas applicasset unam. s. pro sua habitatione, et alteram locabat illi bacchio ab oleo sumpto argumento a diversitate usus, et effectus videtur dominum, quod predicta testatrix habuerit illas domos 3 pro diversis et separatis, † cum una et eadem res non soleat diversis modis capi et censeri. l. eum qui edes. ff. de usucapi. ¶ Eo maxime quia videntur separate per interpositionem sepium ad instar parie4 tis. † Reperiuntur. n. inter unam et aliam domum sepes quedam illas dividentes, sicut alias fieret divisio per interpositionem parietis, 5 iuxta. l. si quis duos. §. si quis partem. ff. communia predio. ¶ † Preterea et tertio hoc videtur suaderi ex diversitate nominum quibus tunc. d. domus denominabantur, una. n. appellabatur domus Bachij ab oleo, alia vero domus comitisse domine Alde de gonzaga, quod certe non fuisset si una et eadem domus simul fuisset, iuxta. l. si idem. et ibi tradita per doc. C. de codi. ¶ Suaderi videtur hoc quarto loco ex verbis testamenti in predicto legato, dum. n. quod do. Aloisia sit usufructuaria unius petie terre casamentine etc. nam ex illo verbo unius videtur testatrix ostendere se habere plures petias terre casamentine ex qui6 bus unam reliquit, † nam cum unus sit principium numeri, iuxta gl. et ibi doc. maxime Moder. in. l. si quis ante. ff. de acquir. poss. videtur posse dici, quod unus dicatur ex pluribus, ut sic videatur testatrix dixisse ex pluribus petijs terre casamentine do. Aloisia sit usufructuaria unius etc. sed dicta testatrix solum habebat predictas duas, ergo videtur concludendum, quod illas habuerit pro duabus distinctis et separatis, et non pro una tantum. ¶ Et hoc posito videtur consequenter dicendum in facultate heredem esse dare pro satisfactione predicti legati, quam ex illis domibus velint, et ita videtur quod domum magnam pro se retinere, et parvam legatarijs dare possint, prout facere intendant. ¶ His tamen non obstantibus que in veritate nihil, aut parum faciunt contrarium de iure verius esse arbitror, et absque dubitatione concludo domum magnam simul cum parva legato de quo agitur cedere, eo quod apud do. testatricem pro una tamen domo omnia illa edificia cum suis orto, et curte haberentur, prout sapientissime concluditur per excell. dominum Carolum malatestam mihi uti fratrem honorandum advocatum magnifici comitis Amarotti in suis alleg. ¶ Et ista conclusio ex pluribus probari pot, maxime ex infra scriptis. ¶ Et primo, quia veritas est, quod antequam comitissa do. Alda acquireret domum predictam, et sic tempore quo eam detinebat et possidebat comes Jo. petrus de gonzaga, et etiam postquam ipsa do. Alda acquisivit ipsa domus magna, et domus illa parva vocata domus Bachij cum suis orto et curte semper fuerunt habite, tente, et reputate pro una et eadem domo, ita ut domus illa parva diceretur stabulum magne domus, seu ipsi magne domui pro stabulo serviret, et locus ille, aut fundus, sive petia terre in qua ambe domus posite sunt unus, et idemmet locus, et fundus, sive una et eademmet petia terre diceretur, et pro una teneretur, et reputaretur, prout novem ex testibus productis pro parte magnifici comitis Amarotti aperte testificantur, videlicet, primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, nonus, et decimus, qui omnes si bene eorum dicta inspiciantur concordant in hoc ut domus illa del Bachio esset una domus simul cum domo magna, et quod pro stabulo illi serviebat, [illegible] bulum eius diceretur, ut sic ambe simul veluti in uno loco posite pro una tantum domo teneretur, et reputaretur, et cum istis novem testibus in effectu concordant etiam primus, et secundus testes producti pro parte comitis Julij cesaris. Primus enim dicit, quod domus illa del Bachio in qua adest torcular erat tenta, et nominata pro stabulo domus in qua habitabat comitissa Alda, et sic illius domus magne de qua agitur, secundus vero dicit quod in domo in qua habitabat comitissa domina Alda, et sic in domo magna comprehendebatur petia terre in qua adest torcular, et in qua habitant heredes Bachij, cum igitur tot testes, et ab utraque parte producti unitatem predictam testificentur adest dubium quod eis omnino credendum est, non obstante quod aliqui in contrarium videantur testificari, ut supra arguebatur quoniam ad illud. j. suo loco respondebitur. ¶ Et quemadmodum predicta loca pro uno, seu pro una domo semper habita fuerunt ita credendum est, quod dicta domina testatrix in vita, et in 7 suo testamento habere voluerit. † quia ex eo quod fuit arguitur ad presens tempus presumptive, ut. s. etiam postea, et usque nunc presumatur nisi probetur contrarium argu. l. sive possidetis. C. de proba. et pulchre declarat Bald. in. l. ex persona. iij. col. eo. titu. maxime dum loquitur de predicamento qualitatis, et predicamento situs quod plurimum servit in proposito casu. ¶ Secundo facit, et iudicio meo concludentissime probat argumentum sumptum a titulo acquisitionis, ut scilicet eodem modo dicatur do. Alda tenuisse, prout acquisivit arg. l. 8 predijs. §. pen. ff. de lega. iij. dum vult inter cetera, † quod legata domo censeantur etiam legate balnee si cum ea uno precio comparate fuerunt, et idem dicitur ibi in. §. fina. de insula domui iuncta quod proprie videtur respicere casum nostrum, et ita per illa iura ad ortum cum domo emptum, et acquisitum arguit domi. Guiliel. de bandi. in sua soleni repeti. c. raynutius. in prima parte, in versic. et ortum. nu. vij. de testa. sed in proposito do. Alda loca predicta acquisivit simul et sub nomine unius domus, ut patet in decreto Marchionali, in versi. unam domum positam in hac nostra civitate Mantue etc. ergo similiter illa omnia loca habuit, et tenuit pro una domo tantum. ¶ Tertio facit, quia ut fere omnes testes dicunt ad illam domum del Bachio, que dicebatur stabulum domus magne habebatur ordinarius accessus intrinsecus per domum magnam, scilicet per eius curtem, et ortum, merito ergo una et eadem domus censeri debet, ut scilicet omnia legato de quo agitur

de quo agitur cedant per. d.§.pe. & fi.in.d.l.predijs. ¶ Quarto etiam facit q cum dña testatrix reliquisset do. Aloisie oia sua bona mobilia, & statim dixisset, q etiam relinquebat ea3 vsufructuariam vnius petie terre casamentine &c. verosimile est, q de illa domo omnino senserit in qua erant predicta bona mobilia, vt sic videatur velle testatrix q do. Aloisia in eius locu3 succederet in bonis mobilibus, & in domo quoad viueret, merito ergo vr omnino dicendum, q de domo in qua habitabat senserit. † Est enim in iure validissimum argumentu3 q sumitur ab eo q est vosimile.l.cum res.in princ.de lega.i.l.iulianus.§.preterea.ff.de act.empti.&.c. sollicite.de resti.spol.cum vulga. & est glos.per illum text.in.l.tale pactum.in fi.ff.de pact. Sic igitur mens testatricis fuit, vt domi. Aloisia domus magne vsumfructum, & habitationem haberet sicut etiam ipsa habitabat. illa autem parua domus del Bachio comprehendit in tali legato veluti accessoria ad domum magnã, seu vti pars, & stabulum eius. ¶ Et ex ista gsideratione vltra dicta per excellentissimũ Aduocatum tollitur argumentũ q in contrarium fieri posset de vili gditione do. Aloisie quasi q ei non conueniret vsusfructus domus magne, qm vltra magnam affectionẽ testatricis in eam que istud facillime induxit, verisimilitudo, & presumptio predicta videt tollere oem difficultatem cum sit in se potentior & certior, † vna.n.presumptio aliam tollit.l.diuus.& ibi gl. not.ff.de in integ.rest.c.in nostra.de testi.cum simi. tradit Azo in sum.C.de pba.ij.col.& Alex.in gsil.cxxiiij.qm abunde.ij.col.lib. vj. ¶ Preterea & qnto hoc suadet, q si testatrix habuisset istas domos pro duabus distinctis, & separatis, & de vna tantu3 sensisset vtiq3 cuiq3 recti sensus vosimillimũ fiet, q declarasset de qua loquebat dicẽdo, verbi gra domus del Bachio, vel domus mee habitationis, vel aliter demonstrasset domu3 de qua particulariter loqui intendebat, vt questione3 de sua voluntate non relinqueret sicuti in alijs partibus testamẽti fecit circa alia per eam disposita, vnde cum pticularem locũ non ostenderit, sed generaliter de oibus illis locis videatur loquuta ostendit q habebat oia p vno loco, & vnamet domo, & q voluit loqui de vna particulari parte magis q de alia cum id ex verbis suis non appareat, quod ei facillimum fuisset arg.l.vni.§.finaũt ad deficientis.C.de cadu. toll. &.c.ad audientiã.de deci.& bene facit.c.inter corpalia. de trãsla. episco.circa med.in ver.vnde si circa translationẽ &c. ¶ Demum pro predictis, v3, q domus magna oino legato cedat suadet, q a morte do. Alde testatricis hucusq3 et obseruatũ fuit, nam in primis, put mihi in facto presupponit, licet in themate dicatur, dña Aloisia vsufructuaria in domo magna permansit illam habitando, & donec vixerit ea vtendo, & fruendo vt veri vsufructuarij faciunt, & post eius mortem domum predictã magnam cum illa del Bachio vti suam, & tanq suã tenuerunt magnifici Comites Jacobus & Aloisius fratres fm ordine3 ipsius testamenti, & qui ita iure predicti legati eam tenentes vendiderunt magnifico comite Amaratto qui postea illam vendidit magnifico & excell. iurisconsulto dño Hieronymo de medicis, a quo hodie possidet, vt sic dicere possimus legatum de quo agit iam habuisse interpretationẽ, vt.s.principalr de domo magna in qua dña Alda testatrix habitabat, & gnexe veniat et domus illa parua vocata domus del bachio tanq stabulum ipsius magne domus, put in veritate sic vocabat, vt fere oes testes deponunt, & ab ista interpretatione, & legati intelligentia, siue obseruantia nõ est recedendu, argu.l.minime.ff.de legi.cu3.n.hucusq3 sic fuerint vsi predicto legato, et q habuisset dubitationem (q tñ non admitterem) sic obseruandu3 est, † q vsus dr optima rei dubie interpretatio.l.si de iterpretatione. in fin.ff.de legi. ¶ Et plus et forte dici posset, q posita dubietate rei legate in fauorem legatarioz, & habentiũ cãm ab eis dicat cucurrisse prescriptio pro legato cum decursa tpa sufficiant argu.l. iiij.in fi.ff.pro lega. Unde tñ hoc pro nunc affirmo, nec super eo vlterius insisto tanq sup nõ necessario, predicta.n.satis superq3 sufficiant ad victoriam in fauorem rei gventi. † Pro quo etia3 si casus dubius videret esset iudicandum, iuxta.l.fauorabiliores sunt rei.ff.de reg.iur.facit.l.arianus.ff.de actio.& obliga.&.c.cum sunt partium iura.de regu.iur.lib.vj.& est tex.in.c.ex literis. de pba. cum hic agat de decisione cause, & de ferenda snia diffinitiua, iuxta tradita per Deci.in.d.l.fauorabiliores.ver.item regula procedit &c. ¶ Non obstant modo allegata in grium, & licet ad ea p maiori parte appareat rñsio ex predictis tñ singulatim tangendo vt infra rñdetur. ¶ Ad primum ergo rñdetur, q quicqd dicant illi tres aut quatuor testes magis credendũ est, vndecim testibus, qui clare de vnitate domus deponunt, † qñ.n.testes inuicem contradicunt stat depositioni plurium si aliud in griũ non ostendatur.c.in nostra.extra de testi.l.iij.§.i.ibi alias numerus.ff.eo. cum simi.dixit Bar.in.l.si duo.ij.col.versi.qnq3 vterq3 pbauit se possidere.ff.vti possi. Alex.in gsil.lvij. Jn causa & lite.iiij.colũ.lib.vij. Andr.barb.in gsil.lxiij. Jllud in mediũ referam.ix.col.ij. volu. & Crot.in trac.d testi.car.xx.iiij.col. sub nu.cccxxxij.&.cccxxxvj. ¶ Et presertim hoc pcedit in casu isto, qm isti plures aptiora, & verisimiliora deponunt, iuxta.l.ob carmẽ.in fi.ff.de testi. &.d.c.in nostra.& tradita per Barb.in dicto gsi.lxiij.ix.col. ¶ Est.n.verosimilius predicta loca fuisse habita pro vna domo, vt cõmuniter in similibus videmus. ¶ Attento maxime q pro vna domo, seu sub noie vnius domus fuit acqsita per magnifica3 comitissa3 dñam Aldam testatricẽ, vt.s.dictum fuit. ¶ Pot etiam ad testimonia predictoz testium aliter rñderi vt per excell.aduocatũ do. Carolum malatestã, & et per doctissimũ dñm Franciscũ forestum ad quos me refero. ¶ Ad scdm rñdet, q nõ valet gña do. Alda vtebat diuersimode, ergo tollit vnitas domus, sepe.n.accidit, vt qs ptem vnius domus locet, & in alia habitet, & tñ non intẽdat ex vna domo facere plures, † put expientia docet que dr efficax rez magistra.c.quã sit.de elec.lib.vj.nisi.n.pbaret, q dña testatrix in teriecto pariete voluerit ex vna domo facere plures in vnitate dr retineri et pro diuersis vsibus sit applicata, id.n.factũ fuit gra cõmodioris vsus, seu vtilitatis maioris inde pcipiende, arg.l.gaius.§.titius.ff.de leg.ij.ad q est optima doctri. Bart. cõiter approbata, & ibi aliqñ dixi in.l.stipulationes non diuidunt.in.i.q. ppe fi.ff.de vbo.obli. † dum dicit q ex eo, q ego possideam vna3 ptem domus, & tu aliã non tollit vnitas domus nisi paries in medio fiat, sic ergo & in casu nostro dõm est. ¶ † Nec obstat regula d.l.eum qui edes.de vsuca.in griũ allegata, q illa pcedit respectu repugnantiũ, puta vt res aliqua sit mobilis, & imobilis, sed illud nihil ad casum nostrũ, vt de se notũ est, † q non sunt repugnãtia q dña Alda ptem istius domus habitaret, & ptem alteri locaret, & tñ vtraq3 pars sub noie vnius domus gsideretur, iuxta glo. in.l.recte dicimus.§.fi.in gl.pe.ff.de vb.signi.& iuxta tradita per Bar.in.d.i.q.ppe fi. ¶ Nec obst. q dicebatur de interpositione sepium, q sepes fuerũt facte non ab ipsa dña Alda, sed ab illo de Bachio gra sui vsus, & pro gseruãdis gallinis suis, vt quasi oes testes deponũt, nec sepes ille similes sunt parieti, vt de se gstat, † & vbi etiam essent oporteret q per ipsam do. Aldam fuissent apposite, vt.s.ex eo dici posset illam voluisse eo modo tollere vnitatem domus, vt recte intuenti pbatur in.d.l.si qs duas.§.si qs prez.ff. cõia pdio.ibi, si dñs pariete medio &c. ¶ Et preterea ista diuersitas vsus & sepes erant et anteq do. Alda acquireret, & tñ tũc p vna domo cõiter tenebat, vt ex dictis testium apparet, & pro vna acquisita fuerat. ¶ † Non obstat tertium, q vere nihil facit qm nois diuersitas in casu nro euenit rõne maioris demonstrationis arg.d.l.gaius.§.titius.de lega.ij.dum ibi vna pars fundi appellat seianus inferior, alia seianus supior. Et queadmodum ibi illud varium nomen gtingit ex qualitate loci, vt ibi dr ita et in casu isto ex qualitate rei dr domus magna, & domus parua, & ex psona vtentiũ dr vna pars domus comitisse Alde, alia domus Bachij, non tñ ex hoc tollit quin in mente ipsius testatricis oia simul pro vna domo haberent, put per pus erat, & put sub noie vnius domus per eam oia illa loca fuerant acquisita. ¶ † Non obst.regula.l.si idem.C.de codi.q pcedit qñ cogit vnũ in substantia nõ habito respectu ad eius partes q non cadit in casu nro, vt ex predictis p3. ¶ Ad quartũ & vlti.rñdet, q vba illa sunt de more rabellionũ vt dicãt talis vẽdidit vnũ petium terre &c.ite3 vnam domũ &c.itẽ vnũ equũ &c.et q venditor non hẽat nisi illud petiũ terre, illã domũ, & illum equũ, sicut & in testis sepissime gtingit, nec est mirũ, q l3 vnum sit pncipiũ numeri non tñ necessario sequit, q q de vno loqt psupponat plura dari sicut in fili dr, † & q l3 pmus soleat dici de pluribus tñ aliqñ dr qui solus est, vt.l.ex duobus. in pn.ff.de vul.& pu.&.l.q duos.in pn.ff.de reb.dub.& vtrobiq3 tradunt doc. Et maxime hoc pcedit qñ apponit demõstratio dñij ipsius venditoris, vel testõris, puta vendidit vel legat vnã domũ ipsius venditoris vel testõris sitã in tali loco &c. sepissime.n.gtingit sic fieri l3 vẽditor vel testõr aliã domũ non hẽat, & ita fuit in casu nro q dr vni⁹ petie terre casamẽtine, ipsi⁹ testatricis posite Mãtue in gta equi &c.cum igit predicta vba pluralitatem necessario non iportent, &.s.plene deductũ sit q do.testatrix dicat p vna domo habuisse gcludendũ vr et reiectis alijs grijs q oia illa loca veluti p vna domo habita, vel p vna eadẽmet petia terre casamentine cedãt legato de quo agit. Eo addito q imo vere dr vna petia terre cũ tota sit simul, & gnexa, & dr casamẽtina, q sup ea sunt casamẽta, & ad ea ptinẽtia. vñ l3 casamẽta, siue domus aliquo respectu videant sepate negari tñ nõ pt ambas in eadẽ petia terre positas, & i pposito d3 istud attẽdi ex quo do. testatrix legãdo non

22 dixit, vnius domus &c. sed expressit, vnius petie terre &c. † qualitas enim in dispositione expressa attendi debet. l. si cois seruus. ff. de stip. seruo. & l. nonnunquam. ff. ad trebel. cum simi. Et licet dixerit, cuius domo, in numero singulari tamen de vtraque sensit cum eas pro vna teneret & paruam pro stabulo domus magne prout supra plene dictum est. Et vbi quis vellet plures domos considerare, & quod testatrix de vna tantum senserit in legato quod tamen non puto admittendum, arbitror posse dici quod domus magna legato cedat in qua testatrix habitabat per ea que dicta sunt. supra in quarto fundamento, & etiam

23 in sexto. † Nec isto casu haberet locum electio heredis. iuxta. d. l. si domus. de lega. i. cum ex coniecturis appareat de qua testatrix senserit de hoc probatur in. d. l. si domus. ibi, non tamen appet de qua &c. & ita illum tex. ponderando firmat ibi Ias. post Rapha. cuma. in secundo nota. in secunda limita. Ad quod non parum facit qualitas magnificorum comitum Aloisij & Iacobi de gonzaga nepotum ipsius testatricis quibus post mortem dne Aloisie legata fuit illa petia terre casamentine, non enim videretur conuenire quod eis ita dignis personis, & ipsi testatrici dilectissimis fieret legatum de domo illa del bachio tantum, sed bene conueniens videtur quod domus magna relicta eis videatur pro eorum comoda habitatione, vt sic honorifice ha-

24 bitare possint. † Etenim iure ordinatum vt donationes, & sic etiam legata que donationes dicuntur. l. legatum est. de leg. ij. recipiant interpretationem ex qualitate donantis, & donatarij, & ita etiam legantis, & legatarij, prout declarat Abb. post Inno. in. c. pastoralis. ad fin. de dona. & tradit Ias. in. d. l. si domus. in secundo not. Laus Deo & beato Antonio confessori, cuius festiua solennitas heri hic Padue cum maxima pompa celebrata fuit.

Socinus nepos, Padue legens. 1539.

## CASVS

Illustrissimus dns Io. franciscus de gonzaga inter cetera eius bona possidebat castrum Luzarie vti feudum paternum acceptum pro se & liberis cum omnibus regalibus pertinentibus ad dictum castrum & eius iurisdictionem.

Et in territorio dicti castri seu intra fines eius possidebat etiam & tenebat nonnulla bona immobilia multo maioris redditus, quam esset dictum castrum cum sua iurisdictione.

Iste illustrissimus dns obtinuit a Serenissimo Imperatore, quod posset dictum castrum feudale relinquere primogenito cum quibusdam tamen conditionibus, vt ex priuilegio constat cuius copia transmittitur.

Demum in suo vltimo testo prelegauit illustrissimo dno Maximiliano filio eius primogenito dictum castrum Luzarie cum rocca dicti castri, & cum omnibus & singulis ad dictam rocham & castrum spectantibus ad defensionem eiusdem, & cum omnibus iuribus iurisdictionibus, datijs, trauersijs, salerio, & oibus, & singulis alijs introitibus ad ipsam terram & castrum spectantibus, & pertinentibus cum mero & mixto imperio illam regendi, & dnandi absque eo, quod aliqua diuisio sortiatur in ipsa inter eius heredes, sed tantum esse voluit iuris primogeniti ea ratione ne ipsa terra ex diuisione ad nihilum reducatur, & ne partialitatis liuor, & dissensio in ea insurgat, & prout ipse testator asseruit sibi ex hac causa legitima concessum fuisse a Cesarea Maiestate in priuilegijs inuestiture eidem concessis ad que relatio habeatur.

Item etiam prelegauit illustrissimo dno Rodulpho eius secundo genito quedam alia bona, que in aliquo sunt minoris redditus, quam sit terra & castrum Luzarie solum cum sua iurisdictione licet parua sit differentia.

Et subdit testator quod ea de causa non vult, quod dns Rodulphus aliquid petere possit, immo illud plus quantumcunque sit relinquit & donat dicto primo genito.

Et postea in sequenti capitulo eidem dno Rodulpho quatenus bona illustrissimi dni Aloisij fratris dicti testatoris ad eum ante mortem suam essent deuoluta legauit castrum Astinerijs cum oibus pertinentibus & introitibus &c. quantum sit respectu iurisdictionis excludendo possessiones dictorum castrorum.

Et in eodem capitulo subditur, hoc addito quod si & quatenus illustriss. dns Rodulphus obtineat beneficia ecclesiastica ex quibus habeat redditum tunc & quamprimum redditum percipiat restituere debeat illustrissimo dno Maximiliano primo genito tantam partem possessionum prelegatorum siue curiarum quantam capiet summa redditus ex beneficijs ecclesiasticis.

Et demum predictos eius filios tunc impuberes vniuersales heredes instituit, prout hec omnia cum quibusdam alijs capitulis latius constant in dicto testamento, cuius copia transmittitur.

Mortuo testatore illustriss. dns Rodulphus obtinuit beneficia pro redditu ducatorum. dccc. vel circa, & post aliquot annos noluit perseuerare in clericatu, & ideo cum nullos haberet ordines clericatum dimittens beneficia illa renunciauit, & vxorem duxit, & cum hucusque ex ordine testamenti paterni predicti illustriss. Maximianus, & Rodulphus vixerit in comunione, seu redditus oes comunicauerint, nunc volunt diuidere, & quilibet propria bona cum suis redditibus recognoscere.

Quare de prescriptis dubitari contingit.

Primo vtrum possessiones & alia bona imobilia que in territorio castri Luzarie tenebat illustrissimus testator includantur in prelegato de terra Luzarie facto illustriss. dno Maximiano primo genito, & de iure ad ipsum spectent an vero sint inter fratres coia.

Secundo vtrum illustrissimus dns Rodulphus teneatur nunc relaxare de possessionibus, & curijs sibi prelegatis pro redditu ducatorum. dccc. vel circa, prout iam habuit ex beneficijs ecclesiasticis, licet nunc non habeat.

## SVMMARIVM

De interpretatione quorundam prelegatorum inter filios a patre relictorum, & cuiusdam priuilegij primo geniture circa quoddam feudum.

Multa de equalitate inter filios conseruanda.

Et de onere vni ex filijs iniuncto ratione beneficij ecclesiastici, an perduret si amplius illud non habeat, & non sit clericus.

1 Qui dicit omnia nihil excludit.
2 Castri appellatione cum omnibus, & singulis ad castrum pertinentibus an veniant predia.
3 Prelegatum castri an comprehendat predia & possessiones.
4 Inequalitas inter fratres esse non debet.
5 Heredes vniuersaliter instituti equaliter vocantur.
6 Testimonium mentis nostre nullum maius est, quam qualitas verborum inspecta.
7 Regalia ad principem summum spectant.
8 Copule natura que sit.
9 Precedentia significatum sequentium minuunt.
10 Qualitas repetita omnia respicit copulata.
11 Copule virtus qualitatem precedentis in sequenti repetit.
12 Legatum si sit factum de decem corbibus frumenti, et. x. aureorum, eo tempore debentur aurei, quo frumentum.
13 Dictio alius, & similes ad similia expressis referuntur, quado materia subiecta hoc patitur.
14 Argumentum a comuni vsu loquendi sumitur ad testamenti verba interpretanda.
16 Disponere aliud est de predijs, & aliud de eorum fructibus.
17 Legatum licet generaliter factum ad rationis limites restringi debet.
18 Relatio cum omnibus suis qualitatibus fieri debet.
19 Dicta & expressa in termino relato in referente contineri dicuntur.
20 Equalitatem inter filios iura seruari volunt. & infra nume. 23.
21 Frater prius contentatur quod extraneus habeat paternam hereditatem quam aliter frater plus eo vnam iota.
22 Equalitas inter fratres est concordie inductiua inequalitas vero discordie nutritiue.
24 Equalitatem inter filios pater presumitur seruare velle.
25 Pater vnum filium, & alterum priuignum facere non debet.
26 Equa litas inter fratres in dubio seruari debet.
27 Filius a patre ad stipulandum adhibitus an animo donandi adhibitus censeatur.
28 Conditio, ne inter filios inequalitas resultet, repetita censetur.
29 Argumentum a solitis, & vsitatis valet.
30 Dictionis plus natura que sit.
31 Comuniones solent induci de paribus, vel parum distantibus substantijs nisi opera minus petentis suppleat.
32 Vendito castro non censentur vendita predia in eo existentia.
33 Castri pertinentia que esse dicantur.
34 Castrum ab aliquo recognoscens territorium ab eo recognoscere non dicitur, nisi aliter constet.
35 Testamenti vna pars per aliam declaratur, vide infra nu. 37.
36 Filiorum mentio facta in vna parte testamenti simpliciter quando de masculis intelligi debeat.
38 In testamentis interpretandis nil dici debet quod menti testatis repugnet.
49 Filij masculi in feudo equaliter succedunt.
30 Frustra precibus impetratur quod de iure comuni conceditur.
41 Dispositio testamentaria in feudis prohibetur.

Etiam si hac

Etiam si fiat in fauorem vnius ex comprehensis in inuestitura.

42 Vassallus non potest vni ex filijs feudum, alijs exclusis relinquere, ⁊ j. nume. 44.

43 Filij equaliter in feudo succedunt ẽt si inequaliter instituti sunt.

45 Feudum nec emphiteosis vni filiorum per patrẽ prelegari non põt.

46 Dictionis ita tamen natura que sit.

47 Verba dispositionis qñ sunt clara, vlterius querendum non est.

48 Dictionis prout natura que sit.

49 Falsitatis habet imaginem a veritate remotum.

50 Beneficium principis concessum permanere debet.

51 Princeps contra suam promissionem venire non debet.

52 Deus Imperatori leges, non aũt contractus, ⁊ promissiones subiecit.

53 Feudi natura est, vt equaliter ad omnes filios perueniat.

54 Priuilegia principis cum dãno alicuius non intelliguntur.

55 Opinionem ꝙ quis statim mutet credendum non est.

56 Verba illa sicuti melius videbitur quid importent.

57 Onus iniunctum vni ex filijs ratione beneficij ecclesiastici, an duret si illi renanciet, ⁊ j. nume. 70.

58 Ex capitul.s separatis de vno ad aliud non infertur.
Capitula separata intelligi debent vt stant.

59 Clausula in vno ex capitulis posita ad alia non refertur.

60 Clausula in fine posita, an omnia precedentia respiciat, ⁊ nu. seq.

62 Additio debet esse eius nature cum eo cui additur.

63 Voluntati testatoris presumpte inherere debemus, ⁊ a verborũ significatione recedere.

64 Verborum forma in testamentis reicitur, vbi de mente constat.
Verba intentioni seruire debent non econtra.

65 Onera seu conditiones religionem impedientes reici debent.

66 Vita contemplatiua est melior actiua.

67 Ratio sũma est que religioni fauet.

68 Filia ingrediens monasterium habebit mille, ⁊ si pater ei relinquerit ducenta, si religionem intrauerit, ⁊ mille si maritabitur, ⁊ nume. proxime sequen.

71 Singula que non prosunt multa iuuant.

72 Dãnum ex culpa sua sentiens sibi imputet.

73 Conditio conditionalis, quando est impleta pro pura habetur.

74 Effectus qñ est causa inductiua alicuius dispositionis eo sublato, dispositio cessat.

75 Datum ob aliquam causam ea sublata repeti potest.

76 Immunitas clerico concessa perditur si vagari ceperit.

77 Prebenda cessat clerico ab ecclesia cessante.

78 Beneficium ob certam causam concessum ea sublata tollitur.

79 Tutela alicui vti agnato delata finitur, si agnatis esse desinat.

80 Testatoris mens locum primum obtinet in interpretandis vltimis voluntatibus.

81 Intentione cessante cessat dispositio, ⁊ eius effectus.

82 Transactioni si non statur, quod datum est repetitur.

83 Causa extincta, licet ab initio valuerit effectus etiam preteritus extinguitur.

84 Clericus si beneficium alteri concedat pro alio, si suscepto priuetur ad illud quod dimisit redire potest.

85 Religionem ingrediens, ⁊ ante professionem exiens est perinde, ac si non fuisset ingressus.
Venisse non dicitur qui non stetit.

## CONSILIVM CLX

Irrigat Dñs verba mea in viã veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Circa presentem consultationẽ inspecto themate. s. scripto cum alijs scripturis ad me trãsmissis in qualibet qõne consistere vr̃ non mediocris dubitatio. ¶ Capiendo eniz primaz. q. in ea prima fronte dõm videtur ꝙ predia, ⁊ alia omnia, que illust. testator tenebat, ⁊ possidebat in territorio terre Luzarie cõprehendantur in prelegato facto de. d. terra illustris. dño Maximiliano primo genito. ¶ Et istud primo vr̃ probari ex generalibus verbis. d. prelegati, dr̃ enim in. xiiij. cap. testamenti qd̃ testator prelegauit terrã, ⁊ castrum Luzarie, cũ omnibus iuribus dacijs ⁊c. ⁊ oibus, ⁊ singulis alijs introitibus ad. d. castrũ spectantibus, ⁊ ptinentibus ⁊c. nõ ergo vr̃ ab ista generalitate quicquaz **1** exclusuz, † qui enim oia dicit nihil excludit. l. fi. ff. de pen. lega. l. iulianus. in prin. ff. de leg. iij. cũ simi. ⁊ non vr̃ dubitandum predia, ⁊ alia de qbus agitur esse de introitibus spectantibus, ⁊ ptinentibus ad. d. castrum, cũ sint in eius territorio. Et maxime hoc vi**2**detur dõm, † qr illa verba cum oibus, ⁊ singulis ⁊c. dicuntur habere ampliatiuum significatũ, quo stante ẽt ꝙ dicta bona nõ venirent regulr̃ appellatione castri, seu ei necessario nõ accederent, tñ videntur inclusa per doctri. Bal. in. c. i. in prin. mihi in. vj. col. ver. aut non accedit de necessitate. de capita. qui cur. vẽdi. ¶ Et precipue hec pcederent si illustr. testator castrũ illud, ⁊ predia, de quibus agit̃ eo. ti. possidebat, naz tunc sicut apud eũ vno eodẽqz titu. ⁊ iure erant, ita vr̃ ꝙ simul voluerit omnia prelegare, vt sic simul in alium transeant, put erant apud euz, vt vr̃ in simili esse de intentione Bal. in. d. c. i. in prin. v. col. ver. tñ in. q. do. Oldra. dico ⁊c. ¶ Scdõ ista opi. probatur ex his que in. xvij. capitulo testamenti dñr, naz in eo testator prelegando castrum astriucrijs, ⁊ sulpharinũ illustr. do. Rodulpho eius scdõ genito expresse declarauit ꝙ possessiones, seu predia castrorum predictorum non sint in**3**cluse, seu inclusa in. d. prelegato, † ex quo vr̃ concludenter argui posse ꝙ in prelegato de castro Luzarie, de quo agit̃, cum non ita expresserit voluerit predia, ⁊ possessiones includi, nã si includi noluisset, vtiqz ita expressisset, sicut fecit in alio prelegato, de quo in. c. xvij. non expressit, nec predia, siue possessiones excepit, ergo videtur ꝙ includi voluerit, iuxta. l. vni. §. sinaũt ad deficiẽtis. C. de cad. tol. ⁊. c. ad audientiã. in fi. de deci. ⁊ est bo. tex. in. c. inter corporalia. post med. de trãsla. episcopi. dum ibi dr̃, si circa translationem id fieri voluisset, qd̃ de cessione dixerat de trãslatione poterat expressisse ⁊c. ⁊ isto modo arguẽdi sepissime doc. nostri vtuntur in similibus terminis. et inter ceteros eo vtitur Jo. de ana. in consi. xxij. ad approbandaz. Alex. in consi. xxxj. ponderatis his. post prin. iij. volu. patruus, ⁊ do. meus Soc. in cõsi. ix. viso statuto. ij. colũ. iij. volu. ⁊ alij plures quos longũ esset recensere. ¶ Tertio cõprobatur ista opi. qr intentio predicti illustr. testatoris fuit prehonorare primogenituz, ⁊ consñr etiam ditiorez eũ relinquere, prout cõstat ex supplicatione per eũ porrecta Cesaree maiestati, ⁊ ex suo testõ in pluribus locis, maxime in. d. c. xiiij. ⁊ in. c. xvj. ¶ Et hinc est ꝙ in. d. c. xvj. in fi. cognoscẽs prelegatuz primo genito factum esse lõge maius, ⁊ vberius eo qd̃ fecerat scdõ genito declarauit se nolle a primo genito quicqz per scdõ genitum posse ea de causa peti, imo illud plus quantũcunqz esset illustr. do. Maximiliano primo genito iure institutionis, ⁊ prelegati reliquit, ⁊ donauit, quo stante vr̃ necessario dicen. possessiones, ⁊ predia, de qbus agitur in prelegato terre Luzarie includi, nam si nõ includerentur pars illustr. do. Maximiliani primo geniti in nullo, aut minimo quodam excederet partem scdõ geniti, ⁊ ita non esset primo genitus prehonoratus, ⁊ ditior relictus contra voluntatem testato**4**ris. ¶ † Et si dicat̃ ꝙ. d. possessionibus inclusis resultaret nimis magna dr̃ia non conueniẽs inter fratres, iuxta. l. illud. §. ad hec. C. de collat. cũ simil. ⁊ maxime qr in priuilegio Cesareo de relinquendo castro Luzarie primo genito aperte dr̃ ꝙ emolumẽta diuidant̃ inter filios testatoris equis portionibus, vr̃ posse responderi illud tolerandũ ex expressa patris voluntate, qui illud plus quantũcunqz esset, ⁊ sic ẽt in magna quantitate voluit esse precipuũ predicti illustr. primo geniti, vt sic eo modo prehonoratus, ⁊ ditior remaneat, potuit. n. illustr. testator salua legitima scdõ genito totum, qd̃ supererat primo genito relinquere, vt in. §. disponat. in auct. de nup. colla. iiij. ¶ Nec vr̃ obstare Cesareum priuilegium in contrarium ponderatum, qr in eo postea subditur, vel sicuti melius videbit̃ ipsi patri ⁊c. per que verba vr̃ totum remissuz in arbitrium patris, ⁊ ei data potentia faciendi filios inequales.

¶ Et ista potentia presupposita vr̃ dicendum in hac prima qõne eum voluisse ꝙ predia, seu possessiones, de quibus agitur pertineant ad illustr. do. Maximilianũ primo genitum, velut inclusa in prelegato ei facto de terra Luzarie per predicta. ¶ Sed eis minime obst. verius esse arbitror possessiones predictas, ⁊ similia bona in tali prelegato non includi, sed inter fratres predictos cõmunia esse, ⁊ ita inter eos equaliter esse diuidẽda, ⁊ hoc probatur principaliter ex duobus. ¶ Primo qr testator aliter noluisse creditur. ¶ Scdõ qr dicitur non potuisse, vbi millies aliter voluisset. ¶ Et primũ probatur ex regula vl̃is institutiõis hereduz, **5** a qua sumit̃ testatoris voluntas, † nam cũ illustr. testator ambos filios vl̃es heredes fecerit proculdubio ex eius voluntate equaliter sunt vocãdi, si aliud in contrariuz non appareat. l. quotiẽs. §. heredes. ff. de her. insti. ⁊. §. sed si plures. institu. eo. ti. sed de predijs, siue possessionibus istis, ⁊ similibus bonis de alia voluntate testatoris non constat, qr de eis non dicitur factum aliqd̃ prelegatum, ergo ⁊c. Et ꝙ ita sit, ⁊ sic ꝙ testator noluerit predia predicta in tali prelegato includi multipliciter ostendit̃. ¶ Et primo ex qualitate ipsius prelegati, nam in cap. xiiij. testamenti dicit̃ ꝙ testator filio suo primo genito prelegauit terrã Luzarie cum rocca, ⁊ castro. d. terre, ⁊ cũ omnibus, ⁊ singulis ad. d. roccam, ⁊ castrũ spectãtibus ad defensionem eiusdem ⁊c. Ex qbus verbis absqz du-

62 sum dñm Rodulphum peruenissent. ¶ † Ad quod facit, qr additio debet esse eiusdem nature,cum eo cui additur.l.etiam. in fine.C.de iure dot.&.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pac. dotali.

Unde

Unde cum istud agatur.c.xvij.debet esse eiusdem nature cuꝫ eo, merito sub predicta ꝯditione videtur intelligendum, ⁊ tunc non videtur ꝙ sequatur absurdum,nam tūc si venisset casus relaxationis omnium curiarum,⁊ possessionū satis esset consultum ipsi do.Rodulpho in retentione dictoꝝ castrorum,⁊ alioꝝ sibi prelegatorum.¶ Non omitto hic ꝙ si cui hec prima via non satisfaciat quacunqꝫ ratione moueatur ad absurditatem predictam, et ad id quod resultare videtur ꝯtra verosimilem mentem testatoris poterit respondere,dicēdo ꝙ immo non resultāt, qꝛ illustr.testator cum nō intellexerit,in prelegato Luzarie includi possessiones,vt.§.fuit conclusum ꝯsiderabat ꝙ illustr.do.Rodulphus de bonis suis erat habiturus pro annuo redditu duca.3000.⁊ etiaꝫ supra,⁊ propterea voluit omnes possessiones,⁊ curias sibi obuenietes relaxari,salua tñ legitima si de beneficijs ecclesiasticis perciperet redditꝰ.3000.ducatoꝝ,⁊ si minus pro rata redditus beneficiorum,quod tñ puto semper intelligendum,dūmodo saluetur ei legitima,nam si voluit eam sibi ꝯseruari habenti redditum ex beneficijs ducatoꝝ.3000.fortius si minus haberet auc.multo magis.C.de sac.sanc.eccle.cum simi.¶ Et lꝫ in predictis capitulis testator videatur loqui tātum de possessionibus, ⁊ curijs relictis illustr.dño Rodulpho in.c.xvj.†tñ minus inconueniens videtur aliqualiter recedendo a significatione verboꝝ in eoꝝ cortice inherere presumpte voluntati testatoris,⁊ ab ea tollere contradictionem,⁊ absurditatem predictam, q̄ꝫ econtra propter rigidam verboꝝ formam a mente testantis recedere,⁊ in inconuenientia predicta incidere,iuxta.l.iij.⁊ que ibi dicunt docto.C.de liber.preter.cū vulgar.†Hinc signanter dicebat Ange.in consi.ccxxij.bene,⁊ egregie.in prin.ꝙ in vltimis volūtatibus omnis postergatur verborum rigor,⁊ forma,vbi de mente cōstat, verba enim intentioni proferentis seruire debent non per contrariuꝫ.l. scire oportet.§.aliud.ff.de excusat.tuto.⁊.c.scdo requiris.de appellati.cum simi.¶ Et hec cōsideratio potest addi pro alio etiaꝫ nono fundamento in precedenti qōne ad demonstrandum ꝙ testator noluerit ṗlegato castri Luzarie cedere possessiones in eius territorio existentes,nam si cederēt ex bonis testatoris illustrissi. Rodulphus non haberet redditum.3000.ducatoꝝ, nec etiam forte.2000.quod repugnaret menti testantis qui videtur considerare,⁊ velle ꝙ habeat ad minus reddítū.3000.ducatorum,vt dictuꝫ est. Et hec dicta sint si cuipiam ista via in hac secunda.qō. non satisfaciat,super qua non instabo vlterius,nec de ea multum curo,qꝛ alia via clariori conclusio.q̄ꝫ.§.posui verissima demōstrabitur,quam vltimo loco ponam.¶ Scda via potest tentari, dicendo ꝙ onus illud relaxandi possessiones,⁊ curias, si factus clericus tantum de beneficijs ecclesiasticis consequatur ⁊c. de iure non valeat tanq̄ꝫ retractiuum illustr.do. Rodulphi a vita clericali,⁊ ecclesiastica religione, ⁊ sic a vita contemplatiua. † Talia enim siue onera,siue cōditiones solent reijci,⁊ qui sic oneratur potest libere ingredi religionem,vel clericus fieri,iuxta.§.sed ⁊ presenti.in aucten.de sanctissimis episcopis.collatio.ix.⁊ ibi Jac.de beluis.⁊ Ange.tradunt,⁊ tradūt etiam docto. in aucten. nisi rogati.C.ad trebel.⁊ Barto.⁊ alij in.l.ij.ff.de his que pene nomi.⁊ doc.maxime Abb.in.c.in presentia.mihi colum.xiiij.ver.secūdo mouetur.de ꝓbat.†Est enim vita clericalis, ⁊ sic contemplatiua melior actiua,vt ibi dicit Abba.⁊ ꝓbatur per illud euangelium Marie optimam partē elegit ⁊c.vt legitur Luce.c.x.in fi. vnde eius fauore iura reijciunt onera,⁊ ꝯditiones que a tali vita hominem abstraherent.†Facit qꝛ sūma dicitur esse ratio,⁊ accipienda que pro religione facit,propter quaꝫ sepe ꝯtra strictam rationeꝫ iudicatur,vt.l.sunt persone.ff.de religio.⁊ sump.fune.c.in his.de priuileg.cum simi.¶ Hinc dicitur per multos doc.† ꝙ si pater filie sue relinquat mille, ⁊ dicat ꝙ si monasteriū ingrediatur, vult ꝙ habeat tantum.cc.habebit mille etiam ꝙ fiat monialis,eteniꝫ videbatur onus ei iniunctū de octocentis,si monasterium ingrederetur,quod onus reijcitur ne ipsa propter illud,⁊ ne perdat illa.dccc.retrahatur a religione,ita in terminis istis concludit patruus,⁊ dñs meus Soci.in dicta.l.ij.⁊ in his terminis ista opin. videtur sustentabilis,†⁊ contraria opinio quam multi tenēt procedat qñ pater reliquerit mille sub expressa conditione si nupserit,siue si matrimonium contraxerit, ⁊ ducenta si ingrediatur monasteriuꝫ,in quibus terminis loqtur Bal.in dicta aucten. nisi rogati.concludens ꝙ eo casu ingrediens monasteriuꝫ habebit tantum ducenta,lꝫ etiam in casu Bal.videatur cōmunis opin. contra eum,ſm dñm meum Socin.in consi.ccxlj.circa primam.v.⁊. vj.colum.versicu.⁊ magis in specie ꝯfirmatur,⁊ dicunt nouissimi in dicto.c.in presentia.Unde cum in ꝓposito illustris.do. Rodulpho fuerint relicte possessiones,⁊ curie,⁊ postea oneratus eas in totum,vel in partem restituere fratri,si clericus factus esset, videtur tale onus debere reijci,⁊ non valere,ne alias ipse retraheretur a vita clericali per predicta.¶ Ex quibus videtur ꝙ libere,⁊ absqꝫ aliquo onere acceperit clericatum, ⁊ redditus ex beneficio ecclesiastico.¶ † Nec dicatur ꝙ non est simplex conditio si fiat clericus,sed si redditum percipiat ex beneficijs,ita vt non videatur quicquam perditurus,qm̄ respondetur dicendo ꝙ immo satis perdet,qꝛ redditus ex beneficijs solum haberet ad vitā suaꝫ, nec de eis disponeret, sed bona quibus priuaretur haberet iure dominij,⁊ de eis etiam post mortem disponere posset.Super his tamen,⁊ hac scda via non facio magnam vim, qꝛ pleriqꝫ tenent contra predicta,maxime Deci.in dicto.c.in presentia. ⁊ in consi. ccccxix.viso eleganti.in secūda dubitatione.¶ Erit ergo fundamentum meum in tertia via, quam statim ponam. Placuit tamen hanc scdam,⁊ etiam primam apponere,vt scꝫ vna cum tertia reddant conclusionem.§.positam clariorem,† iuxta illud singula que non prosunt multa collecta iuuant,de quo per glo. in.l. si stipulatus.ff.de vsur.in.l.instrumenta.C.de ꝓbatio.⁊ per doct. in.c.fina.de succeſſ.ab intesta.¶ Tertia ergo via per quam ego principaliter moueor,ꝓbatur verissima nostra conclusio,nam dico ꝙ cuꝫ illustr.do.Rodulphus non sit amplius clericus,nec habeat aliquem redditum ex beneficijs ecclesiasticis non debet aliquid illustr.fratri suo relaxare,intentio enim patris testantis fuit ꝙ si fieret clericus cum redditu beneficioꝝ,vt dicitur in testamento bona paterna fratri relaxaret,iuxta formam testamenti, quasi tunc satis ipsi consultum sit,vt honorifice viuat de redditibus beneficiorum. Nec vlterius post eius mortem erat cōsiderandum, cum clericus posteros non sit habiturus,saltē legitimos, sed vbi non esset clericus,⁊ sic filios habere posset mēs patris fuit ꝙ bona paterna retineret,⁊ de eo postea in eius filios transirent,vt patet in ipso testamento ex capitulo institutionis, ⁊ substitutionis, maxime in ver.si autem.d.do.Rodulphus clericus effectus non fuerit,vnde cum de presenti non sit clericus,nec gaudeat redditibus alicuius beneficij ecclesiastici,sed sit matrimonio coniūctus, ⁊ liberos speret,vel forte iam habeat non video cur debeat illustriſſi.fratri suo aliquid relaxare,si enim aliquid relaxaret, ⁊ bonis ipsis, ⁊ redditu beneficij ecclesiastici careret, qđ omnino fuit alienum a mente patris testantis.¶ Soluꝫ difficultas versatur, qꝛ ex aduerso videtur ꝙ ei possit obijci ꝙ iam beneficium,⁊ ex eo redditus consecutus fuit,⁊ sic videtur impleta conditio,sub qua tenebatur relaxare curias,⁊ possessiones pro rata, ergo ⁊c. Et si nunc non habet amplius beneficiuꝫ, ⁊ redditus eius videtur sibi imputandum cum sponte renunciauerit, prout potuit, iuxta.l.si quis in conscribēdo.C.de pact.† Et non debet cōqueri si ex tali renunciatione dānum aliquod patitur qꝛ totum prouenit ex culpa sua,qꝛ voluit renunciare, vnde sibi debet imputare.l.qđ quis ex culpa.ff.de regu.iur.⁊.c.dānum quod quis.eodem titu.lib.vj. ¶ Sed tñ hoc non obstante arbitror verum quod.§.dictum est, ⁊ pro resolutione difficultatis aduertendum est,qꝛ aliquando aliquid disponitur conditionaliter inspecto solo facto conditionis, seu eius implementi, ⁊ non habito alio respectu, puta si Titius fiat consul,si nauis ex Asia venerit, vel quid simile, ⁊ tunc procedit argm̄,qꝛ impleta conditione dispositio sortitur effectum,quicquid sequatur,puta ꝙ Titius factus consul decedat, ⁊ ita consulatu frui non possit,vel nauis postq̄ꝫ appulit perijt in portu incendio,vel alio modo, his enim casibus, ⁊ similibus dispositio que per implementum cōditionis sortita fuit effectum non alterabitur,sed firma remanebit,ac si pure facta esset,†qꝛ dispositio conditionalis pro pura habetur conditione impleta.l.fina.§.i.ff.de vulga.⁊ pup.l.si pupillus.in fi.ff.de condi.instit.dixit Bald.in.l. cum in testamento.in fi.C.de testa.manu.⁊ Dec.in consi.ccccclj. plene,⁊ subtiliter.iij.colum.versic.⁊ dato ꝙ in casu, ⁊ iste non est casus noster.¶ Aliqñ vero disponitur aliqđ sub cōditione non inspecto solum conditionis implemēto,sed habito respectu ad effectum qui ex illo sequitur,vt sic effectus ille sit causa dispositionis,⁊ tunc quatenus durat effectus ille,⁊ sic viget causa dispositionis durat etiam dispositio,sed si tollatur ille effectus, ⁊ sic causa remoueatur,necesse est etiam ipsam dispositionem tolli,vel impediri per argm̄ a cessante causa ⁊c.iuxta.l.adigere.§.quamuis. de iure patron.l.qđ dictum.ff.de pac.⁊.c.cum cessante.de appellatio.Et iste proprie est casus noster,nam testator voluit illustris. dñm Rodulphum relaxare curias,⁊ possessiones illustr.eius fratri pro rata redditum consecutoꝝ ex beneficio ecclesiastico non simpliciter inspecto eo ꝙ consecutus fuerit, sed habito respectu ad effectum,qꝛ scilicet ex talibus annuis redditibus conuenieter viuere poterit,⁊ tantum inde singulis annis percipiet quantum

74 iussus erat relaxare,† ꝛ iste effectus dicitur causa inductiua illius dispositionis,ꝛ quidem finalis cum fuerit expressa per modũ conditionis de futuro,vt signãter declarat Saly.in.l.si pecuniam.in prin.colũ.fi.ver.nunc ad declarationem.ff.de condi.ob cau.merito ergo sequitur ꝙ illo effectu sublato,ꝛ sic remota causa dispositionis debet cessare ipsa dispositio,non debet igitur illustriss.dñs Rodulphus aliquid de bonis paternis relaxare,cũ non habeat redditus illos propter quos,ꝛ ad quoꝝ mensuram iussus erat relaxare. ¶†Et pro hoc facit,qꝛ quãdo aliquid certa causa datur,

75 si causa redeat ad non causam,ꝛ sic tollatur potest repeti in.l.i.in fi.ꝛ ibi doc.tradunt.ff.de condi.sine cau.ꝛ dixit Alex.in consi.x. videtur fortasse.scda colum.ver.vel ẜm Petr.ꝛ Cy.i.volumi.ꝛ Guid.papa in cõsi.clxj.Claudius martini.iij.colum.ꝛ plenius in sing.cccccccxxv.vbi ad hoc plura alleg.vt per eum. ¶Item,ꝛ se

76 cundo facit.l.generaliter.C.de epis.ꝛ cle.†dũ dicitur ibi ꝙ immunitas concessa clerico ꝓpter effectum illum,vt.s.omnibus derelictis inhereat Dei misterijs perditur per eũ qui deuagari incepit, qꝛ cessat tunc causa imunitatis,ꝛ ita voluit gl.i.in.§.illis.insti.de

77 mil.test.†dicens ꝙ prebenda naturaliter cessat in clerico, qui ab

78 ecclesia cessat. ¶†Tertio facit qꝛ regula est ꝙ qñ vnum beneficium conceditur ob certam causaꝫ, finita,ꝛ sublata illa causa tollitur beneficium,vt est tex.ꝛ ibi no.Ang.ꝛ post eum Jac.de sancto Georgio in.l.sed si hac lege.§.liberos.siue in.§.parentes.ff.de in ius voc.ibi,sed tãdiu quãdiu adoptio durat,facit.l.filio.§.matri.ff.de adimẽ.lega.quem tex.ad hoc alleg.Alex.in cõsi.xix.circa primum.ij.colũ.ver.secundo probatur.vj.vol. Cum igitur in casu isto beneficium illustr.primo genito,ꝙ scdo genitus ei relaxet ꝛc.fuerit cõcessum ꝓpter redditus annuos,quos ipse secundo genitus percipet ex beneficijs ecclesiasticis,ꝛ ꝓpter illam causam solũ motus fuerit testator,vt est dictũ,ꝛ redditus illi cessent, cũ eos amplius nõ habeat,ꝛ sic cesset,ꝛ ad non cãm redierit causa,cuius cõtemplatione scdo genitus debebat relaxare,sequitur concludenter ꝙ relaxatio amplius fieri non debet. Jmmo si facta fuisset deberet rescindi,ꝛ bona relaxata scdo genito restitui,

79 vt in predictis arg.maxime primo,ꝛ scdo. ¶†Et pro hoc quarto loco,ꝛ melius facit.l.tutelos.in prin.ff.de capi.dimi. vbi tutela alicui delata tanꝗ agnato,ꝛ ea ratione,qꝛ erat agnatus finitur si desinat esse agnatus,ꝛ illud est ex eo,qꝛ agnatio que illaꝫ tutelam produxit semp,ꝛ successiue habet influere in ipsam tutelaꝫ, ꝛ ideo si cessat agnatio non est amplius quid influat in tutelam, merito tutela tollitur,ꝓut declarat Bal.post Pet.in.d.l.generaliter mihi.iij.col.ver.qñq; autem causa finalis consistit in qualitate ꝛc.Sic igitur dicemus in casu isto ꝙ cũ cesset redditus ex beneficijs ecclesiasticis,qui existẽs apud illustr.dñm Rodulphuꝫ influebat in ipsam relaxationeꝫ de curijs,ꝛ possessionibus faciendam ẜm ordinem testatoris non debeat fieri talis relaxatio, quia non est amplius redditus ille qui effectum relaxationis inducat, ꝛ in eam influat. Et istud maxime ꝓcedit dicendo ꝙ sicut causa predicte relaxationis habebat tractũ successiuum,qꝛ scꝫ singulis annis erat percepturus illos redditus,ita etiam,ꝛ dicta relaxatio si facta fuisset debebat habere tractuꝫ successiuum,vt sic a sua causa diceretur regulari. ¶Et hoc saltẽ videtur verum ẜm intentionem testatoris,nulli enim dubium est,ꝙ si illustr.testator pater familias prudẽtissimus,ꝛ filios suos verosimiliter diligens equaliter,ꝓut.s.dictum fuit si fuisset interrogatus,an voluisset relaxationem fieri,aut factam habere effectũ si illustriss.do.Rodulphus clericatum dimittendo desinat habere redditus ex beneficijs,respõdisset ꝙ non,ne.s.vtroq; priuatus quodãmodo nudus remaneat,ꝛ cogatur quasi mendicare,loquor inspecta nobilitate sui generis. Quo pro vero posito,ꝓut credo verissimuꝫ,cogimur dicere ita esse seruandũ,iuxta singularem illam glo. lꝫ vulgatam in.l.tale pactum.§.fin.ff.de pac.ꝛ ibi doc.tradunt. Preterea sumus in his que regulãtur a ratione,idest a mente,ꝛ intentione di

80 sponentis,†qꝛ in interpretatione vltimarũ voluntatum mens, et intentio testatoris primum locũ obtinet.l.in ꝯditionibus.in principi.ff.de condi.ꝛ demõ.ꝛ per totum,facit.l.ex facto.la grãde.ff.de

81 here.instit.cũ simi.vnde requiritur ꝙ intentio semper adsit,† ꝛ si remota causa cessat intentio,cessabit etiã dispositio,ꝛ effectus,vt declarat Bal.in.d.l.generaliter.iij.colũ.vers.sequitur videre de causa finali.C.de epis.ꝛ cle.Sed hic cessantibus redditibus,ꝛ sic causa predicte relaxationis,cessat omnino intentio testatoris, ergo concludendũ est relaxationeꝫ fieri non debere,ꝛ si facta esset,

82 vt dixi esset rescindenda. ¶†Ad qđ etiam bene facit.l.eleganter.§.si quis post.il scdo.ff.de condi.inde.in ver.sed hic non videtur causa secuta ꝛc.ibi enim ꝙ causa trãsactionis datum erat re

83 petitur,qꝛ transactioni non statur,ꝛ sic bene ꝓbatur ibi† ꝙ causa extincta lꝫ ab initio valuerit extinguitur effectus etiam preteritus,ꝛ ita illũ tex.no.Ang.are.in.l.fi.in fi.ff.a quib.appel.non lꝫ. prout refert,ꝛ seqtur Guid. papa in preallega. sing.cccccccxxv. ita ergo in proposito etiam si fuisset facta aliqua relaxatio posset

84 repeti,cũ redditus ex beneficio non habeant amplius. ¶†Pro quo demum accedat,ꝙ si clericus vnum beneficium alteri concedit propter aliud qđ ab eo suscipiebat,ꝛ postea priuetur beneficio suscepto põt de iure redire ad illud qđ dimisit, seu alteri concessit,veluti cessante causa ꝯcessionis,prout videtur tex.in.c.si beneficia.de preben.lib.vj.ꝛ ibi docto.not.tradit Jo. and.in.c.vni co.de rer.permuta.lib.vj.Fede.de sen.in trac.de permu.benefic. in.viij.ꝛ.ix.q.ꝛ Gemi.in cõsi.xlv.consuetudo.in fi. Sic ergo dicendum esset in ꝓposito si iam fuisset facta relaxatio. ¶Et cum non sit facta,audacius dicẽdum est eam fieri non debere, argu.l. patre furioso.cum sua regula.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur. et eorum que dixit Bar.in.l.ij.§.fi.ff.de dona. ¶Non ob.ꝙ spõte renunciauerit,qꝛ cum nollet ꝓfiteri in clericatu, sed matrimonio coniungi potuit illud facere,cum nõdum esset in sacris, vt quoti

85 die videmus,†sicut contingit in eo qui ingreditur monasterium, inde enim libere ante ꝓfessionem exire potest, ꝛ perinde est, ac si non fuisset ingressus,cuꝫ nõ dicatur venisse qui non stetit.l.is qui se obtulit.ff.de rei vendi.ꝛ.l.aliud est capere.in fi.prin.ff.de verb. sig.cum simi.ꝛ satis est causam cessare quocũq; modo a lege permisso,vt ex iam dictis constat,prout est in casu isto. Ex eo eniꝫ ꝙ iure permittente illustriss.do.Rodulphus fecit,dãnum aliquod pati non debet,ꝛ maxime qꝛ fundamentalis ratio,vꝫ verosimilis testatoris intentio,ita procedit ipso dño Rodulpho renunciante,sicut si alio modo redditus beneficij perdidisset,vel nullo modo adeptus fuisset. Laus Deo.

Soci.nepos Padue.1537.

## SVMMARIVM.

¶Inuentarij confectio a pretore facienda potest per testatorem prohiberi.

¶Prelegatum vni ex heredibus factũ in recompensatione ꝛc. simpliciter valet.

¶Educatio pupillorum vbi iudex arbitretur fieri debet.

1 Prohibitio inuentarij fiendi a testatore fieri potest.

2 Pater salua legitima filiorum de rebus suis libere disponit.

3 Prelegatum vni ex filijs factum in recompensationem expensarum studij per alium factarum,an valeat.

4 Prelegatum factum vni filio in recompensationem donationis facte alteri filio emancipato valet.

5 Causa falsa legatum non vitiat.

6 Pupilli apud quem educari debeant iudicis arbitrio relinqtur.

## CONSILIVM CLXI

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis,ꝛ iustitie. ¶Testamento de quo agitur cum suis partibus mature ꝯsiderato, similiter etiam quatenus breuitas tẽporis passa est,ꝯsiderato,ꝛ diligenter animaduerso cõsilio excellen.Consultoris,ꝛ mihi vti fris boñ.do.Octauiani ferri olim acutissimi discipuli mei,qꝛ pro tpis angustia non licuit super omnibus perscrutari,que ab eo dicta sunt,placẽt mihi pro nũc.J.scripte tres ꝯclusio.in tribus propositis.q.ꝓut ab ipso excell.Cõsultore firmanṫ. ¶Prima est circa.j.q.vt.s.pro obseruantia voluntatis testõris Franciscus possit propria auctoritate, ꝛ absq; aliqua ꝯfectione inuentarij suscipere tutelã Hieronymi, ꝛ Cesaris

1 filioꝝ fratris eius predefuncti,†quinimo vt testatori pareat, nec volens cõuenit vt faciat inuentarium, attẽto ꝙ testator expresse inuentarium fieri ꝓhibuit per tex.vbi est casus, ꝛ ibi dicũt doct. in.l.fi.§.illo.C.arb.tute.ꝛ per alia.s.per do.Cõsultorẽ deducta, ꝛ vltra euꝫ ita voluit Alex.in ꝯsi.lxxxij.perspectis his.col.fi. vel pen.lib.ij.ꝛ Guid.papa in.q.ccclij.ꝯfectio inuentarij. ꝛ in consi. xlj.Antonius.circa med.Ange.areti.in.§.actionum.mihi. col. xxj.ver.octauo quero qđ incumbit.insti.de act.ꝛ Beltrã. in consi.cxcij.lꝫ regulariter.i.volu.cum multis alijs qui allega.ꝓossent. ¶Scda conclusio est in.ij.q.ꝙ prelegatum factũ predicto Francisco de domo testõris cuꝫ horto,ꝛ alijs de iure vꝫ,ꝛ omnia in.d. cto prelegato contenta debent esse precipua ipsius Francisci fi

2 lij, ꝛ vnius ex heredibus testõris. † Est enim in arbitrio cuiusq; testõris salua legitima suis filijs de rebus suis libere disponere.l. verbis

verbis legis.ff.de verbo℞ significa.l.i.C.de sacro sanc.eccle. ⁊.§. disponat.in auct.de nup.colla.iiij.⁊ q͛ hoc est clarissimum,⁊ quia etiam plene per dñm Consultorem deducitur super eo non insi-
3 sto. ¶†Et si dicatur ꝙ tale prelegatum factum fuit in recompensationem expensa℞ facta℞ pro studio ⁊ doctoratu patris predicto℞ Hieronymi,⁊ Cesaris quasi ⁊ ille tunc videanť filijs eius relinqui,ꝙ quidem cum non videatur veru3,sed vsq₃ ab initio videtur ꝙ donate fuerint in quasi castrense peculium videť ꝙ etia3 prelegatum de quo agitur non valeat, cum tunc.d.filijs nihil relinquatur,ꝙ compensatione dicti prelegati indigeat. Rñdeť ꝓut sapientissime per Cõsultorem rñsum fuit. Et vltra eum ꝙ etiam ꝙ tales expense ab initio fuerint donate, ⁊ q̄dem irreuocabiliter adhuc prelegatum predictum in ea℞ recompensationem factum omni iure valebit,non.n.validitas eius ex irreuocabilitate illius donationis impedieť, nam testator memor eius, ꝙ pro defuncto filio erogauit,⁊ illi donauit voluit viuẽte filio recompensationem relinquere,vt sic videantur magis equales,iuxta.l.si ita legatum sit.la prima.ff.de ꝯdi.⁊ demon.ꝙ absq₃ dubio potuit,cum dispositio suo℞ bonoru3 ab eius arbitrio penderet per predicta. ¶Et
4 hoc ostenditur isto exemplo†pone ꝙ vni filio emancipato pater donet,valet enim donatio,⁊ irreuocabiliter excepta causa ingratitudinis,si postea in testõ alteri filio prelegeт in cõpensatiõne predicte donationis nemo dixerit prelegatũ non valere,ꝑpter irreuocabilitatem donationis,sic igitur dõm est in casu nostro. ¶Quin imo dico ꝙ valeret in casu isto legatum ẽt ꝙ nihil pater pro filio
5 predefuncto erogasset,⁊ sic causa appareret falsa,† qm̃ falsa causa non vitiat legatum.l.cu3 tale.§.falsam.ff.de ꝯdi.⁊ demon.⁊ est tex.quasi in terminis nostris in.l.demonstratio.§.quod aũt.⁊ ibi sũmat Bar.eo.tit.⁊ tradit glo.quam cõiter sequuntur doc.in.d.
6 l.si ita legatum sit. ¶Tertia ⁊ vlti.ꝯclusio est in.iij.qõ.†ꝙ si questio sit vbi ⁊ apud quem Hieronymus, ⁊ Cesar pupilli debeant educari totum hoc remittitur ad iudicis arbitriũ qui inspecta psonarum qualitate ⁊ ꝯiunctione illud perpendet,⁊ qõnem terminabit,ꝓut apertissime inquit Imperator in.l.i.versi.qñ aute3.C.vbi pupil.educ.deb.prout ẽt per excellť.ꝯsultorẽ ꝯclusum fuit. L.B. Socinus nepos.1537.

## ❧ CASVS ❧

¶Reuerendus dñs Philippus zobolus episcopus Comaclensis in suo vltimo testõ ltime ꝯdito in effectu voluit ⁊ mandauit fieri ecclesiam in certo loco quem tunc habebat,⁊ in ea ecclesia voluit residere certos sacerdotes,⁊ clericos cum eoru3 presidente,⁊ cum quibusdam conditionibus, seu declarationibus, ꝓut latius ex lectura testamenti predicti apparet,cuius copia transmittitur.

¶Et ipsam ecclesiam, ⁊ in ea presidentem, ⁊ alios sacerdotes, et clericos eius heredi,⁊ suis descendentibus substituit, si sine filijs masculis decesserint,vt in ipso testamento legitur.

¶Idem testator lapso biennio,⁊ vltra supuiuens cum sup eo bullas gratis obtinere non posset credit mutasse opinionem vt certis suis literis videtur probari post quas donauit locum predictũ domi.Ludouice vxori fratris eius, vt ex publico instrumẽto constat,cuius etiam copia transmittitur.

¶Et postea etiam vendidit duas domunculas quas habebat contiguas dicto loco que etiam includebantur in dispositione de edificanda ecclesia ſm ordinem testamenti.

¶Mortuo postea testõre cum inter eius heredes,⁊ certos presbyteros orta esset maxima ꝯtrouersia ⁊ lis,facta fuit inter eos quedam compositio, siue transactio, vt ex copia publici instrumenti (que similiter transmittitur)apparet.

¶Expost fuit per sũmu3 Pontificẽ facta q̃dam vnio quarũdã capellania℞ ia3 subrogata℞ in locũ ecclesie erigi ordinate ꝑ testatorẽ ꝑdictu3 q̃ ad vnã capellaniã reducte fuerũt,⁊ facta dicta vnione fuit dicta capellania ꝑ sũmu3 Põtifice3 substituta in locũ predicte ecclesie q̃ erigi debebat in totũ ẽt respectu substõnis de ipsa ecclĩa ⁊ eius ꝓsidentibus fcẽ hrdi.d.testatoris, ⁊ descẽdentibus eius,⁊ hec fcã fuerũt irrequisito ⁊ inscio herede predicti testõris.

¶Dubitať nũc si ꝯtingat ipsum hrẽdem,vel eius descẽdentes decedere sine liberis masculis,vtr℞ ipsa capellania vti substituta dẽat admitti ex cã fideicõmissi ad bona que fuerunt testatoris prefati.

## ❧ SVMMARIVM ❧

¶De alienatione loci per testatorẽ facta postq̃ in testõ ordinauerunt in eo loco fieri ecclesiam,vtr℞.s.⁊ qñ dicať reuocata illa testamentaria dispositio,⁊ de materia satis plene.

¶Legatũ extinguiť ob alienationẽ volũtariã per legante3 factam.
2 Voluntas reuocandi testamentu3 per actum alienationis oñdiť.
3 Literis alicuius de mutatione eius voluntatis standum est.
4 Lr̃e ꝙ sint scripte manu alicuius per lra℞ cõparationem ꝓbať.
5 Substitutio alicui de ecclesia facta an efficiatur caduca ex defectu ecclesie substitute cu3 eam testator fieri noluerit,⁊ an ecclĩa edificari dẽat de bonis testõris,⁊.ꝭ.nu.9.et.16.17.28.31.32.
6 Ordinatum a testatore si non potest fieri ob locorum defectu3 an in alium vsum conuerti possit,⁊ nu.proxi.seq.⁊ nu.29.
8 Monasterium si in loco destinato fieri non potest alibi construi debet.vide.ꝭ.nume.30.
10 Legatum an valeat si res legata alienata redimatur. ⁊ infra numero.33.et.34.
11 Testator dispositionem suam reuocare potest etiam ad pia3 cãm.
12 Nec potest disponere,vt ei non liceat a priori volũtate recedere.
13 Dispositio generaliter loquens est generaliter intelligenda.
14 Mortui si resurgerent iterum morituri possent ad pias causas relicta reuocare.
15 Disposita ad pias causas reuocari possunt.
Et sufficit voluntas reuocatoria presumpta.
18 Causa testati fauorabilior dicitur.
19 Substitutio pupillaris pupillo fauorabilis est.
20 Causa testati trahit ad se causam intestati.
21 Intestatus quis non dicitur decedere ob substitutionis fideicommissarie inualiditatem.
22 Domus legate per testatorem si permutentur cum alijs alienate non videntur.
23 Argumentum de vno casu ad alium diuersum non valet.
24 Permutatio dicitur alienatio ex causa onerosa.
25 Per alienationem necessariam non fit rei legate reuocatio.
26 Liberalis in necessitatibus nemo existit.
27 Verba presens tempus respicientia fauore institutionis interpretantur,vt etiam ad futurum trahantur.
30 Cap.nos quidem.de testa.quomodo procedat.
35 Verba per ablatiuum absolutum prolata conditione3 importãt.
36 Subrogatum non debet plus iuris habere, q̃ illud in cuius locum fit subrogatio.

## ❧ CONSILIVM ❧ CLXII ❧

Dirigat Dñs verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie. ¶Inspectis scripturis oibus de q̄bus in puncto,ac facti ꝯtingentia diligenter ꝯsiderata,pro resolutione presentis ꝯsultationis videndũ est vtr℞ Reueř.do.Philippus testator dicať mutasse opi.quam in testõ habuit, vt ecclesia fieret in certo loco cum qualitatibus de q̄bus in testõ ita vt amplius.d.ecclesia edificanda non sit in ꝯsideratione,vt sic substõ de ipsa ecclesia facta de qua nunc disputať dicať effecta caduca ⁊ inutilis: Et certe ista questio videť decisa per Iurisconsultum in.l.legatu3.§.
1 pater.⁊ in.l.rem legata3.ff.de adi.lega.†Est.n.ibi regula ꝙ legatum extinguitur,⁊ diciť reuocatũ si testõr ex voluntate re3 legatã alienauit,⁊ ita ibi dicunt Bart.⁊ alij docto.⁊ bene facit.l.scribit Q.Mutius.§.i.ff.de auro ⁊ argen.lega.vbi etiam Barto.⁊ alij tradunt,tradit etiam Bald.in.l.lucius.in secunda oppositione. ff.de legatis secundo.Barto.⁊ Alexan.per illum tex.in.l.fideicõmissa.§.si rem.de lega.iij.idem voluit glo.prima in.l.cum seruus.⁊ in.l.si seruo.⁊ glo.iij. in.l.si seruus.ff.de adimen.lega. hoc idem tradunt Bald.Pau.de cast.Salyce.Corne.⁊ alij in.l.iij. C.de lega.Alexander in consilio.clxvij.Inspecto.⁊ in consill.sequen.libr.vj.⁊ in consil.clvij.Viso testamento. in princi. libr.vij.
2 †non quidem ꝙ alienatio sit causa voluntatis adimendi legatum,sed voluntas precedit,que postea ostenditur per actum alienationis ſm Barto.in dicto.l.cum seruus, sed in casu isto testator loca illa que erant,vt ita dixerim,legata ecclesie edificãde,seu clericis in edificanda ecclesia cõmoraturis ex voluntate alienauit,vt in puncto narratur,ergo debet dici reuocatum legatum illud,seu dispositio illa de edificanda ecclesia,dicendo tamen ꝙ testator per prius voluntatem mutauerit, ⁊ legatum ⁊ totam illam dispositionem in mente sua reuocauerit, quod postea per alienationem demonstrauit. ¶Quod quidem vbi talis alienatio non sufficeret apertissime ostenditur ex literis illis, quas ipse Reuerendus testator post factum testm̃,⁊ante predictam alienationem misit ad dñm Ruffinum gablonetum agentem eius in Romana curia,dum in eis dicitur ꝙ ipse non valens obtinere gratis bullas pro facienda dicta ecclesia mutabat voluntatem,⁊ quod alijs

3 largietur, & benefaciet, † quibus literis in hoc videtur standum, iuxta tradita per Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc dõm restat. ver si. illud etiam nota. & per Bar. in. l. nuda. in fi. ff. de dona. cuz concor. vt per Jas. in ɔsil. xlvij. Ex facto. ij. col. i. vol. † Non. n. est dubiũ literas illas manu ipsius Reuer. testõris scriptas fuisse cũ de

4 hoc sit facta fides per cõparationẽ literaꝝ, iuxta tradita p Bal. & Saly. in. l. cõparationes. C. de fide instru. Mutauit ergo testator voluntatem, & ex causa in dictis literis inserta, & ita in ea mutatione ꝑmanens postea loca illa alienauit ɔfirmans per dictam

5 alienationem predictã mutationez voluntatis. ¶ † Quo stante sequitur substitutionem de qua agit̃ fuisse extinctã & caducam effectam ex defectu ecclesie substitute cuz eam fieri testõr amplius noluerit non minus q̃ si ille qui substituit̃, viuo testatore decedat, iuxta. l. vnicam. §. & cum triplici. versi. vel viuo testatore. C. de cadu. tollen. sic ergo ɔcludendum est, ꝙ omnia libere remanserint heredi instituto, & suis heredibus tanq̃ ꝑsone grauate, iuxta. d. l. i. §. ij. de cadu. tollen. ¶ Sed aduertendu3 est, q2 ɔclusio predicta difficultari videt̃ ex pluribus. ¶ Et ꝑmo q2 esto ꝙ loca illa sint remota ab ecclesia in eis edificanda ꝓpter alienationez voluntarie factã, tñ ex quo illam ecclesiam edificandã substituerat vr̃ ꝙ substitutio duret, & ecclesia edificari debeat d̃ bonis testatoris, iuxta notabilẽ decis. Bar. in ɔsi. xxvj. Testator disposuit. quaz refert & sequi videt̃ Alex. in apostil. ad Bar. in. d. l. fideicõmissa. §. si rez. de lega. iij. ¶ Scdo ex alio videt̃ ꝙ cõclusio supra posita de iure

6 non ꝓcedat, † qm̃ si non potest impleri ꝙ testator ordinauerat ex defectu locoꝝ, vt supra alienatoꝝ videt̃ ꝙ omnia que sic pio vsui erant destinata in alium pium vsum conuerti debeant argu. l. legatum. in prin. ff. de admi. reꝝ ad ciui. pertine. & melius facit. l. le-

7 gatum. ff. de vsufru. lega. † nam sicut ibi dicitur iniquu3 etiã quantitatem quam testator in spectaculum destinauerat lucro heredu3 cedere ex eo ꝙ spectaculum illud celebrare non liceat, ita & in casu isto videtur iniquum esse, ꝙ bona per testatorez destinata in ecclesiam illam edificandã, seu in vsum clericoꝝ qui in ea erant habituri, & cultui diuino inseruituri cedant lucro heredis ex eo ꝙ ec-

8 clesia in loco a testatore ordinato edificari non potest. † Et in terminis videtur pro hoc tex. in. c. nos quidem. extra de testa. vbi dicitur ꝙ si in loco, in quo testator monasterium fieri mandauit edificari non potest, debet alibi construi, vt sic pia defuncti voluntas impleatur. Sic igitur & in casu isto dicendum videtur. ¶ Tertio facit q2 videtur sic colligi ex voluntate testatoris, quando ɔsiderans possibile esse, ꝙ ipse viuens non edificet designatam ecclesiã voluit illud esse ad onus heredis, & ꝙ ipse heres illam construat, & ꝙ interi3 corpus eius deponatur in ecclesia sancti Nicolai vbi misse erunt celebrande, & ꝙ etiam per heredem debeat clericis illis quos in testõ testator elegerat assignari vna alia domus, ꝓut

9 in testõ legitur. † Videt̃. n. ex istis & ẽt ex alijs que in testõ scripta sunt posse colligi ꝙ testator in illa sua dispositione ꝑncipaliter respexerit cãm hanc piã, vt. s. cultus diuinus augeat̃, & pro eius aĩa preces fiant, quo stante videt̃ posse ɔcludi ꝙ legatum, & substitutio de q̃bus agitur non caducent̃, sed potius in alium similez vsu3 ɔuertantur, iuxta distinctionem Bar. cõiter approbataz in. l. pa-

10 ter filiu3. §. tusculanus. ff. de leg. iij. ¶ Nec istis videtur obstare ꝙ testator loca illa alienauerit, qm̃ etiam, qñ alienatio facta fuit legatu3, & dispositio testatoris non extinguit̃ totalr̃, sed aliqua subsistẽte rõne valet, & debet sortiri effectum, puta, q2 res alienata redimitur, vt. l. verum est. ff. de manu. testa. Uel alia in locum eius subrogatur, vt. l. filie. §. titia. ff. de ɔditio. & demon. Uel quid simile ɔtingat. Et ita videtur in casu isto dicendum ꝙ dispositio testatoris non fuerit extincta per alienationem quam ipse fecit, sed ex rationibus de quibus supra debeat aliquo modo cõseruari ꝺm predicta. ¶ Istis tamen non obstãtibus, & pro veritate casum nostrum non tangentibus arbitror de iure veram ɔclusionem supra positam, sc3 ꝙ substitutio de qua agitur caduca, & nulla reddita fuerit, & ꝓpter mutationez voluntatis ipsius testatoris dicatur in

11 effectu reuocata ꝺm ea que supra deducta fuerũt. ¶ † Nulli eni3 dubium est testatorem quãlibet suam dispositionez in testamento factam posse ex arbitrio reuocare cum eius voluntas sit ambulatoria vsq3 ad mortem. l. iiij. ff. de adimen. legat. & l. cum hic sta-

12 tus. §. ait oratio. ff. de donatio. inter virum & vxo. ¶ † Immo non potest sic disponere, vt ei non liceat a priori voluntate recedere. l. si quis in principio testamenti. cum materia, & ibi Bar. plene tradit. ff. de lega. iij. ¶ Nec quicq̃ ɔtra hanc regulam reperitur dispositum fauore pie cause, nam etia3 ad pias causas disposita po-

13 test testator ex arbitrio suo reuocare, † iura eni3 predicta generaliter loquunt̃, merito generaliter sunt intelligenda etiam respectu dispositoꝝ ad pias causas. l. i. §. generalr̃. ff. de leg. prestã. l. quicq̃. §. parentes. ff. de in ius voc. c. si romanoꝝ. xix. dist. & l. itez apud. §. ɔ̃naliter. ff. de iniur. cum simi. facit. l. i. C. de sacr. sanc. eccle. dum dr̃ ꝙ iudicia defuncti debent seruari que suprema fuerint, & loquitur de relictis ecclesie, & sic ad pias causas, vnde si testator reuocat iudiciu3 reuocatũ non potest dici supremũ, sed ipsa reuocatio

14 dr̃ suprema, ergo &c. ¶ † Et hinc dixit Bar. in. l. i. C. de sacr. san. eccle. in. iiij. q. v. q. prin. ꝙ si mortuus aliq̃s resurgeret iteꝝ moriturus, vt ɔtigit Lazaro posset relicta etiam ad pias causas reuo-

15 care. ¶ † Et ꝙ etia3 disposita ad pias causas reuocari possint ex arbitrio testõris voluit Oldr. in ɔsi. clxxiiij. Thema tale est. & clarius hoc tradit Pau. de cast. in ɔsi. ccxlij. Circa ꝑmũ q̃situ3. post princi. ¶ Et adeo vera sunt ista vt sufficiat voluntas reuocatoria presumpta, & per ɔiecturas suscepta, vt. l. iij. §. fina. ff. de adimen. lega. cum simi. ¶ Cum igit̃ in casu isto voluntas testatoris reuocatoria nedũ sit presumpta ꝑp donationem de qua in puncto, sed ẽt quasi exp̃sse habeat̃ ex literis de q̃bus. s̃. necessario ɔcludendũ vr̃ ꝙ oĩa per eũ disposita de ecclesia illa edificãda, & de eius substitutione dicantur reuocata, ita vt substitutione caduca reddita bona apud hr̃dẽ grauatu3 libere dẽant remanere, vt. s̃. fuit ɔclusu3.

16 ¶ † Pro qua ɔclusione videt̃ bonus tex. in. l. pater filium. §. tusculanus. ff. de lega. iij. nam sicut ibi dissoluto templo duo millia ipsi templo relicta remanent apud Petronium qui eis erat grauatus, ita & hic ecclesia non facta, & fieri impedita per ipsum testatorem, & substitutione de ipsa ecclesia facta extincta debent bona remanere apud heredem grauatum. ¶ Ad allegata in ɔtrarium ex iam deductis recte intuentibus apparebit responsio, vt tamen clarius veritas ostendatur, sigillatim ad omnia, vt. j. respondetur.

17 ¶ † Primo ergo non ob. doctrina Bart. in dicto ɔsilio. xxvj. relata per Alex. in. d. §. si rez. qm̃ posito ꝙ sit vera, q2 de ea non intendo disputare rñdetur pluribus modis, & ꝑmo ꝙ Bar. loquitur de institutione heredis ad quam ɔseruanda3 iura sunt promp-

18 ptiora, vt sc3 defunctus dicatur testatus decessisse, † cũ causa testati dicatur fauorabilior, & publice expediat quem habere hr̃dez ex testamento, vt. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aperi. ꝓut illum

19 tex. solent allegare doct. ¶ † Hinc dicimus vtile esse pupillo, & fauorabile, ꝙ ei sit facta pupillaris substitutio. l. si pupillus. alias incipit iulianus. in prin. ff. de acquiren. heredi. per eam enim habe-

20 bit heredem ex testamento, quod non esset ea nõ facta. ¶ † Hinc etiam dicimus ꝙ causa testati velut dignior, & fauorabilior trahit ad se causam intestati. l. i. §. si ex fundo. ff. de heredi. instituen. & ibi tradunt docto. facit. §. sed si quis priore. & ibi glos. notabi. in ver. rebus. institu. quibus modis testa. infir. cum simi. ¶ Ex illa ergo decisione Bar. non videtur ꝙ possit argui ad casum nostrũ in quo de institutione non agitur, illa enim valuit & sortita est effe-

21 ctum ita vt defunctus dicatur habere heredẽ ex testamento. † Sed agitur de fideicommissaria illa substitutione per cuius inualiditatem defunctus non dicitur decedere intestatus, cessante ergo fauore institutionis qui in casu Bar. ɔsideratur, ꝓut etiam (alio tamen respectu) Bar. ɔsiderat debet etia3 cessare decisio Bar. per locum a cessante ratione. l. adigere. §. q̃uis. ff. de iure patro. & c.

22 cum cessante. de appel. cum simi. ¶ † Scdo ẽt rñdetur ꝙ in casu Bar. testõr non simplr̃ domos illas alienauit vt domibus careret, sed eas ꝑmutauit cũ alijs domibus, ita vt eis in locu3 primaꝝ subintrantibus non videat̃ eas alienasse, dẽnt. n. ipse velut subrogate sapere naturam illaꝝ in quaꝝ locum subrogantur. argu. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & l. i. §. hec actio. vbi not. Barto. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. cum simi. ¶ Et in ꝓposito optime facit. l. filie. §. titia. ff. de ɔditio. & demon. allegata in contrarium in vltimo fundamento. Merito ergo dispositio illa conseruatur vt fit etiam in. d. §. titia. quod non cadit in casu nostro in quo alienatio d̃signati loci simpliciter facta fuit, & alius locus nõ

23 fuit sibi subrogatus. ¶ † Cum igitur casus sint diuersi de vno ad alium non debet fieri argumentum siue illatio. l. fina. ff. de calumnia. & l. inter stipulantem. §. sacrum. versicu. sed hec dissimilia. ff.

24 de verbo. obligatio. cum simili. ¶ † Tertio respondetur ꝙ Bar. loquitur in permutatione que dicit̃ alienatio ex causa onerosa, & merito in dubio censetur facta ex necessitate, vt post Jaco. butri. Bal. Ang. & Saly. declarat Corne. in. l. iij. circa medium. versi. in dubijs autem. C. de legi. & ideo conuenienter Bart. ɔcludit di-

25 spositionem nõ esse reuocatam, † qm̃ pro regula non fit reuocatio per alienationẽ factam ex necessitate, vt p Bar. in. d. l. rẽ legata3. & in. d. §. si rem. & tradunt omnes in. d. l. iij. Nisi tamen mutasset testator voluntatẽ, & hoc debet per heredez ꝓbari qñ alienatio fit ex titulo oneroso, vt dclarat Alex. in apost. ad Bar. in. d. l. rez legatã. in casu aũt nr̃o alienatio fuit volũtaria, q2 ex titulo donationis. ¶ Quinimmo in tali titulo non cadit distinctio voluntarie vel necessarie

26 vel necessarie alienationis,†cum in necessitatibus nemo liberalis existat, vt.d.l.rem legatam, merito ergo ex tali donatione dicitur reuocata dispositio circa res donatas. ¶Quarto etiã rñdetur ꝙ in casu Bar.testator non disposuerat specialiter, ꝛ noiatiꝫ de certis domibus, vt.s.in eis fiat ecclesia, sꝫ gñaliter dixerat, ꝙ in suis domibus ꝯstrueretur, vnde cuꝫ domus ille quas titulo pmutatio nis recepit dicanꝭ sue tpe mortis, nil mirum si in eis ꝯseruatur te
27 statoris dispositio. †Et cum agaꝭ in casu illo de ꝯseruanda institutione eius fauore vba que alias presens tps respicerent late interpretanꝭ, vt etiam ad futurũ trahanꝭ, arg.l.placet.ff.de libe. ꝛ posthu. put ibi Bar.inducit, qui ꝓprie vtitur hoc fundamento, vt per eum. Sed in casu nr̃o testator specialr̃, ꝛ noiatiꝫ locum ecclesie ꝯstruende designauit qui per eum postea fuit ex causa donationis alienatus, ergo de casu Bar.ad casum nostrum non dꝫ ar-
28 gui. ¶†Quinto ꝛ vltimo rñdeꝭ ꝛ tollitur penitus ois difficultas qꝛ in casu Bar.nõ ꝯstabat aliquo modo de mutatione volũtatis testatoris. At in casu isto de mutatione ꝯstabat ex literis per Reuerendũ dñm testatorẽ scriptis ſm ꝙ.s.deductum fuit, ergo ꝛc.
29 ¶†Scdo principaliter nõ ob. ꝙ scdo loco allegabaꝭ, qm̃ de plano rñdetur, ꝙ illud ꝓcedit qñ testator decessit cum ea voluntate, vt aliqd erogeꝭ in certũ pium vsum, illud aũt fieri non põt, absqꝫ tñ facto ꝛ ordine ipsius testatoris, sed impedimento aliunde ꝓueniente. Puta qꝛ lege caueꝭ spectaculũ a testatore ꝯsideratuꝫ non licere celebrari, vt in.d.l.legatuꝫ.de vsufr.leg. Uel qꝛ pecunia certo operi destinata iteruẽtu legis falcidie diminuiꝭ ita vt ad opus illud non sufficiat, vt in.d.l.legatam.de admi.rex ad ciui. pertin. tunc.n.poterit fieri ꝯuersio in alium piuꝫ vsum, vt aliquo mõ pia defuncti voluntas serueꝭ, vt in dictis iuribus. Sed in casu isto testator non decessit cum illa voluntate, sed ab illa dr̃ recessisse, vt.s. ostensum fuit. ¶Et ex facto ꝛ dispositione sua ipediꝭ ecclesie edificatio in loco destinato, ergo non dꝫ fieri ꝯuersio in alium vsum pium, ꝛ qui vellet illud facere repugnaret ꝛ aduersareꝭ voluntati testatoris, qui noluit amplius ecclesiam illam ꝯstrui, ꝛ voluntateꝫ suã mutando dr̃ totam illam dispositionem de edificanda ecclesia reuocasse cum oibus suis sequelis. Et vltra lr̃as illas ex qbus de mutatione volũtatis ꝯstat ꝓdicta mutatio ꝛ reuocatio sue dispositionis satis ostenditur ex illa donatione. Nam cum illã iure dñij faciẽdo voluerit loca illa eẽ donatarie satis appeꝭ, ꝙ voluit in eis
30 amplius edificari ecclesiaꝫ. ¶†Et per hanc viam rñdeꝭ etiaꝫ ad d.c.nos qdeꝫ.de testa. Dico.n. ꝙ loquiꝭ tex.ille qñ testator decessit cum voluntate vt monasteriũ in loco ordinato ꝯstrueretur, nõ enim testator locum alienauerat, aut alio modo mutatam voluntatem ostenderat, sed impedimento aliunde ꝓueniente in eo loco
31 non poterat ꝯstrui monasterium. ¶†Non obst.modo tertiũ fundamentũ, qm̃ ex predictis patet rñsio, dico.n. ꝙ imo voluntas testatoris nota est in ꝯrium cum ille in predictis literis dixerit se mutare voluntatẽ si bulle gratis non obtinerenꝭ, ꝓut nunꝙ̃ fuerunt obtente, ꝛ talem mutationẽ voluntatis postea ostendit donando locum in quo ordinauerat ecclesiam ꝯstrui. ¶Et ꝯsideratio facta in ꝯrium ꝓcederet qñ testator in eadem voluntate ꝑmansisset, ꝛ aliquo casu non ꝯstruxisset ecclesiam in vita, fateor eniꝫ ꝙ tunc fuisset totum ad onus heredis. At in casu isto mutauit volunta-
32 tem, ergo ꝛc. ¶†Et doctrina Bar.in.d.§.tusculanus.non obst. qꝛ ꝓcedit qñ pia illa dispositio non põt impleri aliter ꝙ̃ ex voluntate testatoris, puta qꝛ templum cui relinquebaꝭ destruaꝭ, vel decedat persona cui erat relictum, vel quid aliud ꝯtingat preter ordinem testatoris, naꝫ tunc debet adhiberi distinctio Bar. ibi vtꝝ scꝫ testator principaliter respexit causam an vero ꝑsonam, seu locum quibus reliquit vt per eum. Sed hec sunt aliena a casu nostro in quo ecclesia ꝯstrui non potest in loco ordinato ex facto ipsius testatoris, qꝛ locum illum donauit, ꝛ illud fecit, qꝛ iam mutauerat voluntatem, ꝛ in effectu dispositionem illam diciꝭ reuocas-
33 se ſm ꝙ supra fuit demonstratuꝫ. ¶†Nec predictis obstant duo iura vltimo loco allegata, nam in primis duꝫ dicebaꝭ, ꝙ ꝓpter redemptionem rei alienate dispositio ꝯualidatur per.d.l.veruꝫ est. ff.de manumis.testa. Dico ꝙ imo regula est in ꝯrium, vt est tex.in .l.cum seruus.ff.de adimen.lega. ꝛ ibi Bart. ꝛ alij declarat, ꝛ.d. l.verum est ꝓcedit simpr̃ in relicto libertatis, vt per glos. ꝛ Bar. in.d.l.cum seruus. ¶Et si tunc dicas, ꝙ idem esse deberet in casu nostro fauore pie cause. Potest primo dici ꝙ cũ hoc iure cautum non reperiatur non licet specialia extendere per iura vulgaria. ¶Uel scdo rñdetur ꝙ argumentum ꝓcederet quando in casu nostro locus per testatorem donatus aliquo mõ fuisset recuperatus, ꝛ ad eius hereditatem rediisset, qd factũ non fuit. ¶Tertio etiam rñdetur ꝙ in casu nostro de mutatione voluntatis satis
34 ꝯstat vt dictum fuit, ergo ꝛc. ¶†Et eisdem fere modis rñdeꝭ ad d.l.filie.§.titia.de ꝯdi.ꝛ demon.ꝯgrua tñ ꝯgruis referendo. Dico enim ꝙ ibi ancilla cuꝫ noie Agathee fuit in locũ alienate subrogata, ꝛ aliter de mutatione volũtatis non ꝯstabat, at hic de mutatione voluntatis ꝯstat, ꝛ non reperiꝭ ꝙ alius locus sit subrogatus in locum loci donati, ergo ꝛc. ¶Preterea ibi testator non se retulit ad certam ꝑsonam, sed ad certum nomen ancille referendo se ad tps mortis, vnde cum tpe mortis reperiatur ancilla illius nominis Agathee nil mirum si in ea legatum dicitur ꝯseruatum quod non ꝯsideratur in casu isto. ¶Cõcluditur itaqꝫ ex predictis omnibus dispositionem de ecclesia edificanda per testatorem fuisse reuocatam, ꝛ ꝯsequenter substitutionem fideicõmissariam de qua agimus ex voluntate testatoris caducã ꝛ nullam fuisse effectam, ꝛ ita bona libere remanere apud heredẽ. ¶Nec predictis obstat cõpositio quedam inter heredẽ Reuerendi testatoris ꝛ certos presbyteros facta de qua in puncto, nec etiam vnio quam postea sũmus Pontifex fecit cũ subrogatione capellanie in locum ecclesie sancte Crucis, iuxta formã testamenti edificande, de qua ẽt in puncto fit mentio. Qm̃ rñdetur quo ad cõpositionem, ꝙ illa non sortita fuit aliquem effectum, qm̃ illa habebat secum expressam ꝯditioneꝫ, vt effectũ sortiaꝭ tñ accedente ꝯfirma
35 tione aplica, ꝛ nõ alr̃, †que vba cum sint per ablatiuũ absolutum plata ꝯditionem important. l.a testatore.ff.de ꝯdi. ꝛ demõ. ꝛ tradunt moder.in rub.ff.solu.matri. ꝯditio aũt illa nunꝙ̃ fuit impleta, qꝛ dicta ꝯfirmatio nunꝙ̃ accessit, ergo ꝛc. ¶Preterea si compositio illa attendaꝭ in ea p illos presbõs fuit renunciatũ omni iuri cõpetenti in bonis ꝛ hr̃ditate.d.Rdi testatoris vltra ea que expresse fuerunt assignata.d.presbis. Ex quo inferri vr̃ ꝙ ẽt fideicõmisso, seu fideicõmissarie substõni, de qua agiꝭ dr̃ in effectu renunciatũ. ¶Quantũ vo ad vnionem ꝛ subrogationẽ quã fecit summus Põtifex rñdetur ꝙ illa non põt preiudicare hr̃dibus dicti testatoris, cuꝫ eis ignorantibus facta fuerit, vt in puncto narraꝭ. ¶Preterea vnio ꝛ substitutio illa ꝑsupponit voluntatẽ testõris fuisse vt dicta ecclesia edificareꝭ, ꝛ in ius qd haberet dicta ecclesia subrogauit capellaniã illam. Sed sic est ꝙ testator mutauerat voluntatẽ ꝛ dispositionem illã reuocauerat, vt sic nulluꝫ ius de cetero cõpetere potuisset asserte ecclesie presertim respectu substitutionis de qua agitur, merito nec illa capellania subrogata debet
36 aliquod ius habere respectu substitutionis predicte, † ne plus iuris habeat subrogatũ, ꝙ̃ illud in cuius locum fit subrogatio contra regulã de qua in.l.si eum.§.qui iniuriaruꝫ.ff.si quis cautio. cũ simi.de qua etiam.s.dictum fuit. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue.1537.

## CASVS

¶Dñs Gandulphus de patengulis Brixiensis in suo vltimo testamẽto cũ hr̃et sex filios masculos ltimos ꝛ nãles, Philippo filio emancipato hr̃de instituto in rebus certis alios qnqꝫ in ptãte existentes vniuersales hr̃des instituit, vꝫ, Jo.georgiuꝫ, Thomas, Augustinũ, Hieronymum, ꝛ Jo.baptistam cum hoc tñ ꝙ si aliqui ex dictis filijs institutis heredibus decederẽt in pupillari etate, vel postea qñcunqꝫ sine liberis masculis ex se legitime descendentibus alij fieri heredes instituti superextãtes vnus, vel plures succedat, seu succedant ipsi predecedenti, seu ipsis predecedentibus insolidum, ꝛ equalibus portionibus.

¶Et cum hac etiam ꝯditione addita, ꝙ dicti sui filij ꝛ hr̃des, nec aliquis eoꝝ nullo modo nullaqꝫ via possint, nec valeant vendere, donare, alienare, nec permutare aliqua bona imobilia, nec seruitutes imponere aliqbus ex dictis bonis nisi ipse vendẽs, vel alienans fuerit annoꝝ.xxx. ꝛ aliter factum non valeat, nec teneat, ꝛ infringi possit per infra scriptos eius fideicõmissos, ꝛ quẽlibet eorum, ꝛ ad hoc vt dicta bona hereditaria remaneant, ꝛ conseruentur ipsis heredibus institutis, ꝛ eorum heredibus masculis ꝛc. vt latius in testamento legitur, cuius copia transmittitur.

¶Post predictum testamentum, ꝛ testatore mortuo decesserũt sine filijs aliqui ex dictis heredibus institutis.

¶Decessit ẽt Jo.baptista superstitibus tñ sibi Gandulpho, ꝛ Constantio filijs ꝛ heredibus vtibus, qui ambo postea iam minores. xxx.annoꝝ existentes decesserunt sine liberis ſupstite eis Augustino patruo ꝛ filio testatoris vno ex heredibus institutis.

¶Et isti Gandulphus, ꝛ Constantius, ꝛ qlibet eoꝝ instituit heredem dñam.N.coꝝ matrem, que tñ eis ab intestato non successisset ſm formam statutorum.d.ciuitatis Brixie.

¶Queritur modo vtruꝫ a predicta matre peti possint bona imobilia hereditaria predicti testatoris per Augustinum predictum, aut eius heredes quasi non potuerunt per eius filios in eaꝫ trans-

ferri eam instituendo heredem, an vero ipsa possit illa bona de sure retinere sicut cetera bona hereditaria filiorum suorum.

## SUMMARIUM

¶ De probibitione alienationis, vtruꝫ facta filijs heredibus trahatur ad nepotes, propter eius rationem.
¶ Et an comprehendat heredis institutionem.
¶ Et an facta vsqꝫ ad certum tempus duret post illud propter expressam rationem.

- Substitutio simpliciter facta alicui si sine filijs masculis decesserit expirat si grauatus cum filijs masculis decedat.
- 2 Probibitio alienationis in cuius fauorem censeatur facta.
- 3 Alienare probibitus extra certum genus hominum an ꝓhibeatur etiam alienum ab illo genere heredem instituere.
- 4 Probibitio alienationis facta filijs an ad nepotes extendatur, ⁊ infra nu. 9. 14. 15. 16. 17. et. 21.
- 5 Probibitio alienationis ad tp̄s facta post illud non extenditur.
- 6 Ratio generalis particulare dictum declarat, ⁊ ĩ. nu. 18.
- 7 Probibitio heredi nominatim facta quando heredi heredis dicatur facta, ⁊ ĩ. nu. 22. 23.
- 8 Fideicõmissum an inducatur ob alienationis ꝓhibitionem.
- 10 Verba ista dicti sui filij ⁊ heredes in testamento posita operátur, ac si eorum nomina essent expressa, ⁊ nu. xxi. seq.
- 12 Verba vt dicta bona remaneant in familia, quomodo intelligantur, ⁊ ĩ. nume. 17. et. 26.
- 13 Alienationis probibitio est odiosa.
- 19 Mors omnia soluit.
- 20 Heres defuncti personam representat.
- 24 Alienari ꝓhibitum per vniuersitatem in alium transferri potest.
- 25 Expressum plus operatur q̃ꝫ tacitum.
- 27 Verba in dispositione odiosa proprie sunt intelligenda.
- 28 Verbum alienare, si est dubium, quõ declaref, ⁊ nu. xxi. seq.
- 30 Statutum probibens forensem requirere per contractum nõ dicitur probibere per heredis institutionem.
- 31 Alienatio in minori etate facta non valet.
- 32 Probibitio alienationis sine licentia certe persone intelligitur inter viuos.
- 33 Actus testandi non debet pendere ab alieno arbitrio.
- 34 Verba testamenti debẽt adaptari ne testator sibijpsi ꝯrius dicaf.
- 35 Probibitio alienationis, vel translationis bonorum facta filijs vsqꝫ ad certam etatem, lapsa illa etate heredem extraneum instituere possunt.
- 36 Dictio nisi cuius sit nature, ⁊ nu. seq.

## CONSILIUM CLXIII

21 ficere, † ꝛ nihil sit in hoc seculo adeo firmum, vt deficere nō possit. §. nuptias. in auc. de nup. colla. iiij. ¶ Nec demum obstat, ꝙ predictus Franciscus videaꝭ, aliter intellexisse testm̄ predictum, potionem dicti Stephani suscipiendo eo mortuo, ꝛ ita postea in vltima voluntate declarando, vt in ɔ̄rium ponderabaꝭ. Quoniā facilis est r̄nsio, non enim voluntas, aut opinio ipsius debet veritatem, ꝛ ipsum ius tollere, aut alterare cum non ab eo dependeat, sed ex lege scripta, vt est plusq̄ꝫ notissimuꝫ, alioquin iura eēnt adaptanda ad voluntatem partium. Etenim nullus esset qui non diceret se fouere iustitiam, ꝛ ita pro vero sepissime ɔtingit litigātes arbitrari, ꝛ lex etiam ita credit cum in hoc stet eoꝝ iuramento de calumnia prestito, vt. C. de iureiur. ꝓpter calum. dā. per totum, ꝛ per totum etiam de iuramento calumnie apud canon. hoc autem

22 q̄ꝫ sit ridiculuꝫ, ꝛ absurduꝫ dicere, neminē fugit, ideo ꝛc. ¶ † Nec quicq̄ꝫ ɔtra predicta facit regula. l. minime. ff. de legi. in ɔ̄rium allegata, qꝛ illa ꝓcedit respectu interpretationis cōiter ab oībus recepte quasi per talē interpretationē declareꝭ lex de qua esset dubitatio, ꝛ sic debet intelligi de interpretatione prestita ab his qui legem condere, ꝛ interpretari possent, vt patet ex his que ibi tradunt glo. ꝛ docto. sicut de consuetudine tradit Bart. in. l. de quibus. in repetitio. ff. de legi. in. ij. q. dicens illam debere induci per eos qui legem condere possunt, ꝛ de interpretatione legis est text. vbi doctores tradunt in. l. fina. C. de legib. Sed in casu nostro interpretatio predicti testamenti in ɔtrarium allegata solum dicit facta ab ipso Francisco, qui testatoris dispositionem ad sui commodum interpretatus fuit, merito ergo attendi non debet. Et vt verum fatear argumentum ex. d. l. minime. leuissimum est quinimmo ridiculosuꝫ. ¶ Concludatur itaqꝫ ex predictis sūmam esse iustitiam sūmaqꝫ equitatem in fauoreꝫ predictaꝝ filiaꝝ Stephani, nam ipse patri eaꝝ successerunt etiaꝫ in illa pte bonoꝝ que ipsi relicta fuit per Franciscum de benessa antiquiorē in suo testamento ſm ꝙ. s̄.

secundum quod supra declaratum fuit, interpretando dictum testamentum in verbis illis, de herede in herede maschio &c. idest de descendentibus in descendentes masculos dicti Stephani, vt dictum fuit. ¶ Et si dicatur quare soli Stephano fuerit facta prohibitio, & non Francisco, dicam quod non est de hoc querendum, licet persuasiue dici possit quod illud forte fecit, quia de illius administratione non confidebat, cum plene eius mores nouisset. Quod videtur suaderi ex eo quod administrationem traffici voluit solum esse penes Franciscum, vt in puncto dicitur, sicut etiam de liberis masculis dicti Stephani noluit cõfidere ante vigesimũ quartum annum eorum etatis, sed postea bene confidit, volens eos fore liberos post predictam etatem, vt in testamento legitur, & in puncto narratur, & hoc quia propter etatem confidere voluit illorum quorum mores repugnantes nondum viderat, nec videre poterat. ¶ Et si circa predictum testamentum dicatur quod videtur continere pugnam in eo, quod vult filios post vigesimum quartum annum esse liberos, cum eo quod vult in perpetuum fideicommissum venire in descendentes masculos. Respondetur primo quod de hoc ad presens disserendum non est, cum casus non venerit, & forte fuit error notarij in dicto verbo in perpetuo. Secundo etiam dici potest quod libertas concessa est respectu expresse prohibitionis alienationis, sed in perpetuum durabit fideicommissum, 23 & ita verba sonant. † Et licet etiam res subiecta fideicõmisso prohibeatur alienari, vt in auctenti. resque. C. communia de lega. Tamen alia est, & potẽtior prohibitio que expresse fit per testatorem, vt constat ex. l. finali. §. sin autem. C. communia de legata. & ex his que tradunt Barto. & alij in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo. Stãt enim simul ista quod quis post viginti quattuor annos non sit a testatore alienare prohibitus, & tamen fideicommissum possit in perpetuum durare, vt de se patet. Laus Deo.

Soci. nepos Padue legens. 1542.

## CASUS

¶ Mortuo domino Hieronymo de columba notario Mantuano fuit publicatum quõdam assertum eius testamentum per quendam notarium dominum Fulgentium gramineum dicentem se de eo fuisse rogatum presentibus, & rogatis septem testibus, quorum nomina in dicto asserto testamẽto sunt descripta, & asseritur istud testamentum manu propria dicti domini Hieronymi scriptum, & subscriptum fuisse cum appositione illius signi, quo ipse vtebatur in publicis instrumentis, de quibus ipse rogabatur.

¶ Et in hoc asserto testamento reperiuntur institute heredes moniales sancti Barnabe, seu de la Misericordia.

¶ Testes omnes in dicto asserto testamento descripti (vno excepto qui iam decesserat) in eorum examine fatentur se fuisse presentes testamento condito per dictum dominum Hieronymum, & de quo fuit rogatus dominus Fulgẽtius predictus, sed concorditer dicunt quod in tali testamento fuit institutus heres vniuersalis magnificus eques dñs Anselmus beccaghutus nobilis Mantuanus ipsius testatoris sanguine coniunctus, est enim filius domini Alexij nepotis dicti testatoris ex sorore vtrinque coniuncta, & hoc idem attestantur duo alij testes, qui etiam fuerunt presentes, licet non fuerint pro testibus in testamento descripti.

¶ Quibus sic stantibus orta controuersia inter predictas moniales, & equitem predictum fuit factus magnus processus, & multa fuerunt hincinde allegata, & deducta, & super eis etiam plures testes fuerunt examinati, prout ex processu constare potest, cuius copia virtualiter suscepta transmittitur.

¶ Et inter cetera fuerunt electi comparatores litterarum qui retulerunt eis videri assertum publicatum testamentum scriptum manu dicti domini Hieronymi.

¶ Istis ita stantibus dubitabatur quis debeat esse heres, an magnificus eques predictus, vt testes omnes asserunt an moniales predicte, prout in asserto testamento legitur, & queritur consilium pro iustitia, & veritate.

## SUMMARIUM

¶ De testamento per notarium publicato vti scripto manu testatoris coram certis testibus, si omnes testes contradicunt asserentes alium fuisse institutum quam dicat notarius, quid iuris.

¶ Et de aucten. quod sine. C. de testamen. an & quando possit habere locum fauore pie cause.

¶ Et an procedat quãdo per testes probatur aliud fuisse dictum, quam sit scriptum.

¶ Ferro viam aperit qui per contraria transit.

2 Corigere seipsum incontinenti nemo presumitur.

3 Testamentum posterius priori derogat.

4 Voluntas testatoris vsque ad mortem ambulatoria est.

5 Falsum committitur cum veritas immutatur.

6 Bonus quilibet presumitur, & i. nume. 32.

7 Testamentum per litterarum comparationem probatum esse de manu testatoris valere debet.
Limita vt. i. nume. 91.

8 Argumentum a sufficiẽti partium numeratione sumptum valet.

9 Lex presumit contra testes pauperes, vide. i. nume. 39.

10 Testes pauperes qui dicantur.

11 Testes variantes de falso notandi sunt.

12 Testes ob varietatem, an repellantur, & i. nu. 44. et. 45.

13 Testes omni exceptione maiores in testamentis requiruntur, vide infra numero. 50.

14 Instrumentum publicum dicitur veritas apparens, & probatio probata.
Limita vt infra numero. 62.

15 Presumptio triplex in instrumento publico concurrit.

16 Probatio que fit per litterarum comparationem sufficiens dicitur, vide. i. nume. 96.

17 Testamentum manu testatoris scriptum an valeat, licet in eo non reperiantur testes, aut alia solẽnitas deficiat.

18 Fauor maior pie cause debetur, quam filijs, quando non agitur de legitima filijs iure nature debita, vide. i. nu. 83.

19 Auct. quod sine. C. de testamen. an fauore pie cause procedat, & infra numero. 66. 71. et. 73.

20 Moriens si per verba enunciatiua dixerit quod bona sua relinquat loco pio, talis dispositio effectum habere debet, vide infra numero. 98. et. 99.

21 Testator si inter viuos in aliquo instrumento vocet aliquos heredes suos, an in eos hereditatem conferre videatur, vide infra numero. 101. 103. et. 105.

22 Voluntas dubia an declaretur, si testator dum viuebat interloquendum, dixit quod volebat alicui bona sua relinquere, & infra numero. 106. et. 108.

23 Pars religioni fauens in dubio semper eligi debet, vide infra numero. 109. et. 112.

24 Sententie, vel probationes plures si inter se repugnent, illa que pie cause fauet, preualere debet, vide. i. nu. 114.

25 Testes numero sufficientes si aliquem testatum fuisse deponant si aliud non obstet, testamentum sufficienter probatum dicitur, licet non inueniatur de eo scriptura.

26 Testamentum nuncupatiuum sine scriptura fit.

27 Testes septem in testamento sufficiunt.

28 Statutum simpliciter loquens simpliciter intelligi debet.

29 Statutum si non distinguit, nec nos distinguere debemus.

30 Testes duo sufficiunt ad probandum solẽnitates in testamento interuenisse, puta debitus numerus testium, & i. nu. 107.

31 Testamenti validitas iure directo fideicõmissum, & vim clausule codicillaris tollit.

32 Testis quilibet dicitur idoneus, nisi reperiatur prohibitus.

33 Testes pauperes non sunt a testimonio repellendi, si ex alio sunt iuridici probate fidei, & bone fame, & i. nu. 36.

34 Paupertas non dicitur de genere malorum, nec per illam quis a testimonio repelli debet.

35 Idoneitas in teste versatur in fide, & non in diuitijs.

37 Testibus nobilibus magis credendum est, quam ignobilibus.

38 Causa criminalis dicitur grauis, & criminali equiparatur.

40 Presumptio mala per famam bonam tollitur.
Fama bona est hominis thesaurus inextimabilis, & iocundus, & sicut lilium dat odorem suauitatis.

41 Fama bona purgat indicium, quod est contra aliquem apud quem res furata reperitur.

42 Fama bona in dubio male fame prefertur.

43 Testes rogati, & a testatore approbati ex qualitate sue psone reprobari non possunt, sed eis adhibenda est fides, si a. l. expresse non reprobentur, & i. nume. 52.

44 Testium varietas in circũstantijs extrinsecis non nocet dũmodo in rei substantia concordent.

45 Testes sufficit quod cõcordent in facto principali, in quo est substantia negocij, & super quo litigatur.

46 Testes si concordent circa heredis institutionem probant, licet in alijs variare videantur.

47 Testes si concordant circa testamenti confectionem probant, li-

cet aliqui dicant fuisse legatum factum, τ aliqui quod non re-cordantur.

48 Varietas testium quando est concordabilis non vitiat.

49 Testis vnus si plus dicat, τ alius minus non faciunt quin legiti-me dicatur probata ea in quibus concordant.

51 Testes omni exceptione esse maiores probare non est opus.

53 Testium numerus supplet vbi aliquid desit.

54 Testi de facto proprio testificanti maxime cum tormētis stari de-bet cum nemo melius veritatem nesciat.

55 Jura quilibet scire presumitur.

56 Testamentum scriptum non ꝑm stilum solitum Notarij falsum presumitur.

57 Litere apostolice false reputantur si stilus, τ consuetudo sedis il-lius non reperiatur.

58 Comparatio literarum que de scripturis notariorum fit fieri de-bet non solum in scriptura, sed etiam in stilo.

59 Subtilitas illa commendatur que ad fraudis exclusionez tendit.

60 Comparatio de scriptura multis fit modis puta per formam scri-pture, tractus, τ signa quibus quis in ea vti solet.

61 Falsitatis suspitio pro falsitate habetur maxime in causa ciuili.

63 Instrumentum publicum per testes reprobari potest.

64 Testamentum aliquod valere non potest a quocunqꝫ factū absqꝫ duobus testibus ad minus, etiaz si manu testatoris factū esset.

65 Decedere nemo potest cum duobus testamentis.

67 Patris scriptura inter liberos, licet non sit solēnis fidem facit.

68 Testamentum inter liberos, τ testamentum ad pias causas an a pari procedant.

69 In testamento ad pias causas duo ad minus testes requiruntur, τ si sit scriptum manu testato. licet seruus inter liberos, τ in-fra numero. 71.

70 Argumentum de filijs ad pias causas an valeat.

74 In iudicando a communi opinione recedendum non est.

75 Judicans contra communem opinionem litem suam facit. Limita vt ibidem.

76 Filij simpliciter ꝙ̄ pia causa sunt fauorabiliores, vide infra nu-mero. 82.

77 Fauor filiorūz magis considerandus, ꝙ̄ ecclesie τ pauperū Chri-sti tam naturali ratione, ꝙ̄ iure ciuili, τ canonico.

78 Filij in successionibus sunt ipsi Deo preferendi.

79 Jura minus fauent pie cause in vltimis voluntatibus, ꝙ̄ liberis. Nominatio filij, aut heredis in actu inter viuos hereditatem tri-buit secus in pia causa.

80 Anima licet sit corpori preferenda, non tamen pia causa filijs est preferenda.

81 Causa filiorum est magis priuilegiata, ꝙ̄ fauor pie cause.

84 Solennitatis testamenti imꝑfectio quare in testamentis toleraꝛ.

85 Testamentum imperfectum inter liberos puta sine testibus non procedit si filij inequaliter sunt instituti, maxime si notabilis est inequalitas.

86 Ratione cessante dispositio cessat.

87 Auctenti. quod sine. C. de test. an habeat locuz si filij sint inequa-liter instituti.

88 Auc. quod sine. quomodo procedat.

89 Legis intentio semper fuit voluntatem defunctoruz perquirere, τ inuentam seruare.

90 Lex in vltimis voluntatibus pedetentim defunctorum volunta-tem perquirit sicut venator leporem.

92 Instrumentum publicam fidem perdit si aliqui ex testibus instru-mentarijs illi contradicant, etiam si sit vnus solus testis.

93 Inducta ad augmentum diminutionem non operantur. Testator non censetur eligere viam ad suam voluntatem impu-gnandam.

94 Voluntas non dicitur perfecta etiam inter liberos, nec ad pias causas quando quis vult suam voluntatem publicari, τ solen-nizari coram testibus anteꝙ̄ illa fiat.

95 Ad validandum actum plus est, ꝙ testes contradicant, quam si non reperiantur.

97 Auc. quod sine. C. de test. loquitur in testamēto in scriptis, τ non in nuncupatiuo.

98 Verba enunciatiua iuris presumptionem inducunt cui standum est nisi contrarium probetur.

100 Testamentum ad alterius interrogationem factum ab infirmo, quando non procedat.

102 Non probat hoc esse ꝙ ab hoc contingit abesse.

104 Actus cōtrahendi realiter τ essentialiter differt ab actu testādi. Et per actum inter viuos quis heres fieri non potest.

110 L. sunt persone. ff. de religio. τ sumpti. fune. hic declaratur.

111 L. antepenulti. ff. de manumis. τ. l. in antiquis. ff. de iure dotium. quomodo loquantur.

Libertus, τ dos sūt fauorabiles sicut matrimoniū τ testamentū. Ecclesie non sumus ita debitores, vt alijs iniustitiam faciamus.

## CONSILIVM CLXXXIX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, τ iustitie. ¶ Fateor inge-nue me diu fuisse ancipitem super resolutione pre-sentis consultationis. Et enim modo hinc modo illinc animus trahebatur, τ ob eam causam vltra solitas ꝑces Deo sūmo porrectas, particulariter eius maiestatez sum precatus, vt in hac difficultate, que quidem scabrosissima vi-detur veritatem in ore meo ponat. Et ita eius benignitate, ni fal-lor, sum consequutus, vt ex infra dicendis apparebit. Scabrosi-tas autem τ difficultas maxima ex eo presertim esse videbatur, quoniam in hoc casu videtur necessarium, ꝙ alterum trium, non credibilium verosimiliter de bonis viris, interuenerit. Etenim ne-cessariū est. Vel ꝙ testes omnes deponentes de institutione Ma-gnifici domini Equitis de beccagutis falsi sint, τ mentianꝛ. Vel secundo ꝙ ipse testator post conditum testamentū, τ testibus de-claratuz de manibus notarij absentibus testibus susceperit illud, τ aliam scripturam similiter propria manu factam notario dede-rit quam postea ipse publicauit. Vel tertio, ꝙ ipse notarius falsi-ficauerit testamentum aliud scribendo, aut scribi faciendo literis τ carateribus similibus illis quibus predictus testator vtebatur, τ ita comparatores decepti fuerint dum retulerunt publicatum testamentum sibi videri scriptum fuisse manu ipsius testatoris. ¶ Quid autem horum trium sit dicendum saltez presumptiue ex infra dicendis apparebit. Et pro maiori demonstratione verita-tis arguam ad partes, 1 † quia vt dici solet ferro viam aperit qui per contraria transit, prout scribit Bald. in. l. precibus in. vij. co-lum. C. de impube. τ alijs substitutio. ¶ Videtur itaqꝫ prima fa-cie primum ex his tribus posse dici, seu presumi, τ non secundum, aut tertium. Id enim quod secūdo loco dicebatur nō videtur ha-bere colorem aliquē, nam si testator voluisset facere heredez equi-tem beccagutum, ad quid dedisset postea notario scripturam tali sue voluntati repugnantem: certe non videtur posse considerari, 2 quia nemo presumitur incontinenti seipsum corrigere, τ sibi con-tradicere. l. non ad ea. τ ibi per docto. ff. de conditio. τ demonstra-tio. Et si per contrarium noluisset predictum equitem esse suum heredem quis cogebat eum ad illum instituendum cum non esset presens, nec quicquam de tali testamento condendo sciret.

3 ¶ † Preterea etiam post factum testamentum in eius fauorem in arbitrio ipsius testatoris erat illud reuocare, τ predictas mo-niales instituere si eas voluisset esse suas heredes. §. posteriore. in 4 stitu. quibus modis testamen. infirm. † cum ambulatoria sit testa-toris voluntas vsqꝫ ad mortem. l. iiij. ff. de adimen. lega. l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs. cum similibus. ¶ Accedat quia non posset istud dici absqꝫ nota, τ errore, seu crimine ipsius notarij ꝙ ausus esset publicare pro testamento aliam scripturā, ꝙ̄ illam de 5 qua fuerat rogatus, † videretur enim de falso notario posse cum ex eo veritatem quesiuisset imutare, iuxta tex. in aucten. de instru. cau. τ fide. in principio. facit. l. quid sit falsum. ff. ad legem corne. de falsis. τ. l. eum qui. C. eodem titulo, cum multis similibus. hoc autem de ipso notario non videtur dicendum, quia de eius bona 6 fama videtur facta ꝓbatio. † Et in dubio quilibet presumitur bo-nus. c. si. de ꝑsump. τ. c. vnico. de scrut. in ordi. fac. facit. l. merito. ff. pro socio. τ. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mil. ¶ Simili-ter tertium supra positum non videtur dicenduz, tum ratione pre-7 dicta, scilicet quia de bono notario falsitas presumi non dꝫ, † tum etiam quia videtur impossibile stante, ꝙ publicatum testamentūz dicatur scriptum manu testatoris, prout videtur probatū per cō-parationem literarum, que videtur sufficere ad probandum testa-mentum, τ illud sic per comparationem probatum debet valere, iuxta notabilem doctrinam Barto. Cuma. Imo. τ domini mei Soci. in. l. si ita scripsero. ff. de conditio. τ demonstratio. qui domi-nus meus Soci. idem voluit in consilio. cxlij. Reuerende pater. mihi. iij. colum. versicu. secundo principaliter. primo volumi. repe-tito nume. clxxiij. secundo volumi. τ ita nouissime firmat hanc do-ctrinam, allegando insignis modernus domi. Ludoui. Gozadi. in consilio. iij. In causa mihi transmissa. iij. τ. iiij. colum. Si igitur nec secundum, nec tertium videtur posse dici, aut presumi videtur 8 posse concludi primum dicendum videri, † sumpto argumento a partibus

partibus sufficienter enumeratis, quod in iure validum est, institu. de his qui sunt sui, vel alie. iur. in principio. & l. patre furioso. vbi Barto. & alij notant. ff. eodem titulo. & c. cum dilectus. vbi notat Abbas de iure patrona. cum similibus. ¶ Sic ergo videtur ꝙ predicti testes dicãtur falsi, vt in primo ex tribus alternatis dicebatur. ¶ Et hoc eo maxime dicendum videtur, quia vt ego audio sunt persone pauperes, & rusticane, & de quibus videtur posse presumi, vt premio ad falsitatem deponendam fuerint inducti.

9 † Hinc est ꝙ Speculator in titulo de testibus in. §. i. versicu. item ꝙ est pauper dicit contra testes sepe excipitur de eorum paupertate eo quoniam contra eos videtur lex presumere, vt. iiij. quest. iij. §. item testium. & ibi glo. notat, & c. prohibentur. ij. questio. i. facit aucten. sed cum testator. prope finem, & in corpore vnde sumitur. C. ad. l. falcidiam. & §. sancimus. in aucten. de testibus. cum similibus.

10 † Et videntur in casu nostro sine dubio pauperes, cum non habeant tantum in bonis quanti est lis, super qua deponunt iuxta glosam, in versiculo substantiam. in. §. si vero. in auctent. de hered. & falcid. que singulariter vult ꝙ tali casu testes nõ sint idonei propter paupertatem.

11 ¶ † Accedat ꝙ inter predictos testes videtur variatio, seu contrarietas quedam nedum de teste vno ad alios, sed ad seipsum, merito ergo videntur repellendi, & crimine falsi notandi. l. eos. in principio. ff. ad legem corneliam. de falsis. & l. qui falsa. ff. de testibus.

12 † & ꝙ varietas repellat testes, est glo. in versiculo vacillasse. in. c. cum ecclesia. de causa possess. & propr. ¶ Et si dicatur contra predicta, ꝙ immo paupertas sola non repellit testes, & ꝙ varietas, vel cõtrarietas que inter testes isto casu potest considerari non est in substantialibus, nec talis que testes repellere debeat, vt vtrunqз infra ostendetur, non tamen videtur posse negari quin aliquo modo fides eorum testium ex predictis debilitetur, propter quod videtur ꝙ non sint admittendi ad reprobationẽ publici instrumenti de predicto testamento exhibiti,

13 † cum tunc requirantur testes idonei, & omni exceptione maiores, vt in. l. optimam. & ibi tradunt doctores. C. de contrahẽda & committenda stipulatione. & in. §. item verborum. iuncta glosa in versicu. idoneos. institu. de inuti. stipulatio. cum concordantibus, vt per Alexandrum in consilio. liij. in causa, & lite. post principium, sub numero secundo, libro septimo, & tradit Felyn. alios allegans in. c. cum Joãnes. decima quarta columna, versicu. quarto declara. de fide instrumen. Si igitur testes predicti tanquã falsarij, aut alia quacunqз ratione sunt repellendi, vt ex predictis videtur ostensum, sequitur ꝙ instrumentum testamenti per notarium publicatum in fauorem predictarum monialiũ remanebit absqз aliqua contradictione validum, & istud sit primum fundamentum, quod fieri potest pro dictis monialibus, & quod primo aspectu me in earum fauorem trahebat.

14 ¶ † Pro quibus & secundo facit, quia instrumentum publicum dicitur veritas apparens, & probatio probata, & disceptatione fori non indiget, & ideo ei standum videtur, vt inquit Bald. in. l. imperator. prima colũ. in prima lectura. ff. de sta. hom. quod etiam voluit in cõsi. clxxix. ad euidentiam. in fine, secundo volumi. & in consi. xxxix. proponitur. & consi. xlj. standum est. iij. volumi. Paulus de cast. in consilio. clxviij. super dubio. in fine, idest in subscriptione, primo volumi. secundum nouam impressionem, Abb. in. c. cum dilecti. in primo notabi. de donatio. & pro hoc allegatur tex. in. l. cum precibus. & ibi tradunt doctores. C. de probati. cum concordantibus, vt per Jaso. in consi. cxxiiij. factum sic se habet. prima colum. primo volumi. & in consi. cxxxvij. in causa, & lite. iij. colum. iiij. volu. & per Deci. in consi. xxxvj. & pro tenui facultate. prima colum. ver. sed tamen predictis non obstantibus. & per Curtiũ iuniorem in consi. lxiiij. presupponitur in facto. iij. colum. & plures allegando ita firmat Hyppoli. in rubri. C. de probatio. secunda colum.

15 † Quinimo cum instrumento publico concurrit triplex presumptio, scilicet veritatis, solẽnitatis, & ꝙ de eo a partibus notarius fuerit rogatus, vt declarat Bal. in. d. consi. xxxix. Cum ergo in proposito in fauorem monialium ostendatur publicum instrumẽtum ei standum videtur tanquam veritatem apparentem continenti. ¶ Tertio facit, quia etiam vbi predicta cessarent, non tamen videtur posse negari testamentum istud quod publicatum fuit esse scriptum propria manu predicti do. Hieronymi testatoris, vt in eo asseritur, & videtur probatum per comparationem litterarum, etenim vt in puncto dicitur electi comparatores sic retulerunt,

16 † & probatio que fit per cõparationem videtur sufficiens regulariter loquendo per ea que tradunt doc. per illum tex. in. l. comparationes. C. de fide instru. & dixit Jmo. in. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst. tradit Alex. in consi. ccxxxix. põderatis his. ij. colum. sub nu. ij. lib. vj. vbi refert, & sequitur Jmo. in. d. l. si ita scripsero. vt per eum, qui idem dixit in consi. lviij. in causa mota. post princ. in consi. cxiiij. visa scriptura testamenti. sub nume. iiij. & in consi. clxxxiiij. viso processu cause. iij. colum. sub nume. vj. lib. vij. & ꝙ comparatio litterarum sit attendenda, voluit etiam Andre. barba. in consi. lviij. omnipotentem, & immortalem Deum. in fi. lib. iiij. patruus, & dñs meus Socin. in consi. clxxij. reuerende pater. secunda colum. ver. secundo principaliter. secũdo volu. & Ludo. gozadinus in dicto consi. iij. iij. & iiij. colum.

17 † Et stante hoc ꝙ dicatur illud testamẽtum scriptum manu do. Hieronymi videtur inferẽdum ꝙ debeat obseruari etiam ꝙ in eo non reperirentur testes, aut alia solẽnitas deficeret, arg. aucten. quod sine. C. de testam. Et licet ille tex. loquatur quando dispositio paterna erat inter filios, tamen videtur idem dicendum in casu nostro fauore istarum monialium, cum dispositio ad earum commodum facta dicatur facta ad pias causas, vt est notum, & alias soleat dici idem iudicandum esse fauorabiliter de dispositione ad pias causas quod de dispositione inter liberos.

18 † Jmmo plus fauori pie cause debetur quam filijs quando non agitur de legitima filijs iure nature, seu naturali ratione debita, vt per Felyn. in. c. in presentia. colum. xxj. de probatio. & per Deci. in consi. ccccxxvj. duobus dubijs. secunda colum. versi. ad hoc etiam respondetur. vbi plures allegat, & dicit hanc esse cõmunem opinio. vnde cum hic non agatur de legitima filiorum, immo nec de ipsis filijs videtur ꝙ dispositio dicte auctenti. habeat locum fauore. d. monialium.

19 † Et in specie ꝙ dispositio dicte aucten. quod sine. procedat etiã fauore pie cause, & sic in proposito nostro fauore monialium videtur firmare Alex. in consi. iiij. attentis narratis. iij. colum. versic. accedit ad sustinendam. lib. vij. & videtur sentire Jas. in consi. lxj. factum sic se habet. ad finem, primo volumi.

20 ¶ † Quarto pro predictis monialibus videtur vrgere. c. fina. extra de success. ab intesta. quatenus ibi firmatur ꝙ quando agens in extremis per verba etiam enunciatiua dixerit ꝙ bona sua reliquerat pio loco, si aliud in contrarium non appareat, creditur sic fuisse dispositum, & talis dispositio sic presumpta debet habere effectum. Sed predictus do. Hieronymus existens infirmus (& ita ꝙ paucis diebus post decessit) dixit ꝙ fecerat suas heredes moniales predictas, vt aliqui testes deponunt, ergo sic videtur seruandum.

21 ¶ † Quinto facit, quia ipse do. Hieronymus dum viueret, & in actibus viuentium videtur predictas moniales vocasse suas heredes, videlicet in quodam instrumẽto inter se, & quosdam fratres sancte Marie in ver. le mie herede. quo posito videtur posse dici ꝙ in dictas moniales, velut in piam causam dicatur contulisse suam hereditatem, iuxta doctri. Bar. in. l. tale pactum. in fi. ff. de pact. quam dicit notandam Roma. in aucten. similiter. C. ad. l. falcid. in. v. colum. in sexto speciali pie cause circa cõtractus, quia forte in pratica seruaretur propter auctoritatem Bar. quia secundum eum nõ habet contradictorem.

22 ¶ † Denium videtur predicta opinio suaderi ex magna affectione quam do. Hieronymus videtur habuisse ad dictas moniales, prout multi testes videntur deponere, & maxime quia pleriqз testes etiam deponunt ꝙ ille interloquẽdum sepe dicebat ꝙ volebat bona sua relinquere predictis monialibus, & similia verba amorem in ipsas demonstrantia. Ex quibus verbis, vel ex tali affectione per ea demonstrata videtur ꝙ possit argui nunc ad decisionem presentis consultationis, nam cum tota pendeat ex eo ꝙ ipse voluerit, & illud videatur dubium videtur ꝙ in hac dubietate sit capienda pars in fauorem dictarum monialiũ, vt sic in dubio presumatur do. Hieronymus sic voluisse, cum voluntas dubia ex similibus soleat declarari, iuxta doctri. Bar. in. l. ij. colũ. pen. vers. quero ex quibus presumatur ista volũtas. ff. de vul. & pup. quam sequitur Alex. in consil. c. visa parte testamẽti. ij. col. ad fi. sub nu. xj. lib. iiij. cum multis concordantibus, vt per Jaso. in. d. l. ij.

23 ¶ Et nouissime predictis omnibus accedit, † quia semper in dubio debet eligi pars que religioni, & pie cause fauet, pro quo vulgo allegatur. l. sunt persone. ff. de relig. & sump. fune. cum concordãtibus, vt scribit Alex. in consi. cciiij. perspectis verbis. iij. colum. sub nu. xvij. lib. vj. qui idem dixit in consi. cxc. plura narrata sunt. in fi. eo. lib. & dixit Cur. iunior in consi. xxxv. dñs Benedictus. iij. colum. ad fin. Ad quod facit quod inquit Roman. in auct. similiter. preallegata, in primo & secundo speciali pie cause circa iudicia,

24 † dum dicit ꝙ ex pluribus probationibus, vel sententijs repugnãtibus illa debet preualere que fauet pie cause, vt per eum. ¶ Hec sunt que diu me dubium reddebant, & que in fauorem predictarum monialium animũ meum trahere videbãtur in prima consideratione. ¶ Verũtamen eis minime obstantib. maturius omnia considerando que in facto presupponũtur, & simul etiam iuris dispositionem contrariam sententiam vti veriorem, & quidem intrepide amplector, cõcludendo testamentum illud de-

bere attendi quod per multos testes concorditer deponitur in fa uorez magnifici do. Equitis de beccaguttis, et cōsequenter puto necessarium esse ꝙ ex illis tribus, de quibus. s. in princip. scdm, aut tertium verum sit. Primum autez nullo modo puto dici pos se, vt ex. j. dicendis apparebit. ¶ Et primo pro fundamento no stre conclusionis presuppono illud quod in iure clarissimum est,

25 † vz ꝙ si testes numero sufficienti deponunt aliquem testatū fuis se, et certum fecisse heredem, si aliud non obstat dicitur sufficiēter probatum testamentum illius, et debet obseruari, licet de eo nulla scriptura inueniatur, vt est glo. et ibi tradunt doct. in. l. scda. C. de

26 testa. maxime Alex. ibi post prin. et Moder. † dicetur enim tunc testamentum nuncupatiuum qđ sine scriptura aliqua fieri potest. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. et. l. in testamentis. C. de testamē. et insti. eod. §. fina. et in dictis locis tradunt doctores.

27 ¶ † Et sufficiens numerus testium est de septem sm ius cōmune, vt. d. §. per nuncupationem. cum simil. modo allegat. Sed sm formam statuti Mantuani sufficerent quinqz, quando testamen tum esset factum in comitatu ciuitatis Mantuane, vnde cum in casu presenti fuerit factum testamentum in comitatu dicte ciuita tis sufficeret ꝙ voluntas predicti do. Hieronymi testatoris pro baretur per quinqz testes, iuxta formam dicti statuti. Et licet cre dendum sit ꝙ dictum statutum fuerit motum, qz verosimiliter in comitatu non habetur ita copia hominuz, sicut in ciuitate, tamen non debet tale statutum restringi vt soluz procedat quando in lo co vere hominum copia haberi non possit, cum simpliciter loqua tur, et ex qualitate loci statuentes moti fuerint. Nec tunc obst. l. fina. C. de testa. qz illa. l. se ipsam declarat, et restringit ad loca, et

28 ad casus in quibus non inueniantur septem testes. † At in statu to nostro simpliciter dicitur ꝙ in comitatu sufficiunt qnqz testes, ergo simpliciter debet intelligi, siue de facto possint plures repe riri, siue non. l. si plures. ff. de legat. iij. et. l. item apud. §. generali

29 ter. ff. de iniur. cum vulgaribus. † Cum enim statutum talem di stinctionem non faciat, nec nos eam facere debemus. l. iij. in fi. ff. de offic. presid. l. de precio. ff. de publicia. cum similibus, sed quia hoc reputo clarissimum super eo vltra non insisto. Et maxime quia tali statuto paruz indigemus, vt modo patebit. Et preterea super hoc plene scripsit clarissimus, et excellentissimus aduocatus do. Traianus delphinus mihi vti frater honorandus, et olim acu tissimus, et charissimus discipulus in suis copiosis, et subtilissimis allegationibus, dum respondet ad regulaz qua dicitur statuta de bere intelligi sm ius cōmune. ¶ Dico itaqz stantibus predictis ꝙ in occurrenti casu testamentum predicti do. Hieronymi in fa uorem magnifici Equitis, probatur nedum per quinqz testes, p ut sufficeret, sed etiam per septem, et vltra ergo concludenduz est predictum testamentum sic per tot testes probatum, et declara tum omnino esse seruandum, etiam ꝙ de eo scriptura non repe riatur, et omnino preualere debet scripture que pro publico testa mento exhibetur in fauorem dictarum monialium, que nullo mo do potest in casu nostro habere vim, et effectum testamenti. Sed de ea necessario dici debet scdm, aut tertium ex illis tribus, quo rum alterum dixi. s. in princ. necessario dicenduz esse, vt. j. clarius ostendetur. ¶ Et licet testes predicti qui sunt numero. viij. recte deponant de voluntate testatoris circa heredis institutionem, et omnes sint in hoc concordes, et etiam in alijs videantur recte de ponere. Tamen si non ita omnes deponerent de solēnitate testa

30 menti, puta ꝙ testes ipsi fuerint rogati, vel quid simile, † sciendu est ꝙ ad huiusmodi solēnitates probandas, et ꝙ testamentuz fue rit coram legitimo numero testium factum sufficiunt duo tantuz testes, iuxta tradita per Cy. Bal. Saly. et alios in. l. testiuz. C. de testi. cum ꝯcordan. vt scribit ita firmando Jas. in cōsi. xlij. factus questionis, et controuersie. in scdo fundamento, primo volu. et in. l. ij. ij. et. iiij. colum. C. de bono. poss. sm tabu. cum multis alijs qui ad hoc allegari possent. ¶ Istis omnibus bene consideratis, et stantibus in iure veris resultat ex eis clara, et aperta conclusio in fauorem magnifici Equitis, vt scz ille dicatur vniuersaliter fuisse institutus heres per dictum do. Hieronymuz in testamento suo, iuxta depositionem predictorum. viij. testium, et consequenter qđ dictus Eques ad omnia bona. d. d. Hieronymi iure directo tan quam verus heres admitti debet, ex quo apparet non esse dispu tandum de fideicōmisso, nec de clausula codicillari hoc est, an sal tem do. Equiti debeat hereditas per fideicōmissum, saltē ex clau

31 sula codicillari, et an illa censeatur apposita, † quia validitas testa menti iure directo tollit fideicōmissum, et vim illius clausule. l. fi na. C. de codic. cum similibus. Et si quis (superflue tamen) de his vellet disserere videat per predictum excellentissi. aduocatum in predictis allegationibus, qui sapienter, et iuridice etiā super hoc

loquitur, ad quem ego me remitto, quia non placet super inutili bus immorari. ¶ Et cōclusio predicta de plano, et omnibus con sentientibus procedet, si ab his que supra in contrarium deducta fuerunt iuridice defendetur, in quo stat tota difficultas presentis consultationis. ¶ Quare vt illud fiat ad allegata in contrariuz, vt. j. respondendum puto, et ni fallor satis clare, et cum sūma iusti tia, et non sequendo in totum ordinem quo deducta fuerunt, inci piam ab his que contra testes predictos allegabantur. ¶ Et in

32 primis dū dicebatur eos esse falsos, istud absolute negatur, † tuz quia quilibet presumitur bonus, et fidelis, nisi cōtrarium probe tur, et etiam. s. dictum fuit, et in specie quilibet dicitur idoneus te stis nisi reperiatur prohibitus. l. i. ff. de testib. et dixit Alex. in con si. clvj. viso processu cause. iij. colum. ver. secūdo respondeo. lib. v. tum etiam qz ipsorum testium probata est bona fama, et ꝙ inter rusticos reputantur boni, et legales viri, et absqz nota aliqua cri minis. ¶ Non obstat ꝙ sint pauperes, et rustici, prout. s. in con

33 trarium allegabatur, † qz respondetur ꝙ ex eo non sunt repellen di a testimonio, si ex alio sunt veridici, et probate fidei, et bone fa

34 me, prout de istis probatum fuit, † naz paupertas non dicitur de genere malorum, nec propter illam a testimonio quis debet repel li, alioquin plures sanctissimi homines nihil proprium habentes repellerentur, et ita dixit Speculator in dicto ver. item ꝙ est pau per. allegato in contrarium, volens in effectu ꝙ sola paupertas non repellat quem a testimonio si sit probate vite, et bone fame, et

35 istud ratione suadetur, † qz idoneitas in teste versatur in fide, non in diuitijs, et ita arguebant Jac. balduinus, et Albericus in. l. iij. in princ. ff. de testib. prout refert, et sequtur alius Alberic. in tract. de testib. sub rub. quādo repelluntur testes ratione defectus per

36 sone, sub nu. xiiij. ¶ † Et ꝙ paupertas sola nō repellat a testimo nio, firmat etiam Lanfranc. de oriano in tracta. depositionis te stium, seu de testibus mihi in. xxiij. colum. vers. nunquid pauper. dicens verum esse ꝙ neqz ratione paupertatis, neqz ignobilita

37 tis, et sic rusticitatis debet quis a testimonio repelli, † licet si con currant cum nobilibus, et diuitibus data paritate in ceteris, ma gis sit nobilibus, et diuitibus credenduz. In casu aūt nostro non datur iste concursus, qz non sunt testes aliqui deponentes cōtra istos, ergo ipsi lz pauperes, et rustici non sunt repellēdi. Hāc opi. tenet etiam Jas. in auct. preterea. colum. fin. C. vnde vir, et vxor. et fuit opinio glo. fina. vt ibi ipse dicit in. c. si quis testiuz. extra de testib. et ibi illam sequuntur Cano. maxime Areti. idem etiaz fir mat Dec. egregie in consi. clxiij. in causa matrimoniali. iij. colū.

38 ver. sed ad ista respondetur. † loquēs in causa matrimoniali que dicitur grauis, et solet equiperari cause criminali, vt per eum qui clare firmat ex sola paupertate non repelli aliquem a testimonio, et dicit idem tenuisse Alex. areti. et Barba. in locis ibi per euz al legatis, quos gratia breuitatis non refero. ¶ Nec obstat gl. in. d. §. si vero absunt. de heredi. et falcidia. in contrarium allegata, qz licet pleriqz illam sequantur. tamen non est vera, et reproba tur expresse per Jaso. in. d. aucten. preterea. et per Dec. in. d. con si. clxiij. et plenius etiam, et pluribus rationibus reprobat eaz Jo.

39 crot. in tracta. de testi. in quarta parte, in. vij. q. ¶ † Non obstat ꝙ de presumptione contra pauperes in contrarium dicebatur, quoniam respondetur ꝙ illa sola non sufficit, vt ex predictis pa tet, et maxime quando probata sit bona fama, vt contingit in ca

40 su nostro, † qz per eam extinguitur omnis mala presumptio, sm Ange. in. l. milites. C. de questio. Est enim bona fama hominis thesaurus inestimabilis, et iocundus, et sicut lilium dat suauita tem odoris vt inquit Bal. in. l. i. C. de confess. v. col. versic. vnde caueat sibi vnusquisqz ab infamia, et tradit Franc. brun. in tract.

41 de indic. et tortu. in. v. q. prime partis. ¶ † Et adeo probatio bo ne fame alicuius operatur ꝙ purgat indicia contra eum, puta si quis reperiatur habere rem furto subtractam apud se, nam licet ex eo sit contra eum presumptio, et indicium ad torturam, tamen non sic est, si pbetur de bona fama eius, et ꝙ fuerit inculpate vi te, sm Bal. et Imo. in. l. fina. s. de hered. instit. et Salyce. in. l. fin. colum. fina. C. de questio. cum multis concordātibus, de quibus per Hyppo. in consi. lxxij. munda cor meum. colum. fina. sub nu me. xxj. et in cōsi. lxxiij. sūmi numinis. iij. colum. sub nume. xxvj. Quinimo operatur etiam si contra euz esset ex aduerso probata

42 mala fama, † qz in dubio bona fama prefertur, prout post Bal. Pet. de ancha. Abb. et alios per eum relatos, firmat idez Hyp po. in. l. de minore. §. plurimum. colum. xiij. sub nu. xcj. ff. de que

43 stio. ¶ † Quid plura dico, qꝛ ex quo isti testes dicūtur testamen tarij, et a testatore rogati, et sic approbati, non possunt ex qualita te sue persone reprobari, sed eis fides est omnino adhibēda si ex presse a lege non reprobaretur, ita expresse, et notabiliter dicit Bald.

